tura. Et per prædicta satius etiam reuerendissimus ac clarissimus do. Claudius prædictas responsiones conatur impugnare in suo locupletissimo consi. & pro responsione contrarii cõfugit ad remedium l. bene a Zenone. C. de quadrien. pscr. circa quam instat prolixe, quæ vtrum ad rem faciat uel non aliter, non intendo detegere, ne videar plus sapere quam oporteat sapere, qm̃ officii nostri est oĩa quæ, alleguntur in fauorem illustrissimi ducis confirmare aut saltem non impugnare, aut conniuentibus quodammodo oculis pertransire. Sed præmissis nõ obstantibus contrarium verius arbitror, & ꝙ circa possessorium sit in præcedenti consilio recte conclusum. Nam ꝙ remedium reintegrandæ non competat satis probatum est in dicto cons. ex quo Gulielmus voluntarie & ex iusta causa, s. permutationis cecidit ab initio a possessione, quamuis etiam titulus deinde sit resolutus, & prout etiam in terminis concludit, & late comprobat Ale. in d. consi. 92. 1. vol. Est igitur sola vis respondendo ad allegata in contrarium. Non obstat igitur primo, ꝙ resoluatur contractus permutationis, ut ex retro, & sic ꝙ fingatur, Gulielmum ab initio sine cã cecidisse a sua possessione, quia hoc negatur. Nam ubi quis † titulũ habet ab eo, q plenum habet & liberum dominium, si agatur ut in conditionis euentũ titulus ipso iure resoluatur, fit resolutio ut ex nũc, & non ut ex retro, ut est casus in l. si hominem, de usuca. Quia enim ibi actum fuit, ꝙ prædium esset inemptum, si aliqua conditio extitisset, ipso iure resoluitur emptio, si purificetur cõditio, ut probatur ibi in uerbo, soluerit, & in uerbo, retro acta, secundum expositionem Dy. cui etiam quo ad propositum nostrum non contradicit expositio Bar. & tamen illo casu resolutio fit ut ex nunc, & non ut ex retro, quod cõstat, quia emptor interim, id est ante resolutionem usucapit, prout utique non usucaperet, si resolutio traheretur retro ut est casus in d. l. fi. §. sin autem sub conditione. C. commu. de leg. & istud etiam clare uult Bar. in l. si ita quis. §. ea lege. de ver. obl. dum quærit de statuto disponente, ꝙ donatio intra mensem non insinuata sit ipso iure nulla. Nam secundum ipsum si intra tempus non insinuetur ipso iure contractus resoluitur, & tamen secundum eũ non transit dominium ipso iure, & remittit etiam se ad notata in l. j. de dona. ubi idem uoluit, dum reprehendit rationes Dy. & Pe. uolẽtiũ, ꝙ p illa uerba directa, s. res sit inempta, annulletur contractus ut ex retro, & ex hoc sequatur dominii translatio ipso iure. Nam secundũ Bar. regulariter est falsum, per l. pe C. de ædi. acti. & est speciale in pacto legis commissoriæ, & addictionis in diem, quòd habeat prædictum effectum, & sic extra dictos casus uult Bart. quod resolutio non trahatur retro, quamuis superueniat ipso iure contractus annullatio. Cũ ergo serenissimus rex causam habuit a Gulielmo, qui in dictis castris dominium habebat liberũ, quamuis permutatio in conditionis euentum sit ipso iure resoluta, non tamen resolutio retrotrahitur, sed nunc inducitur, cum hoc pactum non fuerit legis commissoriæ, nec addictionis in diem. Et per hoc patet responsio ad notata per Guliel. & Bal. & in d. l. ab emptione, & p Pe. & Bal. in d. l. commissoriæ, quia loquuntur, & dictum eorũ procedit in dictis pactis, nec aliter dictum eorum potest esse verum, ut patet ex præmissis, cum igitur resolutio dictæ pmutationis non trahatur retro, sequitur, ꝙ Guliel. ab initio ex iusta causa cecidit a sua possessione, tam secundum fictionem, q̃ secundum ueritatem. Nec ẽt prædictis obstat d. l. fin. §. sin autẽ sub conditione, quia illo casu ille, cuius titulus resoluitur purificata conditione, causam habebat ab hærede, qui liberum dominium non habebat, cum sub conditione ad rem alienatam legatario teneretur, ut ibi Bal. in fine, & propterea illo casu resoluitur alienatio, ut ex tunc, & non prout ex nunc, & idem est eadẽ rõne in casu. §. hoc autem. in auth. de non eligen. sec. nub. & hac rõne attenta sequi uidetur, ꝙ donatio facta per regem domino duci, & suæ coniugi in euentum conditionis resoluat, ut ex retro, quia causam habent a rege, qui liberum dominium non habebat, sed cum effectu eo esset priuandus in conditionis euentum, per hoc tamen non sequitur, ꝙ Gulielmus fingatur ab initio a sua possessione cecidisse, quia resolutio dictæ donationis trahitur solum ad tempus quo fuit celebrata, & non tẽpus quo Gulielmus tradidit, quia ipse non causa dictæ donationis, sed ex titulo permutationis dominium trastulit: quæ pmutatio, ut dixi, non resoluitur, ut ex tunc, sed solum prout ex nunc, & ideo quo ad remedium possessorium, permutatio & eius resolutio est in consideratione, & non donatio. Præterea, vt ẽt statim dicetur, donatio regis non trahitur retro. Quo igitur ad possessorium constat, recte fuisse cõclusum in alio cõs. Et idem est dicendum, quo ad petitorium per ea, q̃ allegantur in eo. Nec allegata superius obstant quoquo modo, qm̃ falsũ est, ꝙ permutatio facta per Gulielmum habeatur vsq; ab initio non facta, sicuti proxime dictum est, p l. si hominem. de vsuca. & per Bar. in d. §. ea leg. in d. l. j. de donat. & facit, quod notatur in l. 1. C. de inoffic. dona. cum aliis concord. de quib in pdicto cons. Non obstat etiam, ꝙ donatio postea facta a rege non habente dominium liberum, habeatur pro non facta ab initio quia ubi ẽt sic esset, dominium ad Gulielmum ipso iure non rediret, sed ad dominum regem donantem, & a quo postea ipso iure dominium non discederet, cum resolutio tituli permutationis habiti a Gulielmo trahatur retro, ut sæpe dictum est, & præsertim trahi non debet retro prædicta resolutio permutationis in præiudicium tertii, hoc est dictorum iugalium, per notata in l. Gallus. §. & quid si tantũ. de liberis & posthumis. & p notata in l. indebitum. §. fin. rem ratã hab. ubi habetur, ꝙ ratihabitio † in piudicium tertii nõ trahitur retro, quod est uerum. prout declarat Bar. in l. amplius non peti. eo: dem tit. & hoc magis in proposito confirmatur ex his, quę uoluit do. Card. in cap. ad petitionem. de accusationi. ubi concludit, quod si princeps restituit bannitum cum clausula, ꝙ † condemnatio habeatur pro non facta, quod talis restitutio effectum non habebit, quoad bona interim per fiscum alienata, & cum eo transit ibi Io. de Ana. in 7. col. & Fely. in c. fi. circa. 4. co. de constit. & quamuis in contrarium alleget eundem Card. & Imo. in c. quia diligentia. de elect. de qb. superius est habita mẽtio, tñ Cardi. ibi hoc casu non loquitur, sed qñ nõ tantũ princeps voluit cõdemnationẽ haberi pro non facta, sed ẽt statuit ꝙ non audiatur excipiens de dicta condemnatione, & propter hoc vltimũ præiudicatur tertio, quia repellitur si de confiscatione velit excipere, prout ẽt dictum Car. declarat & intelligit Ale. & nouissimi, in d. §. & quid si tãtum. & ipsemet Fel. in c. inter quatuor. de maio. & obed. Queãdmodũ ergo in casu Card. in d. c. ad petitionẽ. quoad tertij præiudiciũ non resoluitur cõdemnatio, ut ex retro, quãuis uerba viderentur aliter sentire, sicut in casu nostro, & multo minus debet resolutio permutationis factę cum rege trahi retro in pręiudicium tertij. i. ipsorũ iugalium. Nec obstat tex. in l. qui balneum. & l. potior. in prin. qui pot. in pig. habe. quia ubi conditio trahitur retro in præiudicium alterius, ne auferat priori creditori ius q̃sitũ spe ex 9̃tu ꝯdõnali, ꝙ aliter saluũ ẽe nõ posset, & ĩ casu nr̃o q̃uis resolutio pmutationis retro ñ trahat, at tñ alienõ ĩterim facta resoluit, & hoc quia dicti iugales donatarij cãm hñt a rege, iõ authoris titulo resoluto, ẽt ut ex nũc resoluit ius acceptoris. l. lex uectigali. de pig. & d. §. hoc autẽ. & ꝓñs saluũ remanet ius Guliel. quia agere pt cõtra regẽ actione personali, vel condictione sine cã, ꝓut illa ẽt solũ cõpeteret, si rex nõ alienasset: uel dici potest, qđ in casu nostro sub conditione ptãtiua erat concepta resolutio, quę retro non trahitur, vt dictis legibus, & ita potest intelligi. d. l. hominem. cum gl. & l. pen. C. de ędil. actio. præcedens tamẽ rñsio magis placet, ꝑ ꝑ no. per Barto. in d. §. ea lege. ex quibus probatur, ꝙ idem esset, si conditio potestatiua non esset, uel forte dici põt, aliud in cõditione, quæ suspẽdit dispositionem, & aliud in conditione, quæ resoluit. Itẽ non obstat d. l. fi. §. sin autẽ sub cõditione, quia alienatio fingitur ab initio non facta in piudicium acquirentis, & sic non tertij, sed ipsiusmet contrahentis, iõ ad commodum tertij, id est legatarii, qui alienationi non cõsensit, hr̃ retro pro non facta, & sic illo casu fingit, nõ ut tertio piudicetur, sed ut illi per fictionẽ succurratur 9̃ illum, qui est pars contractus, sed in casu nr̃o si pmutatio annullaretur, ut ex retro fingeretur in piudicium aliorũ, s. dictorum iugalium, qui dictæ permutationi non interfuerũt, quinimmo arbitror, ꝙ ẽt resolutio locationis factæ per regẽ dictis iugalibus non trahatur retro, & sic, ꝙ prædicti non priuentur ipso iure dñio, per regulam traditam in d. leg. 1. C. de inoffic. don. & in d. §. ea lege. & in aliis locis allegatis. Nec obstat, ꝙ habeant cãm a rege, qui non habebat dominium liberum, d. §. fin autem sub cõditione. & d. §. hoc autem. quia in casibus illis illud contingit: quia ubi alienatio pendente condõne

ne, sequuta non eet, dominium ad eum, qui in euentum condõnis vocatus erat, ipso iure redijsset, sicut est legatarius. l. a Titio. de fur. & filius primi matrimonii, ad quē proprietas lucri donationis p p nuptias redit, si mater ad secundas nuptias trāsit, vt hr̄ in §. q. pcedit. d. §. hoc aūt. Ne igit̄ uocatus in illū euentū in acquisitione dñii per alienationē factam pendente cōdōne patiat̄ piudiciū adimpleta conditione, resoluitur alienatio facta pure ut ex retro, & hr̄ p non facta vsq; ab initio, sed in casu nr̄o cessat dicta rō, q̄a si castra, q̄ ad regem puenerunt ex titulo permutationis, apud ipsum fuissent tpe, quo ꝯuenit, & sic tempore, quo conditio, sub qua ipso facto resoluenda erat, purificata fuit, dominiū non fuisset in Gulielmum retrāslatū ipso iure d. l. si hominem. & in pcedentibus dici plenius, iō si ex euentu dicti implemēti conditionis resoluatur alienatio p eum facta, interim non dēt resolutio trahi retro, q̄a Gulielm⁹, cuius fauore resoluitur donatio, ex hoc piudicium non patit, quia licet per hoc non priuetur donatarius ipso iure dominio, non tñ p̄eiudicatur dicto Gulielmo, qui omnino dominium ipso iure non acquisiuisset, si tunc castra apud regem fuissent, ēt non dēt trahi retro, q̄a hoc Gulielmo, cuius fauore fit resolutio, non prodesset, sed potius regi, ad quē dominium rediret, ut dixi etiam superius. Non obstat insuper dū dicebatur, ꝙ ex ꝯtu principis vel alterius non recognoscentis superiorem dominium transferatur ipso iure, quia ultra rñsiones aliàs datas rñdetur clare, ꝙ illud procedere posset, vbi dominium esset apud regem, t pe quo agitur de dominio transferendo, sed in casu nostro dicto tpe, s. resolutionis permutationis rex non erat dñs, quia dominium in alios transtulerat per ꝯtū donationis. Nam licet voluerit, non tamen potuit donatarios suo domi-

6 nio priuare, quia † non potest princeps a suo contractu discedere. cap. 1. de prob. per Cyn. & alios, in l. digna uox. C. de legi. & illa cōuentio. s. ꝙ castra deuoluant̄. ad dictum Gul. ple

7 no iure locum hēt re integra, & intelligitur † reb. stātib. prout stant. l. quero. §. inter locatorem. ff. locati. l. si fuerit in prin. pro socio. & in l. cū q̄s in pri. de solutio. q̄ iure loquunt̄ in ꝯtib. & idē in dispōne legali. l. qđ Seruius. cū gl. de ꝯd. ob cau. cū ꝯcord. de quib. ibi, & per istud constat, ꝙ opus non est laborare circa intellectum. l. bene a Zenone, quia ut in præcedentib. est plene probatum, ex natura resolutionis contractus permutationis, vel donationis non est ꝙ dñiū amittat ipso iure, nec ēt pōt amitti ex principis uoluntate, cū ex eius contractu translatū sit & qui etiam de hoc casu non cogitauit, cū intelligat̄ peruētio in dubio re integra, & rebus stantib. put stant p pdicta, ista interpretatio coadiuuat, q̄a non p̄sumitur, ꝙ princeps alteri præiudicare voluerit. l. ij. §. merito. & §. si q̄s a principe. ne q̄d in loco public. pñt ēt respōsiones prius datæ optime sustineri. Quare prima fuit, ꝙ ex contractu principis dñiū trāsferri pt̄ de plenitudine ptātis, & non aliter, ut est de mente An. in d. l. officiū, q̄ loquit̄ de donōne facta ex certa scia, qua plenitudine nō vr̄ vti princeps in dubio, ut hr̄ in l. quāquam. C. de testa. mili. Nec obstat, ꝙ in casu nr̄o constet de voluntate, & ex quo conuenit

8 ꝙ castra deuoluantur pleno iure, tanq̄ † uerbū illud pleno iure, significet dispositionem directā, & sic ꝙ dñiū trāseat directo, & sine traditione, s̄m Bald. in authen. hæc usus p̄statio. C. de sacrosan. ecc. q̄a uerū est, ꝙ substitutionem directā importat, s̄m Bal. ibi, q̄a aliàs in substitutione prolatū nihil operaretur, nec pōt aliud significare, sed in casu nr̄o aliud pōt importare, s. ꝙ castra deuoluantur pleno iure, videlicet, quo ad proprietatē & vsumfructum, q̄a sic res ad aliquem pleno iure dr̄ ptinere, s̄m Bal. in l. mater. C. ad Tertullia. & in l. fœminæ. §. illud. C. de secun. nup. & tanto magis ista interpretatio est sumēda, quia magis concordat cū iure cōi. c. cum dilectus. de cōsuetudi. le. 2. C. de noxa. s̄m quā non transit dñium sine traditione. l. traditionib. C. de pa. Et ppea nō est uerū, ꝙ ex illis verbis

5 cōstet, principem uoluisse dñium ipso iure transferri, cū aliud possint importare, & per hoc sustinet̄ scđa rñsio, q̄ colligitur ex notatis p An. de Iser. & Bal. in c. j. de noua forma fideli. & q̄ impugnatur, tanq̄ constet de uoluntate principis p illud verbū pleno iure, ꝙ utiq; est falsum, vt dixi. Et similiter ex pdictis tertia rñsio defenditur, p q̄ dicebatur, ꝙ ex contractu principis nō retrāferet̄ dñiū ipso iure eo casu; quo in eū mediāte tradōne fuerat trāslatū p regulā, ꝙ ubi ad trāslatōnē dñii requiritur tradō, nunq̄ ipso iure retransfertur sine tradōne, s̄m gl. & Bal. in l. 1. C. de inoffi. don. Nec obstat, ꝙ in casu nostro dicatur, de voluntate principis ꝯria apparere, quia hoc nō esse verū satis ostēsum est, & cōfirmat̄ dicta rñsio, quia eiusdē naturæ debet

9 esse † distractus, cuius est contractus, l. ab emptione. de pact. sicut ergo in principē ipso iure nō trāsfertur dominiū ex contractu celebrato cū illo, ita nec ex distractu dēt princeps ipso iure priuari, qua rōne ad hoc vtitur Bar. in l. & iō. in prin. de condi. furt. & iō nō p̄sumitur, ꝙ princeps per illa verba voluerit a dicta regula discedere, cū possint aliud significare, ut dixi. Postremo non obstat declaratio Regis, de qua in suis literis, circa quā plus laborat pdictus dñs cōsultor, quam expediat, quia dū dicit castra pdicta esse effecta ante donationē, & ꝙ non potuerunt in p̄eiudiciū Gulielmi, absq; onere, de quo in pmutatione, in aliū transferri, istud est plane cōcedēdū, nec p hoc infertur, ꝙ priceps potuerit vel voluerit dictos iugales donatarios suo dñio priuare. Qm̄ ex eo, quia sunt affecta, purificata cōdōne resoluitur permutatio Gul. & donatio Regis, & sic hoc respectu dicuntur cū onere trāsire, sed tñ dñio nō priuātur donatarij ipso iure, q̄a illo nō priuaretur ēt Rex, si apud illum esset dicta castra, ut in præcedētib. est pbatū, quia ergo in hoc Rex nō oneratur, nec grauatur, scilicet, qđ dominio ipso iure priuetur, idcirco non potest hoc onus de persona Regis in donatarios transire. l. traditio. de acq. rer. dom. sed transit cū illo onere, qđ erat apud Regem, videlicet resolutionis ipsius contractus. Et quib. tandem concludo, ꝙ nec possessorio, nec petitorio agi potuit contra Illustr. D. Ducem Lotharingiæ, & prout etiam prius fuit conclusum. Laus Deo.

¶ Concessio castrorum facta in vicariatum ut transeat ad hæredes, an dicatur esse feudum, vel habeat eius naturam.

SVMMARIVM.

1 *Feudum comitatus est indiuisibile, etiam quantum ad administrationem.*
2 *Prohibitio hominis concurrens cum prohibitione. l. operatur, & ubi aliàs prohibitio. l. locum non habuißet.*
3 *Primogenitus solus in feudis indiuid is succedit.*
4 *Consuetudo succedendi in feudum per primogenitum inducitur ex bino actu, cum cursu triginta uel quadraginta annorum, & est ualida & rationabilis.*
5 *Consuetudo etiam particularis unius familiæ iuri derogare potest.*
6 *Concessio castrorum non est feudum, sed officium.*
7 *Inuestitura, & iuramentum fidelitatis in feudis præcedere debent.*
8 *Officij administratio concessa pluribus transit ad quemlibet in solidum.*
9 *In feudum non dignitatis succedunt omnes, & habet locum diuisio.*
10 *Prohibitio diuisionis ex causa ualet maxime ad tempus.*
11 *Testis de auditu non probat etiam in antiquis, nisi concurrente fama & alijs adminiculis.*
12 *Testes deponentes de tēpore immemorabili debent deponere de communi opinione super hoc.*
13 *Iure familiaritatis admißus quis potius præsumitur, quam per iuris sui renunciationem.*
14 *Iurisdictio retinetur per habentem ius etiam ex facto tyranni occupantis qui illam euercet.*
15 *Iurisdictionis concessio in dubio censetur realis, & territorio cohærens.*
16 *Consuetudo & perscriptio quomodo differant.*
17 *Error iustus est loco tituli, & inducit bonam fidem.*
18 *Consuetudo gener alis prouinciæ contra ius, & onerosa, ad loca particularia non extenditur.*

CONSILIVM XXXIIII.

IN HAC lite vertente inter comitem Vgolinum ex una, & eius fratrē comitē Robertū ex altera. uidetur prima facie dicendū, ꝙ solus comes Vgolinus tanquā primogenitus succedat in vicariatu & in eius iurisdictione, quia cōcessio eius facta fuit maioribus prædictorū tanquā comitib. & sic uidetur, qđ

1 castra † de quibus agitur, concessa fuerint in feudū comitatus quod

qđ sui natura est indiuisibile.c.1.§.præterea ducatus.de prohi. feu. alie. per Fed.ꝙ etiã verũ est qtũ ad administrationem. & licet Bar.in l.inter tutores.in fi.de admini. tut. dicat, administrationẽ iurisdictionis diuidi posse, hoc tamẽ locũ hẽt in alijs feudis non autẽ feudo ducatus, marchionatus, & comitatus, secundum Bal.in d.§.præterea ducatus. Et ubi etiam talis concessio non esset feudum comitatus, sed simplex feudũ, adhuc tñ diuidi non posset inuito co. Vgolino, sed omnibus demum cõsentientibus, ut probat tex.in d.§. præterea ducatus, quem ad hoc etiam ponderat Abb.in cons.82. Quanquam in his dubijs &c. in vlt.colu. vbi hoc tenet etiam, quamuis in alijs feudis dictum sit administrationem diuidi posse, per notata per Bart.in d.l.inter tutores.tamen in casu nostro secus esse uidetur speciali ratione, s. quia Papa in concessione facta per eum, diuisionẽ expresse prohibuit. vnde quia talis prohibitio concurrit cum alia prohibitione iuris cõmunis.d.§.præterea. operatur, vt diuisio fieri nõ possit, ẽt in casib.in quib.aliás de iure fieri potuisset, & sic non põt fieri ẽt inter uolentes & cõsentiẽtes, licet nõ sit feudũ comitatus, nec etiam quoad administrationem quantumcunq; cessante illa expressa hominis prohibitione, diuisio

2 de iure dictis casibus fuisset permissa, quia † quotiescunq. concurrit prohibitio hominis cum prohibitione legis, tunc in casibus exceptis a iure, & in quibus prohibitio legis non habebat locum, hominis prohibitio operatur, & effectũ sortitur, ut ꝓbatur in §. sanctissimas. in authen.de non alienan.& not. gl.in c.uerum.de condi.appo.& ĩ c.licet.de iureiu.li.6. & colligitur ex no.per Bar.in l.filiusfamiliâs.§.diui.de lega.1.dũ respondet ad l.2.de usucap.pro emp. & ibi ponderant omnes Moder. cũ alijs concor.de quib.ibi per Alex.Si ergo prædicta castra diuidi non possunt, etiam quoad administrationẽ, sequitur ꝙ in il

3 lis † primogenitus solũ succedit, ẜm gl.Inn.& omnes in c.licet de voto.vbi habetur, ꝙ in regno, & in alijs dignitatibus sęcularibus rõne indiuisibilitatis primogenitus succedit, quæ ratio habet locum in casu nostro, & talis indiuisibilitas fuit introducta propter bonũ publicũ, ne scilicet dignitas minueretur, & ne respublica læderetur ex pluralitate principum & regentiũ, quia multitudo principũ noxia est, ẜm Philosoph.& prout declarant Doc.in d.c.licet.& vbi de iure primogenitus in casu nostro non posset succedere, de consuetudine tamen solus est ꝑferendus; qm̃ cõstare dicitur de cõsuetudine antiqua, & a tpe immemorabili inter istos nobiles, ꝙ primogenitus semper solus administrauit, & gubernauit, quæ cõsuetudo tanti tp̃is hẽt vim ꝯcessionis & priuilegij.c. super quibusdã.§. ꝑterea de ver. sign.& no.in c.1.de præsc.in 6.& in l.hoc iure.§. ductus aquę. de aqua quoti.& æsti.probatur ẽt cõsuetudo talis ex eo, ꝙ constat bis primogenitũ successisse.s. Vgolinum antiquiorẽ, quia vt dñt testes, solus rexit & gubernauit quis haberet Robertum fratrẽ minorẽ natu, & idem dñt de Carolo, qui similiter habebat plures fratres minores natu, vnde ex tali bino actu inducit

4 † consuetudo succedendi, maxime iuncto cursu.30.vel 40.anno.sicut dr̃, ꝙ res ecclesiæ dr̃ cõsueta concedi in emphyteusim adeo ꝙ ꝑ solũ prelatũ põt postmodũ cõcedi sine alia solennitate, qñ bis in emphyteusim fuit concessa, & distamus a prima cõcessione q spatiũ.30.anno.ẜm Iac.de Bel.in c.1.in prin. ĩ ti. qui feu.da.possunt.& ibi ꝑ Bal.& ꝑ eũ in l.de quib.de legi. circa.10.col.& Imo.in c.ex parte.de feu.vlti.char.& Alex.in cõs. 7.3.vol.& propterea ex tali cõsuetudine præscripta co.Vgolinus iunior tanquã primogenitus ꝑferendus vr̃ fratri suo minori, per ea quæ habentur in d.l.de quib.& in c.fi.de consue Nec de validitate istius consuetudinis est dubitandũ, cũ Doc. vbiq. illã ꝓsupponant validã, ut colligitur ex no. per Bar.in l. cũctos populos in 6.q.prin.C.de sum.tri.& Io.An.in c. sine culpa. de reg.iur.in mercu.& alibi sæpe, ac ẽt isto casu est rõnabilis, & in bono publico fundata, ut colligitur ex no.in d.c.licet.vt dixi supra.ꝓxime.& ꝓut ẽt dicit Pa.de Ca.in cons.163.In cã, q̃ magnificus dñs Titius, &c.vbi vult, ꝙ de iure ciuili inducatur spatio.30.anno.ꝑ no.ꝑ gl.in d.l.de qb.& ĩ l.dñi ꝓdiorũ.C.de agr. & cẽsi.lib.11.& de iure canonico spatio.40.anno.per no. in d. c.fi.& q̃uis ẽt talis consuetudo nõ esset gñalis in tota prouincia, sed solũ in hac casata & familia, tñ illa etiam põt iuri dero

5 gare, sicut & generalis † cõsuetudo, ẜm Ioã.An.in addi. Specu. in ti.de instru.editio.§.compendiose. ver. sed nunquid, in addi. magna.& Ang.& Imo.in l.testamenti factio.ff.de testa. ¶ Quinimmo videtur eẽ probatum gñalẽ eẽ cõsuetudinẽ prouinciæ, ꝙ primogenitus succedat in dominio & statu, & ꝙ gñalis cõsuetudo extenderetur ad hæc loca particularia, vbi etiam no constaret de consuetudine particulari dictorum locorum.c.super eo.de censi.& c.cum ecclesia Vulterana.de ele. Sed tamen ꝓmissis non obstantib. q̃ re uera non obstant, contrariam sententiam proculdubio puto veriorem, & in primis est aduertẽ

6 dũ, ꝙ † concessio istorum castrorum non fuit feudalis, sed est officium, vt voluit Bald.in c.cũ venissent.de inst.vbi dicit, ꝙ si Papa concedit alicui aliquam ciuitatẽ in uicariatũ vsque ad decem annos, & ille moriatur prius, ꝙ non transit concessio ad hæredes, quia est officium; quod regulariter non transit ad hæredes, l.cuius.de cura.furio.l.antep.de tut.licet secundum eum Bar.& male in l.pater.quę est.l.pe.de serui.leg.sentiat oppo.& eum Bald. transit Alex. in l.quia personale.iuxta fi.so.ma.nec secundum eum Bart.in l.pen.contradicit, quia non loquitur in officio, sed in beneficio, & quamuis in casu nostro ad hæredes transeat, hoc contingit ex concessione expressa, & non ex concessionis natura. Et ꝙ in feudum non sit facta concessio, pro

7 batur, quia inuestitura † non præcessit, quæ in feudis præcedere debet.c.2.in fi.de feu.cog.nec iuramentum fidelitatis, quod feudatarius præstare solet.c.1.de forma fide.& c.1.de no.for. fidel.& ad beneplacitum huiusmodi est facta concessio, quæ quidem in hoc conuenit officio iuxta not.per Bart.in l. sufficit.de cond.indeb.& in l.iurisperitos.de exc.tut. & non feudo quod sui natura nedum est perpetuum.ca. 1.§.beneficium.in quib.cau.feu.amit.& patet ex diffinitione feudi, de qua ꝑ Bal. & Doc.in præl.d. feudo.& in d.§.beneficium.& per Ale.in l. si finita.§.si de vectigalib.de dã.infec.sed etiã irreuocabile, nisi ex causa.c.1.de feu.sine cul.non amit.& ca.1.de noua forma fideli. Cum ergo concessio castrorum facta in vicariatum feudum non sit, sed officiũ, & sic facta plurib. sequitur, ꝙ ad quẽli

8 bet transit in solidum, & ꝙ cuilibet etiam administratio † dicti officii, ex quo datur iurisdictio ordinaria, in solidum competit.l.1.de of.consul.& nõ.Doc.in l.si vni.de re iu. licet aliud sit quando plurib. competit iurisdõ delegata ẜm Doc.ibi:& dicit etiam Barto.in d.l.si uni, ꝙ si decedat vnus comes hñs iurisdictionem relictis pluribus filiis, ꝙ quilibet separatim poterit iudicare, per l.ij.§.ex his.de ver. ob.& per p̃ns in casu nr̃o nõ solum comiti Vgolino, sed etiam co.Roberto de iure in solidum competit iurisdictio & iurisdictionis administratio, quia concessio vicariatus fuit facta pro filiis & nepotib.& sic pluribus, & qui successerunt patri, apud quem erat iurisdictio ordinaria, secundum Bart.in d.l. si uni.& dato etiam, ꝙ dicta concessio esset feudalis, adhuc tamen quilibet in feudo succederet & non solus primogenitus, ex quo non fuit feudum ducatus, marchionatus, vel comitatus, quia de comitatu, vel sub nomine comitatus nõ fuit facta concessio & infeudatio.c.j.quis dicatur dux, &c. & ibi no.Bal.& alii, & Ale.in cons.7.circa prin.

9 5.vo. Nam † in aliis feudis succedunt omnes, & de iure in illis inter eos habet locum diuisio c.1.§.item si duo.quib.mo.feu.ami.& ibi no. An.de Ise. ꝙ feudum regulariter potest diuidi inter filios, & hæredes, & probatur in c.omnes si de feud. fuc. contro.inter do.& agn.& in c.j.de nat.suc.feu. & idẽ uult Andr.de Iser.in d.§.ꝑterea ducatus.in 1.col.& Ale.late.in d.cõs.7. & sic in ista non hẽt locum glo.in d.c.licet.de voto.sed loquitur in feudo ducatus, marchionatus, vel comitatus, quod de iure diuidi nõ p̃t. Et nõ ob.d.§.ꝑterea.quẽ ponderat Ab.in ꝯs.in ꝯrium alle. quia non probat, nisi per argumentum a contrario sensu, qđ non debet sumi & late probat Ale.in d.consi.7. Nec ob.ꝙ Papa etiam isto casu prohibeat diuisionem, quia quamuis in hoc recedat a iure communi, in aliis tamen ab eo non intelligitur esse recessum.l.quod vero contra.de legib.& l.ꝑcipimus.in fi. C.de app.& probatur in c.j.de feu.non haben. ꝓpr. na.feu.vbi hr̃, ꝙ licet natura feudi in uno sit alterata, in aliis tamen retinet naturam suam, & propterea quamuis prohibita sit diuisio, per hoc tamen non fit, quominus ad omnes pertineat feudum pro indiuiso, sicut quando in qualibet alia prohibetur per testatorem inter filios diuisio: † quæ prohibitio facta

10 ex causa, ualet, secundum Ale.in l.si non sortem.§.si cẽtum de cond.indeb.ꝑ no.ꝑ gl.in l.fi.C.commu.diui.& ꝑ Bal. in l.si conuenerit ꝓ socio.& maxime ualet, quando est facta ad tempus, secundum Pau.de Ca.in d.§.si centum, & tunc res, quæ cõtra

tra dispositionem iuris est facta indiuisibilis, adhuc remanet communis inter prohibitos, sed (vt dixi) ista nõ est cõcessio in feudum, sed est officium, quod ad quẽlibet pertinet & transit in solidum, quamuis diuidi nõ possit iurisdictio. d. l. 1. de of. consul. per no. per Bar. & Do. in d. l. si vni. de re iud. Quia ergo intentio co. Roberti ex ipsa confessione est de iure communi fundata. l. cum precibus. C. de prob. sola vis est in respondẽdo ad contraria. Non obs. igitur, ꝙ diuidi non possit feudum comitatus. d. §. praeterea. quia negatur, ꝙ ista castra sint in feudũ concessa, sed in vicariatum, qui est officium, ut dictum est, & vbi essent in feudum comitatus, ex quo sub nomine comitatus facta concessio. d. c. j. q̃s dica. dux, &c. ex hoc sequitur, ꝙ de iure est diuisibile, vt iuribus superius allegatis, ex quo etiam seq̃tur, quod non concurrit prohibitio diuisionis facta ab homine cum prohibitione legis, ut dicitur in contrario. sed prohibitio hominis est sola, & per se propter quam non sequitur, ꝙ ad primogenitum dẽat iurisdictio tantum & administratio ꝑtinere, quia talis prohibitio hominis nõ extenditur vltra id, ꝙ est expressum, & multo minus quam dispositio legis, ut late ꝯcludit Imo. in l. si vero. §. de viro. sol. ma. & iõ in casu omisso remanemus in dispositione iuris communis. l. si cũ dotem. in pri. so. mat. & l. commodissime de lib. & posth. ſm quod ius commune officium & feudũ excepto illo, de quo in d. §. preterea. transit ad omnes, & in hoc ab illo non reperitur recessum, sed in hoc solum, ꝙ diuidi non possit, quamuis etiam intelligatur prohibita diuisio administrationis, per hoc tamen non fit, ꝙ ad primogenitum tantum pertinere possit, sed ꝙ apud quemlibet in solidum sit iurisdictio, & iurisdictionis administratio, sicut est etiam de iure communi, antequam sit facta diuisio, licet non prohibita. d. l. 1. de offi. consul. & vt nota. in d. l. si uni. Nec isto casu loquitur glo. in d. c. licet. sed in dignitate, quę de iure communi non potest diuidi, & in tali dignitate est speciale fauore publico, quod solus primogenitus succedat, sed aliis casibus de iure ad quemlibet iurisdictio pertinet insolidum, & a iure, quantum ad hoc, non est recessum, licet etiam prohibita sit diuisio administrationis, quia communio a qua per ꝓuisionem hominis recedi non potest, stare põt, & etiam administratio cuilibet in solidum competere, sicut competit ante diuisionem, quando diuisio non est prohibita, vt dictum est, ut patet per ꝑdicta. Non ob. insuper, dum dr̃, ꝙ de cõsuetudine primogenitus succedit, quia de aliqua consuetudine non constat. Nam Bazaron pater Vgolini & Roberti, de quo deponunt testes de auditu, erat solus, & non constat, ꝙ fratrem haberet, & sic ab illo non potuit inchoari consuetudo. Nec etiam a d. Vgolino, qui dr̃ habuisse fratrem Robertum, quia ꝙ ipse solus administrauerit, testes non deponunt nisi de auditu, ideo non probant. l. testiũ. & ibi no. C. de testib. & no. gl. & Doct. in c. tã literis. eo. ti. & Spec. in ti. de teste. §. j. ver. item ꝙ non probent. & in ꝟ. nunc tractandum. ver. de 11 † auditu quoque, cũ concor. quod etiam uerum est in factis antiquis excedentibus memoriam centum annorum, nisi cum tali testimonio concurrat fama cum aliis adminiculis, ſm Io. An. & Abb. in c. licet ex quadam. de testi. excepto casu, de quo in illo tex. & vbi ẽt in factis antiquis sufficeret testimonium de auditu, iuxta no. ꝑ Bar. in l. si arbiter. de proba. tñ illud factum dicit antiquum, a quo distamus ꝑ annos centum & ultra, & qđ in casu nostro non est elapsum, ſm Imo. & Abb. in c. veniens. de ver. sig. & Im. & Ab. in c. veniens. de testib. & Imo. in l. ij. §. Labeo. de aqua plu. arcẽ & Al. in l. cũ aliq̃s. C. de iure delibe. vbi dicit hanc opi. eẽ cõem & pro qua pluries consuluit, ut ibi plene referũt nouissi. q. idẽ tenẽt. Praeterea ẽt ꝑ testes co. Roberti ꝓbatur de auditu, ꝙ frater Vgolini ẽt administrauit, & per ꝯñs probat̃, ꝙ vterq; exercuit iurisdictionem in solidum, sicut de iure potuit. d. l. 1. de offic. cõsul. Nihil ẽt probant circa consuetudinẽ, inquantũ dicũt, Io. Frã. administrasse, quia erat solus, & non constat, ꝙ hẽret fratres, immo testes co. Roberti deponunt, ꝙ ipse solus remãsit post mortem patris, & ꝓpterea ex hoc non potuit causari consuetudo, ut succederet primogenitus, & idem inquantũ dicũt Carolum patrem istorum comitum gubernasse, q̃a sit̃r hoc nihil operat̃ ad probationẽ consuetudinis, q̃ñ Carolus & fratres erant illegitime nati, ut testes utriusq; partis dicũt. Et ꝓpterea ad uicariatum non admittebantur ex tenore concessionis, quae vocat legitime natos, iuxta not. in cap. innotuit. de elect. nec de iure ẽt, si concessio solum loqueretur de filijs simpliciter. ar. c. naturales. si de feu. fue. cõtr. inter dom. & agn. & ꝑ ea quae no. Bar. & omnes, in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. sed Carolus fuit admissus, q̃a fuit per Papã solus legitimatus facultate succedẽdi ĩ hoc uicariatu & sic ipse exclusit fr̃es suos nõ tanq̃ primogenitus, sed q̃a illi erãt incapaces & inhabiles, & idcirco ex administratione Caroli non potuit induci cõsuetudo in fauorẽ primogeniti, quia ipse solus fuit capax, & proprie primogenitus dr̃ ex plurib. l. 1. §. proximus. unde cogn. & l. proximus. de uer. sig. Et propterea cũ non cõstet, ꝙ bis primogenitus solus administrauerit, & ꝙ decursum sit tp̃s. 40. ann. a tẽpore. quo uice solus primogenitus successit ante mortẽ Caroli pr̃is istorũ comitũ, non põt co. Vgolinus iunior uel le solus admitti, quia de ꝑcedenti cõsuetudine non ꝯstat ꝑ ea, q̃ in ꝯriũ allegantur. Nec ob. ẽt, si testes aliqui dicant, ꝙ ab immemorabili tp̃e est cõsuetudo inter dictos nobiles, ꝙ primogenitus solus succedat, quia tales testes nihil ꝓbant, q̃a testes 12 † deponunt de tp̃e, cuius initii memoria in ꝯriũ non existat, dicere debent necessario communẽ opi. esse memoriã extare, vel non extare in cõtrariũ, ut no. gl. in c. 1. de ꝑscr. in l. ij. §. Labeo. de aqu. plu. arc. Bal. in l. cõuenticulam. C. de epis. & cle. & Inn. in c. ueniens. de uer. sig. & Ar. in c. licet ex quadã. in 1. col. de testi. & Alex. in cõs. 136. co. pe. & cõs. 198. 2. vo. cũ ergo de dicta cõi opin. non dicant, nec de ea sit capitulatum, iõ in hoc testes fidem non faciunt, prout concludit Alex. consil. 116. in fin. 5. uol. ¶ Nec etiam ex hoc ꝙ comes Vgolinus modernus administrauerit & gubernauerit solus, dici potest, consuetudinem esse inductã, uel probatã, quia sic fecisse potius p̃sumit̃ 13 iure quodam familiaritatis, quã iure proprio. l. qui iure familiaritatis. de acq. poss. & per Doct. ibi, & maxime per Pau. de Cast. qui refert consuluisse, ꝙ si primogenitus, ad q uem solum dñium castrorum pertinebat, passus sit, ꝙ alius frater eligeret simul cum eo, & deputaret officiales ꝑ longum tp̃s, ꝑ hoc nõ vr̃ illum suo iuri renunciasse, sed praesumitur potius, ꝙ fratrẽ secum admiserit iure familiaritatis & fraternitatis, per illum tex. & per no. per Inn. in c. bonae. el grande. de postu. praela. ubi post prin. dicit, ꝙ cõstare dẽt, ꝙ ille, qui utitur re aliena, fuerit usus tãquã iure ꝓprio, uel sibi debito, vt sibi acquiratur, aliàs ur̃ vsus iure familiaritatis, & ẽt alleg. no. per Inn. in c. cũ ecclesia. de cau. pos. & proprie. ut ibi latius per eum, & idem per easdem rõnes tenet Pau. de Cast. in cons. 163. In cã, quam magnificus. D. Titius, &c. & ibi ẽt dicit, ꝙ oportet cõstare, ꝙ non solũ alius frater hoc fecerit ex iure suo sibi debito, vt dictũ est, & ẽt ꝙ ille, ad quẽ dñiũ pertinebat sciuerit, ꝙ frater suus hoc facere uoluerit iure suo, & ex debito, & nõ tã ex grã, quam ex debito, & hoc per no. per Inn. in d. c. bonae: & ex alio dici põt, ꝙ solus co. Vgolinus cœpis ad minus cœpit administrare, quia co. Robertus tunc erat pupillus, qui iurisdictionem exercere per se non poterat, sed per tutorem, ſm Bar. in l. quidam ꝯsulebat. in fi. de re iu. qui dicit, ꝙ post pubertatem põt exercere, quae sunt simplicis iurisdictionis, sed ea quae sunt administrationis exercere non põt sine curatore, unde ex hoc ẽt cessat p̃sumptio, ꝙ comes Vgolinus iure proprio administrauerit, cũ alia possit capi coniectura, & ex his sequitur, ꝙ per eius administrationem non solum fuit q̃sita possessio uel quasi, ipsi soli, sed ẽt co. Roberto, tanquã dicatur administrasse cõi nomine, cum ad oẽs iurisdictio. administratio pertineret, secũdũ Bart. & oẽs in d. l. qui iure familiaritatis. & si dicatur, ꝙ iõ co. Vgolinus est usus iure proprio, ex eo ꝙ per multos dicebatur, ꝙ cõsueuerat semper primogenitus gubernare, iõ habuisse vr̃ respectum ad dictã cõsuetudinem & illius respectu administrasse, per no. per Bar. in l. 1. §. hoc interdicto. de itine. actuq; priu. ubi dicit, ꝙ dẽt probari, ꝙ quis sit usus iure seruitutis & non familiaritatis, q̃ñ erat fama, uel dicebat ꝙ ad eum spectabat seruitus, quia ẽt si esset ita, adhuc tamẽ ius co. Roberti ex usu illius cõseruaretur, ex quo de iure ad dictos fratres cõiter iurisdictio pertinebat, & ad quemlibet in solidũ, ꝑ no. per Bart. in d. l. si uni. de re iud. ut probatur in l. seruitus, cum l. seq. quae incipit, non satis. quemadmo. seru. amitt. vbi dr̃, ꝙ si unus ex pluribus sociis utitur seruitute, ꝙ per illũ solũ ius aliorum cõseruatur, & hoc non solum habet locũ, q̃ñ usus est cõi noĩe, sed ẽt si usus sit noĩe proprio tñ, secũdũ Pau. de Ca. ibi, quia secũdũ eum deberetur fundo, & qualitercũq; utatur, noĩe feudi

di utitur, non sic si deberetur personę, quia utendo suo noīe non conseruaretur alteri personæ.& per hoc infert, ꝙ si quis
14 hēt† iurisdictionem in aliqua terra,& illa fuerit ꝑ tyrannū oc cupata,& usus sit iurisdictione noīe proprio,ꝙ nihilo minus ille,ad quem terra pertinet,retinet ius facto illius tyranni, q̄a territorij fuerit tenta & exercitata, sicut ergo & hoc casu, in
15 quo† concessio iurisdictionis in dubio censetur realis & territorio cohærere,s̄m Bar.in l.pe.q̄ incipit,pr̄.in fi.de serui.lega.& in l.inter quos.de acq.re.dom.quamuis co. Vgolinus ad ministrauerit noīe proprio,& iurisdictionē occupauerit, ius co.Roberti nihilo minus conseruat. Præterea inter dictos fratres non pōt dici,ꝙ agat de ꝯsuetudine,sed de p̄scriptione, q̄a cū tractetur de acquirendo ius priuato,s.co. Vgolino,siue tra
16 hat ius ex publico,siue ex priuato,dr̄ p̄scriptio,sed ex† cōsuetudine quæritur ius publico,ut colligit ex no.p Io.An.& Do. maxime Abb.in c.fi.in pen.co.de consue.fatemur tñ,ꝙ ex parte subditorū pōt dici consuetudo,per no.per Io.An.in c.3.eo. ti.lib.6.dicētem,ꝙ si eps acquirit,ꝙ solus possit corrigere subditos sine consilio capituli, quo ad epm & capitulū est p̄scriptio:quia detrahitur capitulo,& acquiritur epo,& sic cum acquiratur uni,non pōt dici cōsuetudo,sed respectu subditorū, qui ueniunt corrigendi per solū episcopum,dr̄ consuetudo,& idem respectu episcopi quo ad subditos,quia subditis nihil detrahitur,sed est eis quædam lex, ut solum ꝑ episcopū inducat. ex quo sequitur,s̄m Io.And. ꝓ quatenus eps contendit cōtra capitulum,debet habere titulum,quia est præscriptio,& in p̄scriptione contra ius requiritur titulus.c.1.de præsc.lib.6. sed quatenus litigat ꝯ subditos,non tenetur allegare titulum, q̄a in consuetudine etiam contra ius non requiritur titulus,quia hoc nullo iure cauetur,immo potius ꝯtrarium probatur,in d. c.fi.Cum.n.sit lex,inspicitur sola uoluntas & tacitus consensus,& cum eo transit et̄ Abb.in d.c.fi.in pe.col.ꝙ in c.cum ecclesia Vulterana. de elect.in ul.no.dicens,& in casu illo, quo canonici debent habere ius eligendi sine epo ex consuetudine nō est proprie cōsuetudo,quatenus capitulū vult acq̄rere ius ꝯ epm:vn̄ s̄m eum in tali consuetudine improprie dicta requiritur titulus,sicut in præscriptione,per no.per gl.& Io.And. ī nouella in d.c.3.de consue.lib.6.dum ergo Doct.in locis in ꝯrium allegatis præsupponunt, primogenitum admitti ex consuetudine,loquūtur improprie respectu aliorum filiorū, q̄b. detrahitur respectu subditorū proprie, ut loquuntur q̄n erat consuetudo generalis,ꝙ primogenitus succederet, quia tunc acquiritur publico,& non q̄n acquiritur vni,sicut q̄n agitur de p̄ferendo primogenitū unius familiæ,uel casatæ, sicut in casu nr̄o.Quatenus ergo co. Vgolinus propter consuetudinem intendit excludere comitem Robertum,non est consuetudo ꝓprie,sed præscriptio, quia acquiritur ius priuato & non publico,iō non procedit sine titulo & bona fide.d.c.1.de præscr.in 6.& idē dicendum est,quo ad Vgolinū seniorem & Robertū,
17 & si dicatur,ꝙ † iustus error est loco tituli, & inducit bonā fidē per no.per Bar.in l.Celsus.de usuca. & qui error iustus causatur ab eo, quod dicebatur per homines antiquos illius loci .s.ꝙ ad antiquiorem spectabat iurisdictio,respondetur,ꝙ pręscriptio saltem ex defectu possessionis longissimi temporis ,s. 30.anno.non est completa.l.sicut.& l.omnes. C. de præscrip. 30.anno.per q̄d tempus non possedit comes Vgolinus,maxime ante litem motam, per quam fuit interrupta præscriptio, & quia tempus pupillaris ætatis tollitur de medio. d.l.sicut. & vbi esset decursa ex capite minoris ætatis, daretur restitutio. Nec ob. ꝙ isto casu probatum sit de cōsuetudine generali totius prouinciæ, & sic ꝙ acquiratur per eam publico,& nō uni tantum,quia hoc negatur,q̄m non constat, quo titulo alii admitterentur,potuit.n. esse,ꝙ in illis casibus in quib. dicunt testes primogenitum successisse,ꝙ ille debebat de iure solus admitti,secundū no.per gl.& Doc.in c.licet,de uoto. & sic ꝙ de iure successit,& non de consuetudine,ideo non releuat probatio dubia.l.non hoc.C.unde cogn.& c.in præsentia. de proba-
18 tionibus.Præterea talis† consuetudo generalis non extenderetur ad loca particularia, si de particulari consuetudine illorum locorum non constaret,quando est contra ius & onerosa,ut late concludit Abb.post alios,in d.c.cum ecclesia Vulteran.de elect.in ult.not.ubi respondet ad illum text. & ad alia, quæ facere uidebantur in contrarium.Et ex his ad omnia cōtraria colligitur responsum,ac concluditur, ꝙ etiam ad comitem Robertum simul cum comite Vgolino pertinet administratio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *In contractibus appellatione filiorum non veniunt nepotes,licet bene in feudis.*
2 *Vbi præstatur certa et magna pēsio annua,nō est propriè feudū.*
3 *Vbi appellatione filij venit nepos, admittitur solū natus tempore testamenti,vel mortis testatoris. num.14.vbi limita.*
4 *Et ita demum admittitur nepos,si in persona filij dispositio non sit sortita effectum. nu.15.vbi limita.*
5 *Legati authoritas non sufficit ad validandam alienationem rei ecclesiæ,aliàs nullam, & non potest vti clausula non obstan. limita.nu.17.*
6 *Licet ex longo tempore præsumantur omnia solennia, tamen vbi agitur de præiudicio consentire debentis,requiritur tempus.30.annorum,& etiam diuturna possessio & patientia. limita nu.24.*
7 *Prælatus non potest concedere res ecclesiæ etiam concedi solitas alterando naturam priorum concessionum.*
8 *Licet dominus emphy. ad se reuersæ teneatur proximiorem inuestire, tamen proximior tacens per annum excluditur. limita. num.25.*
9 *Non soluens canonem per bienniū, cadit non solùm ab emphy. ecclesiæ,sed etiam a feudo fictuali,quod reprobatur.nu.29.*
10 *Confirmatio iniustarum possessionum non valet etiam rei spectantis ad concedentem, qui occupatorem ignorat.*
11 *Ad consuetudinem infeudandi requiritur saltem binus actus cum cursu.30.ann. Et vnus actus solennis sufficit. nu.10.*
12 *Nepotes non intelliguntur positi in conditione tacita vel a lege subintellecta, vbi succedere non possunt.*
13 *Appellatione filij venit nepos, qui alias non veniret, ne absurdum sequatur.*
14 *Dictum supra nu.3.non est verum in contractibus,nec ubi est facta mentio de nascituris.*
15 *Dictum nu.4.declaratur non procedere, vbi in filijs non est impleta omnis intentio testatoris,vel contrahentium.*
16 *Prælatus solus potest concedere res ecclesiæ per alium ad culturam redactas,& ad hoc tenetur.*
17 *Dictum nu.5. non habet locum iustis causis subsistentibus, & adhibito tractatu per legatum.*
18 *Licet ex diuturnitate temporis mandatum non præsumatur: secus tamen si tanta sit antiquitas, quòd eius probatio redderetur impossibilis, vt temporis immemorabilis.*
19 *Notabilis declaratio ad illud, quod negatiua probatur per inspectionem scripturæ.*
20 *Extensio mandati facilius probatur & præsumitur, quā ipsum mandatum.*
21 *Mandatum ex temporis diuturnitate præsumitur, vbi actū gerens est talis,pro quo præsumitur, vt legatus.*
22 *Licentia & confirmatio Papæ in alienatione rei ecclesiæ præsumitur ex cursu longissimi temporis.*
23 *Præsumitur etiam solennitas iuris communis.*
24 *Dictum supra nu.6. procedit,vbi non apparet de titulo, secus si apparet de titulo, licet non de solennitate.*
25 *Dictum nu.8. procedit facta alienatione a feudatario: secus si a domino ante reuersionem alter fuit inuestitus.*
26 *Dominus recipiendo obedientiam & seruitiū a uasallo, uidetur ei remittere caducitatem propter inuestituram non acceptā.*
27 *Prælatus solus quando possit remittere feloniam vasallo.*
28 *Tempus petendi inuestituram nouam non currit ignoranti, nec propterea priuatur vasallus ipso iure.*
31 *Vbi actus est nullus fauore alterius, intelligitur, si ille velit.*
32 *Papa solus potest non solum feudum omnium ecclesiarum concedere, sed etiam bona earum de nouo infeudare.*
33 *Proximior debet inuestire de feudo reuerso per finitam lineam, etiam si sit ecclesiasticum.*
34 *Ignorantia, quòd alius successerit in prælatura, excusat non petentem inuestituram.*
35 *Restitutio in integrum non tollitur ex verbis amplis et generalibus literarum Papæ.*

36 *Læsio ecclesiæ ad obtinendū restitutionē, qualiter sit probanda.*
37 *Restitutio non conceditur, quando per sententiam fuit reiecta, & super ea principaliter iudicatum.*
38 *Iustæ causæ ad validandum actum probantur ex assertione generali eius, qui potest actum facere.*
39 *Speciale est in Papa, quòd in proximè dicto nō admittatur probatio in contrarium.*
40 *Relatio fit ad omnia supra narrata, & omnes qualitates.*

CONSILIVM XXXV.

tatem constat ex illo uerbo modis omnibus.l.cũ pater.§.filius mat rem.de leg.2.Quia ergo per huiusmodi legitimationẽ prima concessio mutatur,& ab illa receditur:qm̃ sub ea legitimati non comprehenduntur ex uerisimili mente cõcedentis qui ꝑ eius dignitatem de illis nõ sensit, sed solum de legitime natis,ſm Ang.in d.disputatione.& Al.in locis ꝑallegatis. ꝑfecto est credendum,quod alius princeps,qui Rogerium postmodũ legitimauit,illum ita facile non legitimasset, si de dicta enixa uoluntate sui prædecessoris fuisset informatus,per ea quæ no. Ro.in consi.317.Istæ sunt rõnes,&c.qui probat late, ꝙ princeps facilius derogat statutis aliorũ,quam suis & suorum ꝑdecessorũ,& pro hoc facit,quia † ad hoc ut per secundam concessionem tollatur prima,nedum de prima est facienda mẽtio, sed etiam de notabili clausula illius,ſm Ant.de But.in ca.cæterum.de rescr.in ult.col.& in c.ex conquestione. de rest.spo.in 3.no.& ibi Abb.in 4.no.& per An.de Bu.in c.vt debitus.de appellõ.in 4.col.Secundo dicta legitimatio quo ad ista bona,presupposito etiam ꝙ sint feudalia,est subreptitia,quia comes Ioannes pater dicti Rogerii simul cum fratribus & nomine eorũ procurator ad hoc per illos constitutus supplicauit Sigismundo,ut inuestirentur pro se,& hæredibus suis masculis,& ex eis legitime descendentibus,& ita a prædicto Imperatore fuerunt inuestiti pro hæredibus legitime descendentibus ut fuit petitũ & sic legitimati possint dici legitimi & naturales, nõ tñ dñr legitime nati nec legitime descendentes,ſm Doct. in c.per venerabilem.& in c.lator.q̃ filii sint legi.& in l. Gallus.§. si eius. de lib.& post.& Bal.in l gñaliter.§. cum autem.C.de insti.& substi.cum concor.de quib.ibi per Ale.vñ ꝑ inclusionem legitime descendentium dñr exclusi legitimati per rescriptũ.l.cũ prætor in prin.de iud.& ꝑ no.ꝑ Doct.in l.cum auus.de cond.& dem. dum uult,ꝙ si in casu illius legis filii masculi sint positi in conditione,ꝙ non subauditur de fœminis,quia censent̃ exclusæ ꝑ inclusionem masculorum,ꝑ d.l.cum prætor. si ergo princeps qui postea † legitimauit Robertum ad feuda ad instantiã co. Io.sciuisset & intellexisset. & ad minus difficiliorem se reddidisset,ad legitimandum ad feuda,quia forte dixisset, q̃d tibi semel placuit,amplius displicere nõ debet, ut in regula, quod semel.de reg.iu.& ꝙ de dicto consensu debuerit fieri mentio,ꝓbatur etiam in c.cæterum.cum gl.de rescr. De subreptione ẽt aliquo modo constat.Nam comi.Io.simpliciter exposuit principi,ꝙ ista bona recognoscebat ab illo iure feudi,& non exposuit,ꝙ feudum esset antiquum, vñ potuit Imperator credere, ꝙ esset nouum & acquisitum ab ipso comite Ioanne, ideo ad feudum,quod putare potuit eẽ nouũ,facilius legitimauit, & si sciuisset illud eẽ antiquum legitimasset difficilius,quia illud nõ fuit quæsitum a comite Ioanne. Nec ipse fuit cã acquisitionis sicut fuisset,si feudum fuisset nouum,prẽterea ad illud,q̃d ipsi acquisiuit de nouo facilius debuit concedi legitimatio dicto capitulo postulasti.& istud ẽt in specie præsuponit Pe.de Anc. in cons.410.Prima facie,&c.Nec ob.ꝙ fuerit expositum,istud feudum spectare ad agnatos legitimatione non facta, quia istud stare potest,licet feudum esset nouum,puta si ꝑ co.Io.& fratres acquisitum fuisset de nouo,quia cum fuerit ab Imperatore concessum,in illo habuisset locum ius accrescendi.l.1.C. si soci.Imperia.liber.& per Doc.in l.si mihi & Titio.de uer.ob. Ex alio non ualet etiam legitimatio in ꝑiudicium agnatorum. Nam dictus Rogerius quia spurius, nõ potuit ualide legitimari,nisi usus fuerit princeps clausula non obstante,in auth. q̃b. Mod.natur.effi.sui.§.fi.cũ gl.& an sufficiat dicta clausula gñalis, an vero requirat derogatio spãlis,non prosequor,quia de hoc non est curãdũ,quantũ ad istũ casũ,quia ẽt talis ltĩmatio tẽdit ad graue ꝑiudiciũ alterius.l.quoties. C.de precib. Impe. offeren.Et alia rõne ẽt,& sic tertio debuit in ltĩmatione apponi † saltẽ gñalis cl'a non ob.vc3,q̃a fuit ltĩmatus ad feuda,ſm Alu.& Mod.in d.c.naturales.iõ Bal.ibi uoluit,ꝙ spãliter dẽat dici nõ obstãte.c.naturales.ꝙ ista nõ est gr̃a cõis,sed exuberãs iõ exuberãs solẽnitas requirit,sed ubi gr̃a est cõis,sufficit dicere nõ obstãte aliqua.l.in ꝯtrũ faciente,&c.q̃d ultimũ nõ pono ꝓ ꝯstanti,& sic ꝑ prædicta apparet,ꝙ huic legitimationi factę de Rogerio sunt plura obstantia,& ꝙ est fcã contra triplicẽ ꝓhibitionẽ,iõ nõ sufficit gñalis clausula nõ obstãte, apposita in dicta legitimatione,sed debuit de singulis defectib.fieri mẽtio ſm Bal.q̃ ita determinat in l.j.C.de fur.in pe.col.ver.vbi scias &c.Dicens,ꝙ ubi sunt plura obstantia,non sufficit clausula generalis,nõ obstãte. Sed opus est de singulis defectib.fieri mentionẽ,q̃a qui remouet defectũ,inducit effectũ,allegat no. in l. si qñ.C.de inof.testa.in authen. omnes peregrini. C. si ut se ab hære.absti.& l.si nõ lex Aelia Sentia.de hęr.inst.& ꝑ no.ꝑ Iac. de Bel.in l.1.C.de dot.promissio.q̃d dictũ Bal. ĩ proposito ad impugnandũ legitimationẽ adducit ẽt & sequitur Ale. in cõs. 195. Nobilis uir Filonius,&c.secundo uol. & ultra eũm istud etiã probatur ex no.per Pau.de Cas.in auth.hoc inter liberos, etiam tacitam clausulam derogatoriam ad sequentia,ut ibi dicitur,C.de testa.pone ergo dicit Pau.de Cast.& ꝙ in testõ iter liberos continetur expressa clausula derogatoria ad futura.Et rñdet,ꝙ tunc oportebit,ꝙ testator dicat, non obstante quocunque alio testõ facto inter liberos cum clausula derogatoria q̃a hic præcedit duplex clausula derogatoria, una tacita fauore liberorũ a iure subintellecta,alia expressa a testatore,& non sufficit alterã tollere.l.si domus.de seruitutib.urbanorum prædiorũ.& sic uult,ꝙ utriq. derogetur spãliter prout derogatum est primæ subintellectæ ꝑ illa uerba,nõ obstante testõ facto inter liberos,& alteri expressę per uerba sequentia, uidelicet cũ clausula derogatoria,& facit ꝙ no.idẽ Pau.de Ca.in consi.55. Passus iste, &c. ad fi. Insuper dicit,ꝙ ista legitimatio quantum ad feuda nõ ualuit ex defectu ptãtis ipsius legitimantis,qm̃,ut dictum est,propter dignitatem infeudantis,& nobilitatem feudatarij pręsumptio est,quod partes non senserint de filijs legitimatis,sed solum de natis ex iustis nuptijs, & est etiam aduertendum, quod mortuo co. Ioan. ex tenore inuestituræ, & ex natura feudi feudum pertinebat ad agnatos, tamen quia erat † antiquum,in quo habet locum ius accrescendi,& quia concessum fuit a principe.per no.per Bar.& alios in d.leg. si mihi & Titio.& d.l.1.C.si soc.imperia.libe.cũ concor.de quibus per Alex.in d.l.si mihi & Titio.& ad dictos agnatos potuit feudum antiquũ ꝑuenire ex vi taciti pacti, & inuestituræ sic concessæ potius,quã ex iure accrescendi,ſm Bar.in cõs.incipien. Ex themate prædicto tria dubia,&c.& probatur in capi j.de feu.marchi.in ver.ꝑ inuestiturã fratris,quem ponderat Bal. pro mirabili,ex quo no.ꝙ in feudis post emolumentum quæsitum proprie locũ non habet ius accrescendi, sed inuestitura primi parentis,& istud ẽt uult Ale.post Bar.in d.l.si mihi & Titio. & in cõs. 30.j. Quia ergo dicti agnati uocantur ex vi taciti pacti, & ex inuestitura primi parentis,& sic ex contractu celebrato,tamen non potuit princeps sine cã ꝑiudicare dictis agnatis,quia † princeps non potest a cõtractu discedere, nec etiam successor eiusdem principis.c.1.de proba.& ibi notant omnes, & no. Cy.Bal.& alij.in l.digna vox.C. de legi.& dicit ibi Pa. de Cast. ꝙ etiam ex plenitudine ptãtis hoc facere nõ põt, & idem uult Bal.in c.1.§.ad hæc.de pace tenen.ver.item not.ex gl. Nec isto casu,quo princeps vult a cõtractu recedere, cã præsumitur in principe,ſm Abbatẽ in c.quæ in ecclesiarũ.de const.in fin.vbi vult fortius, ꝙ non creditur principi asserenti vasallum commisisse delictũ,ex quo veniat priuandus feudo,& idẽ dicit Roma.in cõsi.352.incip. Spiritussancti,&c.idẽ pręsupponit Bal. in auth.omnes peregrini.C.com.de succesSio. Et hac ratione non potest princeps vasallũ priuare feudo.c.1.de natura feud. & ibi ꝑ Baldũ, & ꝑ eum in l.qui se patris.C.vñ libe.& Abb.in consi.3.dubio. 26. quia ſm Bald.in d.c.1.licet Deus subiecerit Papæ & Imperatori leges & tributa,nõ tñ eis subiecit conuentiones,& contractus,& cõsuetudines feudales,quib.obligant̃, & prout diceretur excludere dictos agnatos a feudo vel a spe probabili,quam habebant in illo,si ualeret legitimatio in pręiudiciũ eorũ, q̃a esset quædã species alienationis ipsius feudi factæ in aliũ non comprehensum in inuestitura,sicut dicit Pe. de Anch.in cõsi.428.incip. Circa primũ quæsitũ,&c.ꝙ legitimatio est quædã alienõ rerũ subiectarũ fideicõmisso.Et per ꝑdicta patet,ꝙ licet ꝯctus feudi sit de iure ciuili, ꝙ ab illo nõ pt̃ princeps recedere,sicut nec ẽt a stipulatione,quæ est de iure ciuili.§.de constituta,insti.de actionib.& no.in l.ex hoc iure, de iust.& iure.iuncto.c.1.de proba.& hoc quia inest consensus.l. 1.de pact.qui iure naturali debet seruari.l.1.in prin. de consti. pec.& dicit Bal.in c.1.§.1.de no.for.fideli. ꝙ cõsuetudines feudorũ censentur ius naturale,& per consequens immutabiles, & dicit ẽt Bal.in c.1.§.& quia uidimus.qui feu. da pos. ꝙ bonæ & naturales cõsuetudines feudorũ ligãt principes.Nec prædi-

17 ctis ob. quod † princeps possit præiudicare in iure quærendo sine causa Bal.in l.2.C.de iur.& fact.igno. & in ca.domino guerrā. hic finitur lex Conra.& in l.Deo nobis.C.de epis.& cle. & per Moder.in d.l.Gallus.§.& quid si tantum, quia illud procedit in iure quærendo aliter, quā ex cōtractu ipsiusmet principis, sed ius etiam quærendum ex cōtractu eiusdē tollere uel minuere nō pōt, aliàs a suo cōtractu cōditionali sine causa posset discedere, qđ nullus concederet, quia talis contractus est irreuocabilis, & quoad irreuocabilitatē dicitur esse pfectus.l.1.& ibi no. C.de peri.& cōmo.rei vend.& in l.necessario.§.pen.& ibi not. ff.de peri.& commo.rei uend. Nec ob. qđ princeps legitimare possit ad feuda, ut no.in d.c.naturales, quia hoc debet intelligi, quando legitimat ad feuda ab alijs concessa, quia tūc agnatis in iure qrendo pt pıudicare, cū illis nō uenit qrēdū ex ptractu, pprio ipsius principis, sed ex alieno, vel pt hoc esse uerum et in feudo cōcessio a principe, qñ nō agit de alterius pıudicio q ipsius principis, vt qa feudū per mortem vasalli, cuius filius fuit legitimatus debebat reuerti ad ipsū principē, vel qñ legitimauit ad feuda, q adhuc nō erāt qsita p patrē, qa in qrēdis per illū nō agi t de pıudicio alicuius, sm Pa.de Ca.in cōs.459. Visis & diligenter, &c.in antepe.col.uel est dicēdū, quod etiam in feudo
18 concesso ab alio non pıudicet legitimatio, nisi † dominus feudi inferior consentiat, sm Sali.in quodam cōs.inci. Comes Palatinus, & in disputatione Mediolanen.quidā, &c. quē refert Alex. cōs.59.li.10. Visa legitimatione, &c.in 1.col.2.uol.& per hoc dicit, quod gl.in d.c.naturales.nō est uera, sed tñ illud, qđ dixi saluādo dictā gl.magis placet, qa cōiter approbat. Et ad rōnē Sal.ex pdictis colligit rñsio, qa nō agitur de pıudicio iuris qsiti dño, sed iuris qrendi aliter, q ex cōtractu principis, & in quo princeps pt sine cā pıudicare, sm Bal. in d.l.2.C.de iur. & fac. igno.& in l.Deo nobis.C.de epis.& cle.& in c.dño guerrā, hic fini.lex Conra.& Mod.in d.l.Gallus.§.& quid si tm.& q̄uis Sali.in dictis locis dicat ēt, quod gl.in d.c.naturales. pt saluari in feudis cōcessis ab ipso principe, q legitimauit ad feuda, qa ad talia feuda extēditur sua legitimatio, sm ipsum, istud tñ est intelligēdū ēt ex mēte Sali.sm pdicta, hoc est, quando agitur solum de pıudicio ipsius principis legitimantis, ut quia ad illū debebat reuerti feudū, & nō trāsire ad aliū uirtute īuestiturę. Nā qua rōne vult, quod legitimatio facta ad feuda non porrigat ad feuda cōcessa ab alijs dño cōsentiente, qa agit de pıudicio dñi, quia feudū nō poterit redire, vel reuerti ad illū ita de facili, sicut potuisset, si legitimatio facta non fuisset: eadē rōne idē est dicēdū de feudo concesso a principe, qñ agitur uel agi pōt de pıudicio agnatorū, ad quos aliàs feudū erat puenturū. Et p pdicta patet rñsio ad cōs.Cū.alleg.in ꝯtriū, qa ipse loquit, qñ feudū, de quo agebat, nō erat cōcessum ab ipso principe legitimante, sed ab illo.i.ab episcopo Vincentino. & quāuis in 2. col. sint quædā uerba, p quæ uř ꝯstare, quod loquitur de feudo ꝯcesso a principe, tñ hoc processit ex errore scribentis. Nā dū dicit, illud ēt certū est p hmōi legitimationē ad feuda, vbi feudū ab ipso principe cōcesū, & ad eū reuerti deberet, debuit dici & scribi hoc mō, vbi feudū ab ipso principe nō eēt, & ad eū reuerti nō deberet, &c. & sic negatiuē, nō āt affirmatiue, qđ manifeste colligitur ex verbis sequētib.dū immediate subdit, alijs pıudicari posset, pıudicatur.n.filijs legitime natis, qui soli erāt successuri, uel agnatis, si feudū erat auitū, & sic succedere debebāt, uel domino feudi, ad quē saltem debebat reuerti successione finita, &c. Vnde ex hoc ultimo apparet, quod loquitur, quando feudū erat concessum ab alio, & non a principe, & p ꝯñs, quod uerba pcedentia, de qb.supra, sunt corrupte scripta, quia in feudo cōcesso a prīcipe eo casu, quo dēt reuerti ad illū, nō agit de pıudicio tertij, sed ipsius solius, & quod nō est in cōsideratione, quia ꝫ eū fit lata interpretatio.d.l.fi.de cōsti.pri. cū cōcordātib.superius alleg. & dicto casu.s.qñ feudū fuit ab alio concessum, quod agnatis possit p legitimationē principis pıudicare, saluat & saluari pt opi. quorūdā cōsulētiū, vel qñ fuit concessum a principe, & agit solū de pıudicio principis, sm Pa.de Ca.qui hoc casu loquit in d. cōs.459.Visis & diligēter examinatis, &c.in antiquis. Nec ob. alia rō assignata per Pa.de Ca.in d.cons.videlicet, ad uerba īuestituræ cōcessæ p se, & successorib.& hæredib.includunt Rogeriū hrdē uniuersalem co.Ioannis, & si nō fuisset legitimatus spāliter & expresse ad feuda, sicut legitimatus simpliciter comprehenditur, quādo inuestitura cōcederetur p filijs legitimis & naturalibus quia utrumq; est falsum, quia quāmuis utroq; casu ex sui natura & propria significatione possint legitimatū comprehendere, tamen restringuntur ad filios natos ex legitimo matrimonio ex uerisimili mente concedentis, qui p p eius dignitatem & nobilitatem inuestiti non præsumitur de spurijs legitimatis cogitasse, secundum Ang.in dicta disputatione. Nobilis quidam genere & alios de quib.sup. Præterea in ultima inuestitura ante legitimationem factam p Federicū fuit facta concessio p hæredibus legitime descendentibus sub quib.verbis legitimationem factam per Federicum fuit facta concessio p hæredib.legitime descendentibus sub quibus verbis legitimati non continentur, ut etiam dictum fuit supra quę ultima inuestitura debet attendi & pręualere, tanquam in hoc deroget præcedenti, sm Pa.de Cast.in eo.cons.in fin.& dato etiam quod prima pualeret, & sub uerbis illius Rogerius comprehenderetur, etiam si ad feuda non fuisset legitimatus, tamen quia ueniret ut hrs patris, & ex persona eius agnatis nō præiudicaret ista legitimatis nec præiudicare posset, ex quo uocantur ex cōtractu principis, ut etiam concedit Pau.de Ca.in eodem cons. quamuis aliud sit sm eum, qñ feudum nō eēt hæreditarium, sicut contingit, quando recipitur pro se, & filiis, quo casu admittuntur filii, etiam si non sint hrdes patris, ut latius p eum, vbi etiam rōnem diuersitatis assignat, & quem latius referam inferius, & pdictis ēt non ob.qđ no.Bar.in l.qui Romæ.§.Flauius. de ver.ob.dum uult, quod si donaui Titio fundum cum pacto, quod post certum tempus pueniat ad ecclesiam, quod interim poterat donator remittere illud pactum de dando ecclesię, & pactum illud reuocare, quamuis actio eēt qsita ecclesiæ.l.quoties.C.de
19 dona.q sub mod.per l.3.de ser.expor. Quia solus † donator secundum Bar.pōt pactum reuocare, & non hrs eius, per d.l.3. ergo nec etiam successor primi concędentis poterit reuocare istam concessionem in præiudicium agnatorum. Præterea dictum Bar. pcedit, qñ nullus recepit pro ecclesia, sed si notarius vel alius, pro ea recepisset, donator pactū reuocare nō posset, sm Bald.in l.cum a socero.C. de iure do. Cum.& Alex.in d.§. Flauius.& Are.plene in d.cons.64.in antep.col. Et put in casu nostro ascendens p suis descentibus recipit, & recipere, ac illis acquirere potuit etiā post mortem suam.l.quodcunq;.§.j.de verb.obl.& p Bart.in l.qđ dicitur.cod.titu.& etiam nascituris in futurum.l.Paulus.de bon.libe.& p Bar.in d.l.qđ dicitur.in fi.& tanto magis, quia isto casu acquisiuit descentib.vt hæredibus, iō illis ut hęredibus sine dubio acquirere potuit.l.auus.de pact.dota. Vlterius dicta legitimatio non pıudicat agnatis.qa
20 nō † fuerunt citati, & quia cum agatur de præiudicio eorum, debuerunt citari, & ita concludit Pa.de Ca.in specie in d.cons. 259.Visis diligenter, &c.quo ad legitimationem factā ad feuda in pıudicium agnatorum, qui debebant admitti post mortē illius, ad cui⁹ preces filius legitimatus fuit ad feuda, qm̄ sm eū dicti agnati uiuente adhuc illo habebant spem probabilem in bonis feudalibus cum non sperarent tanquam hæredes illius sed tanquam ad bona, q post eius mortem sine filiis legitimis subiacebant restitutioni faciendæ dictis agnatis, quæ spes est legitima & probabilis de iure, & ultra eum melius probatur ex no.p Bar.in l.is pt, de acq.hær.dum uocatus p fideicommissū post mortem hæredis grauati mortuo testōre dicatur hre sp ē probabilem etiam uiuente hærede grauato in bonis restitutioni subiectis. Quia igitur agnati in casu nostro poterāt & debebant admitti ad feudum, etiam si nō essent hæredes Co. Io. sed satis erat, quod essent hæredes pro parte primi inuestiti, etiam mediante persona aliorum.l.fi.C.de hær.inst. ppea cū venirēt priuandi dicta spe probabili per dictam legitimationem, merito debuerunt citari. l. de vnoquoque.de re iud. & in l.nam ita diuus.de adoptio.& pro hoc etiam allegat Pa. de Ca. in c.j.in princ.de alie.feu.pater.ubi habetur, quod agnatus non potest disponere de feudo paterno existente apud eum, etiam cōsentiente domino, nisi etiam consentiat agnatus, ad quem feudū erat reuersurum. Et iō quāuis huic legitimationi consenserit Imperator, qui est istius feudi dñs superior, tñ nō præiudicat dictis agnatis non consentientibus neq.uocatis. Et hoc maxime procedit in casu nostro sm Pau.de Cast.quia iste Rogerius non pt ad feudū admitti, nisi sit hæres Comi. Io. quia fuit concessum pro se, & hæredibus, & sic est hæred tar um, & transire nō pōt ad descendentes, nisi sint hæredes, per c. quæ habentur in l.ex facto.

facto.§.fi.ad Treb.& in c.j.§.hæc quoq;, de suc.feu.& dictum fuit ét sup.Vñ cũ non sit hæres primi inuestiti, nec eẽ possit, nisi sit heres Co.Io.& veniat ex persona illius, non p̃t admitti ex dicta legitimatione, cum feudum sit paternũ & antiquum quia ius & spes dictorum agnatorum præcessit dictam legitimationem.Vñ non potuit eis auferri sine eorum consensu dicta spes.l.id,qđ nostrum.de reg.iur.cum illam habeant ex contractu principis,a quo recedere non potuit,ut dictum fuit supra.Et aliud eẽt secundum Pa.de Ca.si feudum transiret ad descentes tanquam ad liberos, etiam si non essent hr̃des,ut quia receptum fuisset ꝓ se,& liberis per rõnẽ,quam ibi assignat, ꝙ etiam non est uera,sed quia iste non est casus noster, istud aliter non prosequor,& ultra Pa.de Ca.ꝙ debuerint agnati consentire,vel saltem citari,probat̃ ex no.ꝑ Pe.de Anc.in cõs.428 Circa primum q̃situm,&c.& Al.cõs.25.& cons.67.& cõs. 94. j.vol.vbi concludunt, ꝙ nõ valet legitimatio in præiudicium substituti sub conditione,si grauatus,& idem tenet Soc. in d. l.Gallus.§.& quid si tm̃,& ea rõne,quia non fuit in p̃tãte grauati,ad eius instantiam facta fuit legitimatio, priuare substitutũ, per notata per Bar.in eo.§.& quia substitutus mortuo testõre habebat ius in spe approbata.ꝑ no.ꝑ Bar.in d.l.is põt.iõ non debuit,nec potuit ea inuitus & ignorans priuari. Adducit etiã no.per Io.And.in c.sine culpa.de reg.iur.in 6.dum vult, ꝙ legitimatus etiam ꝑ subsequens m̃rimoniũ non aufert spem successionis,quam quis habet in bonis rõne primogenituræ,quę rationes locum etiam habent in casu nostro,in quo,ut dixi,dicti agnati h̃nt spem probabilem in hoc feudo uiuente etiam comite Ioanne.Et si dicatur,ꝙ prædicta locum hẽnt ĩ inferiore legitimante ex concessione sibi data a principe,ut.s.ille non possit p̃iudicare in iure competenti spe probabili sine citatione,sed ipse princeps p̃t sine cã,& sine citatione ꝑ legitimationem auferre spem probabilem ꝑ ea,quæ dicta sunt sup.inquãtum fuit conclusum,ꝙ princeps põt legitimare post hæreditatem delatam,& sine causa p̃iudicare illis,quib.est delata,ꝑ no. per Bal.in l.2.C.de iuris & fact.ignorantia.& Pa.de Ca.& Al. in d.§.& quid si tm̃.cũ concordantib.su pius alleg.qđ inferior a principe facere non posset, & hanc differentiam inter principem & inferiorem hoc casu in specie facit Bal.in l.2.C.de seru. & aqua.col.8.ver.& ideo licet Imperator.Ad istud r̃ndetur,ꝙ 21 illud † procedit in iure quęsito spe de iure ciuili,puta ex delatione hæreditatis,quæ est de iure ciuili,super quo princeps habet supremam p̃tãtem,& quod tollere põt sine cã ẜm p̃dictos, sed aliud est,q̃ñ est ius q̃sitũ spe de iure naturali, & ex ꝯ̃ctu principis,a quo princeps sine cã recedere non p̃t.d.c.1.de proba.& ꝑ Doct.in d.l.digna uox.C.de legib.& quamuis feudum sit ꝯ̃ctus inuentus a consuetudine & a iure ciuili,pactum tamẽ qđ inest.l.1.ff.de pact.seruandum est de iure naturali.l.1. de ꝯsti. pecu.in prin.& ideo iure naturali astringit̃ princeps ad obseruantiam consuetudinis feudalis,ẜm Bal.in locis superius alle. isto igitur casu,quo ius in spe q̃rit̃ ex contractu principis,& đ iure naturali,& in quo nõ p̃t princeps p̃iudicare sine cã, vt late fuit probatũ superius,necessaria fuit partis citatio, ut in specie conclud̃t,& probat Are.in d.§.& quid si tm̃.in ult.col.dum uult,ꝙ si princeps legitimat post hęreditatem aditam, q̃a hoc facere non potest sine cãæ cognitione,quia d̃nium q̃situm est de iure gentium,quamuis actus acquirendi, id est aditio sit de iure ciuili,vt etiam concludit ibi Ale. & in l.cũ hr̃des.in princ. de acq.pos.ideo tunc necessaria est citatio,allegat no.ꝑ Bar.in l.2.C.de temp.ap.qui uult, ꝙ ubicũq; res de sui natura req̃rit cãæ cognitionẽ,vel infert graue p̃iudicium,illud princeps non p̃t facere sine partis citatione,& hac ratione confirmat Aret. q̃a si necessaria est cãæ cognitio,necessaria est citatio,sine qua de cã non potest constare.l.fi.C.si per uim uel alio mõ. Quæ rõ etiam hẽt locũ in casũ ñro, in quo,ut dixi,requirit̃ cãæ cognitio,ex quo spes est q̃sita ex contractu principis,& ẽt agitur de graui præiudicio agnatorũ,& sic concurrit utrũq;, de quo per Bar.in d.l.2.licet.n.agatur isto casu de iure q̃sito spe, & in casu Are.de iure plene q̃sito,tñ spes de qua agit̃, idẽ o pat̃, ex quo quæsita est de iure naturali & ex ꝯ̃ctu principis, & prout est ẽt de mente Doc.in locis ꝑallegatis,q̃ fundant se in hoc, ꝙ hr̃ditas delata est ex disp̃one iuris ciuilis, & ꝙ hac ratione in tali iure delato spe pr̃iceps p̃t sine cã p̃iudicare.Et ista op.ultra 22 Are. ꝯfirmat̃,quia † licet inter Do.sit altercatio,vtrũ necessaria sit citatio, q̃ñ princeps procedit in ciuilib.cõtra subditũ, & aliqui tenuerint ꝙ nõ,& prout uelle ur̃ Io.And.in c.1.de cau. pos.& proprie.& Ant.de Bu.in c.cũ olim.de re iud.& Bal.in l. nec causas.C.de appell.& in l.2.C.q̃uo & q̃ñ iudex.& in l.3.§. si is pro quo.qđ quisq. iur.& Host.& Ioã. And.in c.in ñra.de procu.nihilo minus cõtrariũ tenẽt Ant.de But.& Imo.in cle. pastoralis.de re iu.ꝑ illũ textũ in §.cæterũ. & licet loquátur in causa criminali,tñ p̃dicti idẽ d̃nt in ciuilib.in quib.agit̃ de auferendo iure quæsito de iure gentiũ,quia rõ illius tex.s.quia aliàs aufertur defensio,quæ est de iure diuino,est g̃nalis,& istã opinionem tenẽt etiam Card.& Abb.in d.c.1.de cau. pos.& proprie.& Abb.in c.in causis.de re iud. & in c.cum inter dilectos. & in c.inter quatuor.de maio.& obedıẽ.& in d.c.cum olim. & ibi ẽt per Imo.& idẽ tenet Bal.& Pau.de Ca.in l.fi.C.de legib. & idẽ est de mẽte Bal.ĩ p̃lud.feu.circa.10.col.vbi allegat d. cle. pastoralis,eandẽ opi.tenet ẽt Ang.in l.princeps. de legib.ꝑ dictam.l.fi.& dictã cle.pastoralis.& Ant.de But.& Imo.in cle.1. vt lite pend.& istam opinionem tenet ẽt Ioannes Mona.in extrauag.Bonifacij.8.quæ incipit,Rem non nouam,&c.Et hanc partem tanquam magis rationabilem & æquiorem ac etiã magis communem tenet Soc.vbi de hoc late per eum,in cõs.164. Visa bulla Bonifacij,&c.col.pen.uersic. quintus casus est, &c. quæ propriè loquit̃, q̃ñ Papa per suum priuilegium præiudicat tertio non citato, & ibi respondet ad ea, quæ faciunt in cõtrariũ,& præsertim dũ dicitur, ꝙ in concessione priuilegiorũ non requiritur citatio,ẜm Doc.communiter in d.c.cum olim. q̃ñ ẜm eum hoc non procedit,quando per priuilegium vel rescriptum cã deciditur in p̃iudiciũ tertij, vt ibi latius per eum, qui ẽt allegat Bar.in d.l.2.C.de temp.ap.de quo superius est facta mentio,& opi.contraria,ẜm Soc.põt procedere in casibus in quib.princeps potest præiudicare inuito, prout in multis casibus,de quib.ibi per Feli.in d.c. cum olim. qđ non est in casu nostro,quia,ut supra est plene probatum, in iure competenti ẽt spe tm̃,ex cõtractu principis ille nõ potest præiudicare sine cãę cognitione, & non põt feudo vasallum priuare sine culpa. d.c.1.de feu.sine culpa non amitten.nec isto casu, uidelicet, q̃ñ venit contra proprium contractum,cã præsumitur in principe,secundum Abb.in d.c.quæ in ecclesiarum.in fi.de constitu. & alios de quibus supra, & quando princeps procedit in præiudicium tertij,& ille non citatur,est adeo euidens iniquitas, ꝙ pro facto eius non præsumitur,secundum Soc. in d.consi. per tex.in dicta clem.pastoralis. Concluditur ergo ex multiplici capite,quòd agnatis non præiudicat legitimatio facta de do. Rogerio. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Feudum fratris detinentis fratrem in carcere,ad detentũ deuoluitur propter iniuriam detinentis.*

2 *Dominus castri unus ex pluribus delinquens non potest ab alio puniri, præcipuè de delicto in ipsum simul dominum commisso.*

3 *Delictum patris præiudicat filio in feudis.*

4 *Vasallus ex culpis ipso iure non priuatur, licet per sententiam, & similiter non petens inuestituram intra tempus.*

5 *Successor ex delicto prædecessoris priuari non potest.*

6 *Filius honoratus titulo legati, & non institutionis,habetur pro præterito, & testamentum est nullum.*

7 *Clausula omni meliori modo, &c. quando institutionem inducat.*

8 *Hæreditas non potest dari per donationem causa mortis,nec directo per codicillos etiam filijs.*

9 *Cedens iura sibi competentia in hæreditate paterna censetur per prius in illa se immiscere.*

10 *Fideicommissum conseruatur per clausulam codicillarem.*

11 *Feudum non uenit in restitutione fideicommissi relicti extraneo secus si comprehenso in inuestitura etiam recepta pro se, & liberis simpliciter, nisi tunc grauatus esset hæreditatem restituere.*

12 *Feudum non uenit in generali alienatione, & ibi ratio paulò sup.*

13 *Filius hæres propter inuentarium non confectum tenetur legatarijs ultra uires hæreditarias, & tamen legitimam retinet.*

14 Pro-

14 *Protestatio hæredis, quod ordinatio testatoris in feu. sibi non no ceat debet præcedere aditionem.*

15 *Trebellianicã potest prohibere, secundum commu. etiã filijs pri mi gradus.*

16 *Cessio etiam hæreditatis non ualet ultra id, quod cedens pro cess sione recepit.*

17 *Alienatio feu. in agnatum remotiorem ualet solum in uita alie nantis, & idem in cessione & transactione.*

18 *Alienatio feu. de consensu domini durat solum in uita alienãtis, & idem de subinfeudatione.*

19 *Cessio rei uenditæ non operatur translationem dominij.*

CONSILIVM XXXVII.

VISO & mature pensato casu, & themate trãsmis
so, videtur prima facie dicendum, φ omnia feuda
dominorũ Archi spectent, & pertineant in inte-
grum, & sine vlla diminutione ad comitem An-
tonium & fratrẽ uirtute transactionis & cessio-
nis co. Camilli. Quoniam, vt præmittitur, co. Galeatius fuit per
fratrem suũ comitẽ Franciscum in carceribus detentus, & suc-
cessiue per filios eius. s. co. Andream, & co. Odoricum vsq. ad
mortẽ, quo fit, ut portio feudorũ spectantiũ ex inuestituris an
tiquis ad comitẽ Franciscũ pmortuum cœperit ptinere ad co-
mitẽ Galeatiũ superuiuentẽ tãquam ad eũ de iure fuerit deuo
1 luta pp iniuriam † fratris detinentis eũ in carcere, p no. p Bal.
in c. 1. §. deniq. quæ fuerit cã benefi. amit. vbi voluit, φ sicut pri
uatur uasallus feudo, si fratrem suum interfecit, vel tentat iter
ficere, quia parricida est, ut ibi, ita ẽt priuatur, si fratrẽ detinet
in carcere tyrannico more ut quidã faciũt, quia & si nõ pprie
istud dicatur parricidiũ, tñ de similib. ad similia procedendum
est, qđ maxime uerũ est, si captus sit uasallus, quia iniuriã atro-
cẽ facit dño, q vasallũ suũ detrudit in carcerem, pp φ ẽt dño
suo noĩe cõpetit actio, ut no. Inn. extra de app. c. dilecti. Quod
aũt captura hmõi fuerit iniusta & facta tyrannico more, etiam
si ea, quæ obijciuntur co. Galeacio sint uera, probat ex no. per
Gul. Bar. & alios, in l. fi. ff. de rer. diui. vbi cõcludunt, φ alter ex
2 † dñis eiusdẽ castri delinquẽs nõ poterit ab alio puniri, quia nõ
hẽt maiorem administrationẽ, quia par in parẽ nõ hẽt Impe-
riũ, & idẽ vult Bal. in c. 1. in fi. quali. vasal. debeat iura. fide. & in
c. 1. §. ptere a. de prohi. feu. a lic. per Fed. & in l. cætera. §. si duob.
ď le. 1. & Bar. in l. inter tutores. de adm. tu. & Pa. de Ca. & Mod.
in l. est receptũ. de iurisd. om. iud. & can. in c. prudentia. in prin.
de off. deleg. & precipue hoc est uerũ, qñ quis vellet de delicto
in seipsum commisso cognoscere, sicut in casu nostro, quia in
cã propria iudex esse nõ põt inferior a principe, ẽt ʒ subditũ. l.
1. & ibi per Bar. & omnes. C. ne quis in sua cã. & in c. cũ venis-
sent. de iud. multo igitur minus dicto casu nõ põt animaduer-
tere in eũ qui hẽt parẽ iurisdõnẽ in loco, & qui non est subdi-
tus. l. nã & magistratus. de arb. iõ princeps nõ põt esse iudex in
propria cã contra nõ subditũ, ₰m. d. Abb. in c. nouit. de iud. &
per gl. ibi in uer. iudicare. & d. Ale. in d. l. est receptum. Debuit
ergo dicta portio feudorum co. Francisci co. Galeacio incarce
rato applicari tanquam proximiori agnato, & qui passus est
iniuriam, etiam extantibus filijs co. Francisci, quibus præiudi-
3 cat † delictum patris. c. 1. de eo qui interfecit fra. do. sui. c. 1. si
uasal. feu. priua. c. si vasallus culpam. si de feu. fuerit contr. inter
do. & agnatos. & in d. c. 1. §. deniq. iuncta gl. in verb. ad proxi-
mos. quæ fuerit prima cau. benef. amit. & dato etiam φ delictũ
patris filijs nõ obesset, nihilo minus dictͦ co. Andreas & Odo
ricus potuerunt priuari ex propria culpa, cũ & ipsi post mor-
tem patris iniuste detinuerint dictũ Galeacium patruũ suum
vsq. ad mortẽ, & debuit portio illorum deuolui ad comitem
Galeaciũ, vel saltẽ ad comitẽ Camillũ pdictorũ fratrẽ. Quia si-
cut priuat feudo patruus occidẽs filiũ fratris. c. 1. §. similiter. q
bus mod. feu. amitta. ita dẽt priuari, q occidit patruũ ratione
correlationis, & eadẽ rõne, si illũ indebite retineat in carcere p
pdicta. Post mortẽ igit co. Galeacij, ad quem prius oĩa feuda
fuerũt deuoluta, vt dixi, succedere debuit solus co. Camillus, &
nõ alij fratres sui, q pp eorũ delictũ nõ tñ fuerunt priuati feu
do iã habito, sed etiam habẽdo, ₰m Bal. & Cy. in l. fi. C. de libe.
& eorum li. p illũ tex. c. j. §. similiter quib. mod. feu. amit. Nec
potest excludi co. Camillus eo prætextu, φ deliquerit in patrẽ
uel in patriam, aut in dñm, ita quod nõ potuerit stare in curia
domini cum honore, iuxta no. per gl. in c. 1. de eo q interf. fra.
4 do. sui. Quia † ex hmõi culpis, quis non priuatur ipso iure, sed
cã cognita, & per sententiam dẽt priuari, & sic antequam pri-
uetur, est capax & admittitur. c. 1. de feu. sine culpa non amit.
vt no. gl. & Doc. ĩ c. item quia. §. item si fidelis. quib. mod. feu.
amit. & Bal. in fi. pri. illius ca. gl. & alii in c. j. §. callidis. de phib.
feu. alie. per Fed. & Bal. plene in c. quæ in ecclesiarum. de cõst.
& per Ang. in l. eorum. de dã. infe. & Ale. cons. 193. 1. vol. in vl.
col. & in cons. 60. 3. vol. Et ppea etiam patet non obstare. φ co
mes Camillus non petierit inuestituram inter congruum tem
pus, quia per hoc non priuatur ipso iure vasallus, sed per sentẽ
tiam uenit priuandus, ut est casus, & ibi per Bal. in c. 1. quo tẽp
miles: & iõ dicit Bal. in c. 1. in prin. de feu. sine culpa non amit.
φ qñ qs rõne culpæ non est priuatus ipso iure, sed uenit priuã
dus, φ sñiã est necessaria ad ẽẽ pœnæ. l. eius qui delatorem, de
iure fisci. & tanto magis hoc casu, ex quo non possedit comes
Camillus, quia nõ possidenti non solet currere tempus ad pe
tendum inuestituram, ₰m Gulielmum & Bal. in l. solennib. C.
de rei uend. Alua. in c. 1. in prin. quę fue. prima cã bñfi. amittẽ.
& Ale. cons. 71. col. vlt. j. vol. & quamuis non excusetur uasallͦ
ex isto capite, si fuit negligens in recuperando rem, ₰m Cal. in
cons. 6. sub rub. de feu. & Pa. de Ca. in cons. 156. & Mod. in d. c.
1. quo temp. miles, tamen non fuit priuatus comes Camillus,
antequam de negligentia fuerit conuictus, & cãæ cognitione
præcedente per sententiam priuatus, ac eo mortuo pp eius de
5 lictum põt † successor priuari, ₰m glo. in l. fin. C. de dona. & in
c. fi. eo. ti. quod est uerum ₰m Abb. ibi, qñ venit quis priuãdus
per sententiam, & non est priuatus ipso iure, p no. p Bal. in c.
Imperialem. §. insuper. de ph. feu. alie. p Fed. & idem est de mẽ
te Bal. in d. c. j. in fi. in prin. qb. Mod. feu. amit. dum in ar. alle-
gat. l. rei iudicatæ. §. hære. sol. mat. & l. fi. C. de repu. Cum ergo
omnia feuda ad comitem Camillum fuerint deuoluta, ut ex p
missis constat potuit transigendo & cedendo transferre omne
ius suum in co. Antonium & fratres agnatos suos, & in inuesti
tura comprehensos absq; ulla domini licentia c. j. de ali. feu. pr
c. j. §. & res. p quos si. inuest. iõ indistincte vr̃ posse transigi su-
per feudo. cap. si uasallus. ulti. si de feu. fue. contro. inter domi.
& agn. & in c. j. de contro. inter domi. & alium dummodo non
sit transactio facta fraudulẽter, vt ibi dr̃. Nec obstat, φ comes
Ant. in testõ aliter de feudo disposuerit, quia non potuit. c. j. in
prin. de suc. feu. Quinimmo de allodialibus valuit institutio, &
sic in illis etiam successit comes Camillus ab intestato, qm te-
6 stm̃ non ualuit, quia † comiti Camillo fuit relictum titulo le-
gati, & non institutionis, iõ hr̃ p pterito, & testm̃ est nullum.
§. aliud quoq; cap ₰m in auth. ut cum de app. cogn. quod est ve
rum, si inter liberos testamentum sit conditum, ₰m Doc. com
muniter contra gl. in auth. nouissima. C. de inof. test. & in l. fi.
C. fam. ercis. & Ale. in l. inter cætera. de liberis & posth. & in l.
nam φ. §. non omnes. ad Treb. cum concor. de quib. p eum in
dictis locis. Et hoc etiam procedit, quamuis comes Camillus
sit prohibitus plus petere, ₰m Sal. in l. adulta. C. de hæred. act. ʒ
Bal. ibi, contra quem tenet etiam Imo. in c. Raynutius. de testa.
in l. j. §. ex fundo. & in l. his verbis. in prin. de hered. insti. & Al.
in d. §. non omnes. & Mod. in dicta auth. nouissima. non intel
ligitur etiam institutus pdictus co. Camillus uirtute illius clau
7 sulæ † omni meliori modo, &c. de qua in fine testamenti, quia
tunc institutionem inducit, qñ ad testamẽtum refertur vel ad
verbum relinquo, ut quia dicatur, uolo testamentum valere,
vel relinquo omni meliori modo, ₰m Paulum de Ca. in cons.
447. incip. Super puncto, quo quærit, &c. & Bal. in l. quoties.
C. de hær. insti. & Raph. in d. l. his uerbis. & Ale. in d. § non om
nes, & in casu nostro si non ualeret iure codicillorum, uel alte
rius cuiuscunque ultimæ uoluntatis, qua melius de iure valere
& tenere possit, &c. & sic dicta clausula, qua melius, &c. nõ de
terminat testamentum, nec codicillos, sed illam aliam ultimã
uoluntatem, de qua pxime & immediate dixerat in genere, q
gñralitas uerificari non põt in donatione cã mortis, cum de te
stamento & codicillis spãliter dixisset testor, secundum Im. &
Roma. in l. seniũ. in ult. col. C. qui testa. fac. poss. & iõ est pinde,
ac si dictum fuisset explicite, φ valeret iure donationis cã mor
tis, quam uoluit ualere omni meliori modo, &c. per quam alii
fratres dicti co. Camilli consequi non possunt hereditatem, in
8 qua sunt instituti, quia † hereditas per dictam donationem da

ri

ri non põt, licet & ibi no. Doc. C. de pac. sicut etiam directo dari non põt per codicillos, etiam filijs, ſm Ang. in l. militis codicillis. in prin. de test. mili. contra Bar. ibi, & in l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de test. & in l. fi. C. fam. ercis. & Bald. & Sal. in l. in filiis. eo. ti. & Sal. in auth. ꝙ sine. C. de testa. & Bal. & Ang. in l. illa instit. de hær. inst. Bal. & Ang. in l. humanitatis. C. de impub. & c. & Imo. in l. 2. de iniu. rup. & irri. testa. Io. And. in add. Spe. in tit. de instr. edit. §. compendiose. ver. ad intellectum &c. & est communis opi. ut colligitur ex no. per Ale. in d. l. hac consultissima. §. si quis autem. quam etiam concludit ueram de iure, qñ cõstat de animo codicillandi, sicut in casu nostro. Sed pmissis nõ obstantib. contrarium de iure arbitror verius, & pmitto, qđ dixi, videlicet, ꝙ testamentum comitis Fräcisci fuit nullum ex defectu pteritionis comitis Camilli, de quo etiã ipse habuit notitiam, ut apparet ex narratis in ipsa transactione, & ꝯñr etiam sciuit hæreditatem pris sibi delatam ab intestato, qa scientia iuris præsumitur & non error, ſm Bar. in l. sed si lege. §. scire. de petitio. hęr. & in l. non fatet. de confes. Cedendo

9 † igitur iura sibi competentia in hæreditate paterna, intelligit comes Camillus se pprius immiscuisse in dicta hrditate, qa dictæ actiones cedi non potuissent, cum prius non competerẽt, & pro prima inducitur aditio, tanquam id sit necessarium antecedens ad ipsam cessionem. l. illud. in princ. & l. nec is. §. fi. de ac. hær. & tanto magis, quia reseruauit sibi comes Camill⁹ partem bonorum paternorum existentium in agro Mantuano, Veronensi & Brixiensi, quam ad se spectare uoluit, p quam declaratur animus adeundi, quia non potuit fieri citra ius & nomen hrdis. l. p hrde. §. Papinianus. de acq. hær. faciũt ẽt no. p Paulum de Cast. in cons. 308. inc. Viso puncto, &c. vbi p no. p Bal. in l. si actionem. de pac. dicit, ꝙ aliud est renunciare hæreditati, aliud est facere pactum de non petendo, quia renunciatio hẽt uim repudiationis, pactum uero est donatio, & iõ si soror facit pactum fratri de non petendo partem hrditatis sibi obuenientẽ, alia soror ex iure accrescendi nihil hrẽt, sicut hrẽ posset, si repudiatio eẽt, videt ergo ſm eum per prius adire, deinde donare. d. l. illud. Præterea ſm eum repudiatio est actus, q non solet fieri mediante contractu, iõ contrahendo declaratur potius animus adeundi quam repudiandi. idem etiã tenet Pa. de Ca. in l. pactũ. C. de collatio. & in l. plane. §. si duobus. de leg. j. & in l. sicut. C. de rep. hær. sed in casu nostro hoc est ẽt magis clarum, & non hẽt dubiũ p pdicta. Quamuis igit testm̃ sit nullum p p pteritionem, vt est dictum, ex quo tamen ab intestato adiuit co. Camillus partem suam aliis fratrib. institutis, tenet

10 restituere p † fideicommissum p p clausulam codicillarem, secundum Bar. & Doc. cõiter, in auth. ex cã. C. de lib. pte. ꝯ gl. ibi & Bar. in l. 1. in 4 q. de iure codi. & Bal. An. & Im. in l. ex ea. §. fi. ff. de testa. in qua restitutione fideicommissi uenit pars etiã feu

11 di ipsius testõris, qa † licet feudum non veniat in restitutione fideicommissi relicti extraneo, ſm Bar. & alios, in l. si patroni. ĩ prin. ad Treb. secus tamen est, si fideicommissarius sit comprehensus in inuestitura, ſm Pa. de Ca. & Ale. vbi ꝯcludit, ꝙ si vn⁹ ex filiis uasalli sit grauatus restituere hæreditatẽ fratri suo, feudum venit in dicta restitutiõe, & hoc quia fideicommissarius est de comprehensis in inuestitura. allegat Io. And. in addi. Sp. in tit. de loca. §. nunc aliqua. uer. 158. in addi. inc. Qõ nõ eẽt dubia, &c. iuncta addi. sup ver. 57. & Bal. in l. cũ virũ. C. de fidei. & hoc qa filius grauatus fideicommisso simpliciter, adeundo vr̃ approbare factũ pris, ꝯ qđ deinde nõ pt venire. l. cum a matre. C. de rei uen. & ex hoc ſm eũ rñdet ad tex. in c. j. de suc. feu. q videbat obstare, & quamuis Al. dicat hoc pcedere, si feudũ sit hrditariũ, sicut qñ est receptum p se, & hrdib. vel p se, liberis, & hrdib. secus ãt si p se, & liberis eẽt inuestitus, tñ in casu nostro uenit etiam in restitutione hoc ultimo casu. s. qñ feudũ ꝯcedit p se, & liberis simpliciter, put etiam concludit Io. An. in dictis addit. q isto casu proprie loquit. Nã testõr põt rẽ hrdis alteri relinquere sicut propriam. §. nõ solũ. inst. de lega. cum gl. & l. vnũ ex famil. §. si rem. de lega. 3. Et p pea quamuis feudũ ptineat ad grauatũ tanq̃ ad filiũ, & nõ ut ad hrdẽ, tñ venit in relicto facto alteri filio, in quẽ grauatus potuit alienare, uel patri alienãti expsse vel tacite ꝯsẽtire sine licẽtia dñi. c. j. de ali. feu. prni. secus si relinquat extraneo, qa cũ ĩ eũ nõ possit fieri alienũ sine ꝯsensu dñi, vt ibi, nõ psumit, ꝙ grauatus simplr adeũdo tacite noluerit ꝯsentire, qa ĩ dubio faciẽda est ĩterptatio, ꝙ noluerit delinquere. l. merito. p soc. & qđ noluerit in pęnã incidere, vt p Bar. ĩ l. codicillis. §. insti. de le. 2. & p Bal. in l. uoluntas. C. de fideic. & iõ hac rõne ĩ gñali alienatiõe nõ venit feu. c.

12 † in gñali. si de feu. fue. cõtro. inter do. & agna. in c. 1. de Cap. q cur. vẽd. Nec ob. qđ dicit Alex. in d. l. si patroni. in prin. qa ipse loquit, qñ unus ex filijs grauatus est restituere hrditatẽ alteri. Tunc. n. in restitutione nõ uenit feudũ acquisitũ pro se, & liberis, qa nõ est hrditariũ, & sic includi non potest sub illo verbo hrditatẽ, in qua quis fuit grauatus, sed vbi fuisset grauatus sub alijs terminis, & per alia uerba apta comprehendere etiã feudum, tunc dicto casu ueniret in restitutionẽ, puta si dictũ fuisset, ꝙ omnia bona sua restitueret, uel substantiã suam, vel rẽ, vel pecuniam, iuxta. l. nam qđ, §. si. cum. l. sequen. ad Treb. quia feudũ receptũ ẽt sub forma prędicta dr̃ esse in bonis testatoris. l. rẽ in bonis. de acq. rerũ do. & l. bonorum. de uer. sign. Et p pea q repudiat bona prna, vr̃ ẽt emphyteusim repudiare, ſm Spe. in d. §. nũc aliqua. ver. 158. aliàs. 156. p dicta iura, cũ quo transit Io. And. sicut ẽt in simili fit hæc dña in l. Marcellus. §. q dã liberis. ad Treb. vbi hr̃, ꝙ ubi grauatur quis restituere partẽ suã vel generaliter, ꝙ in restitutione fideicõmissi veniũt prælegata, secus si sit grauatus restituere partẽ hrditatis, qa non percipiuntur titulo uel iure hrditario. In casu aũt nostro testator in oĩb. alijs bonis, &c. instituit comitem Andream, & comitẽ Odoricum, dicta aũt institutio directa conuertitur in obliquam & fideicommissariam propter clausulam codicillarẽ. l. q rebatur. de testa. mili. & sicut verbũ directũ instituit, solum mutatur, & in obliquũ verbũ cõuertitur, alijs verbis testatoris solis remanentib. quæ fideicõmissariæ pñt cõuenire substitioni, perinde est ergo ac si ab intestato & in codicillis fuisset grauatus restituere prædictis suis fratrib. institutis omnia alia bona ipsius testatoris, quo casu, vt dixi, feudũ venit in restitutione, sicut ẽt dicto casu venit plegatũ in ea, ſm Bar. in d. §. quidã liberis. in fi. per l. cũ uirũ. C. de fideicom. & propterea ad restitutionem feudi tenetur grauatus, si simpliciter adiuit, qa approbasse intelligitur dispositionẽ testatoris, si nõ sit protestatus, ſm Io. And. in loco allegato, cui hoc casu Alex. absq. dubio nõ concedit, sed cũ illo transit, ꝯria enim protestatio prodesset sola, ẽt absq. inuentario, quia per illã irritatur & annullatur testatoris ordinatio facta de feu do. d. c. 1. de succes. feu. Ex alio quoq. intelligitur per fideicommissum grauatus, nedũ in bonis allodialibus & feudalib. ipsius testatoris, sed etiam in illis, quæ fuerũt co. Galeacij, qm̃ testõr reliquit co. Camillo ducatos quinq. mille, & iussit illũ esse tacitũ & contentũ de omni eo, qđ tã ex debito naturæ q̃ alio quocũq. iure, uel causa de bonis testõris & co. Galeacij ad se spectare qũocunq; ptenderit, &c. Cum igitur cesset cã testati, & habeat locũ cã intestati, & in vim codicillorũ valeat ordinatio testõris p p clausulam codicillarẽ, ut dixi, certum est, ꝙ p hmõi verba, videlicet, ꝙ sit cõtentus dicta q̃titate pro omni & toto, &c. inducitur fideicõmissum, & vr̃ grauatus restituere alijs cohæredibus ab intestato, ut est casus in l. peto. in prin. & ibi per oẽs, de leg. 2. & similiter nõ est dubiũ, ꝙ sub verbis fideicõmissi cõprehenduntur bona testatoris & co. Galeacij ẽt feudalia, prꝑsertim p p illa uerba uniuersalia & geminata. s. quocumq. iure, vel cã, &c. & qũocunq. prætenderit, &c. & p no. in l. balista. ad Treb. faciũt not. in l. cũ pœna. de arbitris. & p Bal. in rubr. de rer. diui. q. 24. & in c. Imperialẽ. in prin. de phib. feu. alie. per Fed. & Alex. in d. l. si patroni. in prin. & sic co. Camillus intelligit grauat⁹ ẽt in omnib. bonis comitis Galeacij cuiuscunq. qualitatis, postq uam illa acquisierit, & postq̃ in illis successerit, ut significat verbũ illud, prętenderit, futuri t pis, idcirco quia inuentariũ nõ confecit, & protestatus non fuit, consensisse videtur, adeundo simpliciter ab intestato p pdicta, & ꝯñr tenetur dicta omnia bona restituere, deducta legitima tm̃ in bonis pris. Nec. n. inconuenit, ꝙ hrs ultra vires hrditatis teneatur legatarijs p p inuẽtariũ nõ ꝯfectũ, & ꝙ legitimã retineat. auth sed cum testator. & ibi declarat Barto. post alios. C. ad legẽ Falcid. Nec ob. pdictis, ꝙ co. Camillus dicat in transactione, ꝙ potuit priuari, & testõ paterno non acqeuit, & ꝙ nõ tenetur ei stare de iure, quasi ꝙ ex hoc protestari uideatur, ꝙ non approbat dispõnem patris, quia si rectè aduertatur, pdicta oĩa uerba referuntur ad exhæredationem, per quã dixi, priuari non potuisse. Quia cãæ expressæ non sunt ueræ, & dum subdit, nõ acquieuisse dicto testõ, nec eidẽ se teneri stare

re de iure, loquit respectu eiusdem priuationis, ut patet ex verbis illis immediate sequentibus.f., & prætextu asserti testi priuari non potuisset, & sic ex pcedentibus & sequentib. declarã tur media.l.qui filiabus.in prin.& in l.si seruus plurium.§.fi. de l.1.Præterea cōceditur, ꝙ non acquieuerit testō, prout enũciatur in dicta transactione, sed dr̃, ꝙ acquieuit codicillis, ex quib. ius oritur, & hoc ibi non negatur. Si.n.ex testō ageretur, forte onus reijceretur, si ultra legitimam non hr̃et, ẽt si simpliciter relictum certæ quantitatis agnouisset, per no. per Bal. in leg. & generaliter.§.fi.C.de inoffi.test.& Imo.Pau.de Cast. & Ale. in l.qđ de bonis.§.cum fideicommissum.ad legẽ Falc. sed quia ab intestato successit uniuersaliter comes Camillus pro rata, locũ hẽt onus fideicommissi inuentario non cōfecto, & protestatione omissa. Non ob. insup si dicatur, ex quo cessit oĩa iura sua co. Andreæ duntaxat, ꝙ ex hoc ẽt cōstat, ꝙ non approbauit codicillos, per quos relinquitur nedũ illi, sed ẽt comiti Odorico, qm̃ dictam cessionẽ pcesserit aditio perfecta ordine intellectꝰ quia aliter concessio fieri non potuisset, ut superius dictũ fuit. Non sufficit ergo dicta declaratio, quæ sequitur post aditionẽ

14 perfectam & cōsumatam, sed † debuit post aditiō pcedere dictã aditionẽ, ut est de mente Bartoli in l. si ita scriptum. in prĩ. de l.1.& hoc ibi expressus voluit Bal.& alij, & maxime Alex.p no.in l.in concubinatu, de cōcubinis. & per l.pen.ff.pro emp. Et sic remanet locus fideicommisso, de quo non põt ẽt detrahi Trebellianica, sed legitima tm̃ ex quo est purum, quia ꝓm cõem opinionẽ dicto casu duæ quartę detrahi non pñt, ut no. in l.quanq̃.C.ad le.Falc.in cap.Raynutius. de test.& plene per Ale.in l.in rõne.§.quod vulgo.ad legem Falcidiam. Item potest

15 † Trebellianica prohiberi ꝓm cõem opinionẽ. de qua p Bart. & alios in l.Marcellus.in principio, ad Trebellia. & quæ vr̃ ꝓhibita per illa uerba, pro oĩ eo & toto, ut no.in l.de fideicom. lib.& per Bal.& Pau.de Cast.in l.sed cum testator. C.ad legem Falc.& Alex.cons.133.cũ concordãtibus, de quib. ibi per eũ. Et quãuis Bal.& Sal.in l.iubemus.C.ad Trebe.per illum textũ dicant, ꝙ filiis primi gradus prohiberi non põt in casu nostro, tñ contrarium voluit ibi Cyn.& Rapha.in l.cohæredi.§.cũ filiæ.de vulg.& pup.& Alex.in d.l.Marcellus.& in cōs.29.5.vol. vbi pro hoc alleg.not.per Dy.Ray.Rapha.& Imol.in l.Lucius. §.maritus.ad Treb.& Bal.in l.qm̃ inptioribus.C.de inoff.test. & Nicol.de Neap.in l.si debitor.per illum tex.ad leg.Fal.Scđo

16 principaliter dico, ꝙ † cessio non valuit ultra id, quod comes Camillus processione recepit & consequutus fuit, per l. per diuersas.C.mand.cum ibi notatis per oẽs, quę lex locum etiam hẽt, quando agitur de hæreditate in alium transferenda mediante cessione, dummodo ille, cui ceditur, non possideat, secundum Bar.& Ang.ibi, vbi dñt, ꝙ isto casu correctus est titulus de hær.uel act.uendi. & quãuis aliqui in hoc aliter uelint, tamen authoritas Bar.cum quo transit Ang. præponderat, & propterea respectu partis hæreditatis, quam comes Odoricus possidebat, non ualuit cessio, nisi pro dimidia eius, quam cedens recepit, quia aliam dimidiam recepit pro alia parte hæreditatis existente penes comitem Andream concessionarium, cuius respectu ualuit in totum cessio, secũdũ Bar. & alios in d. l.per diuersas.per tit.de hære. uel act.uend.& habuit effectum liberationis, si erat debitor cedentis, ꝓm Salicetum in l.j.in 21. quæstione.C.de actionib.& oblig.& Alex.in l.senatus. §. fina. de legatis.1.Præterea cessio non solum fuit facta de iuribus cõpetentibus cedenti in hæreditate, sed etiam per prius de iure competenti in bonis feudalibus, quæ cessio quo ad feuda fuit actione competenti ad res singulares, & hæreditatem, vel ad ius utile, si feuda sint concessa pro se, & liberis, uel descendentibus, per dicta superius. Et propterea contra comitem Odoricum non ualet, nisi pro rata eius, qđ cedens cōsequutus fuit, qm̃ habuit & recepit non solum pro feudis, sed ẽt pro bonis allodialibus, & tã existentibus apud cessionarium, q̃ apud com. Odoricum, & istud vr̃ esse certissimum. Tertio pro hac parte facit alia rõ concludens & necessaria. Nam quamuis transactio valuisset & cessio non obstantib. præmissis, nihilominus quo ad bona feudalia durauit effectus dictæ cessionis ad uitam so

emere sal in dicto alio loco pro solidis. 12. pro quolibet stario, & ꝙ camera teneatur ad illud plus, qđ excedat precium, pro quo camera tenebatur illis uendere, ꝙ pactum est obseruãdũ. l. iurisgentium. §. prætor ait. de pac. & l. 1. §. si conueniat. depos. & tenetur camera actione mandati. l. 2. §. 1. ff. mandati. Secũdo etiam si non fuisset expresse conuẽtum ꝙ pro damno, ꝙ passi sunt dicti conductores in emendo alibi sal, debeat fieri restaurum, tamen camera tenetur ad illud: quia † quando venditor est in mora tradendi, tenetur ad interesse, etiam si excedat preciũ rei uenditæ, vt est casus in l. 1. in prin. de actio. emp. & ideo propter moram conductores coacti emere sal maiori precio quam emissent a camera, illa non solũ ex pacto, sed etiam de iure communi tenetur ad interesse, quamuis excedat preciũ salis empti a camera. Quinimmo etiam si non fuisset expresse cõcessum conductorib. ꝙ post moram cameræ in tradendo sale posset alibi emi pro maiori precio, potuissent tamen illud emere: & quanti plurimi emissent, teneretur camera actione negotiorum gestorum, ex quo ut præsupponitur, ex hoc negotium illius fuit utiliter gestum, & cogeretur habere ratum, iuxta plene no. maxime per Bar. in l. Pomponius. de neg. gest. Nec ob. ꝙ do. Aloysius unus ex conductorib. ex conuentione facta cum camera teneretur dare sal pro solidis septem, denarijs trib. quia alij conductores non potuerunt illum ad hoc cõpellere, cum actionẽ non haberent, sed debuit camera illum ad hoc cõpellere, & contra eum agere. l. si sic. §. fi. de leg. 1. & l. cum in plures mesẽ. loca. non potest ergo dictis conductorib. aliquid imputari, & maxime quia in hunc casum, quo debita quantitas salis non fuit tradita debito tempore ipsis conductoribus per pactum expressum fuit factum, quod sal emerunt pro precio solidorum duodecim, & quod pro excessu a septem solidis supra teneretur camera. si ergo camera non prouidit de sale, vel dom. Aloysium non cogit, si tenebatur ut supra, cameræ est imputandum, quia culpa sua damnum hoc accidit. l. si merces. §. culpę loca. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Copula quando inducat repetitionem qualitatis.*
2 *Societas in re emenda uel conducenda a fisco transit ad hæredes quod declaratur nu. 11.*
3 *Hæres intelligitur de primo in contractu societatis.*
4 *Cardinali creditur de legitimatione a se facta, quando alteri nõ præiudicat.*
5 *Princeps non potest etiam cum causa in præiudicium non subditi a contractu recedere, quod declaratur nu. 14.*
6 *Socius omnium bonorum tenetur rem emptam de communi pecunia alijs communicare.*
7 *Conductio pro se & socijs intelligitur de præsentib. nec ualet pro eligendis in futurum, quando fit ab agentibus pro fisco.*
8 *Et intelligitur pro dimidia pro se, & pro dimidia pro socijs, uel in uiriles.*
9 *Electio sociorum debet fieri præsentibus locatoribus.*
10 *Ratificatio requiritur in contractu alieno nomine gesto, & non inducitur ex consensu in alium diuersum contractum.*
12 *Societas finitur per decoctionem alterius ex socijs.*
13 *Fallitis non conceditur beneficium cessionis bonorum.*
15 *Scriptura sine solennitatibus tanquam priuata non probat.*

CONSILIVM XC.

VISA locatione apaltus aluminum facta nominę cameræ Apostolicæ magnifico do. August. de Chisijs Senensi, societate per eum postmodum contracta, Primò cum hæredibus Ambrosij Spanochij, & sociorum suorum. Et secundo cum Antonio & Iulio de Spanochijs, & omnibus quæ objiciuntur contra dictum. d. Aug. diligenter ponderatis, & mature consideratis; Est in primis videndum, an ex locatione prædicta ius aliquod dictis socijs, & eius hæredibus quæsitum intelligatur. Et prima facie videtur dicendum ꝙ sic, quia prædictus. d. Augustinus expresse conduxit pro se & suis hrdib. ac vice & nomine sociorum suorum, pro quib. promisit de rato, &c. ꝙ igitur pro dictis socijs conduxerit, nõ uidetur dubitandũ, quia i ꝯctu hoc reperitur expressum. l. ille aut ille. §. cum in verbis. de leg. 3. & similiter videtur, ꝙ pro hæredib. eorũ conduxerit. Et quo dicitur, ꝙ tradidit & cõcessit præfato domino Augustino ꝑsenti, stipulanti & recipienti pro se, suisque hrdib. & successorib. ac vice & nomine sociorum suorum, &c. vt probatur ex no. ꝑ Bar. in l. Seiæ. §. Caio. de fund. inst. ubi dicit, ꝙ si culpa cadit inter ꝑsonas positas in eadem oratione, ꝙ qualitas adiecta primo intelligitur repetita in secũdo, dummodo uniformiter possit cadere in utroque, per illum tex. & idem probatur ex no. ꝑ eum in l. in repetendis. de leg. 3. per illam igitur copulam, ac vice & nomine sociorum suorum, intelligitur repetitio facta illius uerbi præcedẽtis. s. ac pro hrdib. suis in ꝑsona domini Augustini, quia uniformiter conuenit sibi & sociis, saltem in genere, ꝙ sufficit, secundum Bar. in d. §. Caio. & Are. in consi. 1. & quamuis Bar. in l. Iulius Paulus. de condi. & demon. videat vel le, ꝙ copula posita inter † ꝑsonas dicto casu non inducat repetitionem, prima opi. est verior secundum Aret. in d. consil. q. ẽt ad idem alleg. Bar. in l. hæc conditio de condi. & demon. & in l. re coniuncti. in 4. q. prin. de leg. 3. Præterea ubi in casu nostro copula dici posset posita inter diuersas orationes, adhuc idem esset, quia ultima, id est illa ac uice & nomine sociorũ suorum &c. est imperfecta rõne verbi, quia igitur uerbum concessit, de quo in proxima orõne repetit, & intelligitur repetitum cum omnibus suis qualitatibus secundum Bar. in d. §. Caio. & in d. l. in repetendis, & ꝙ hæc fuerit intentio contrahentium, ꝓbat̃ ex illis uerbis enunciatiuis, de quib. in primo capitulo locationis, s. del quale apalto non possino essere ditti apaltatori e suo hrdi remossi, &c. quæ uerba pluralis numeri non possunt proprie verificari in solo do. Augustino & suis hrdib. l. fi. ad Tert. & vbi etiam de hæredib. sociorum nulla esset facta mentio, ad huc tamen pro hæredib. eorum intelligeretur facta, ex quo eorum vice & nomine conduxit, quia sicut quando quis nomine proprio conducit ad eius hæredes locatio transit, ẽt si de illis non fit mentio. l. uiam ueritatis. C. locati. sic etiam, quando nomine alieno conduxit, ad hęredes illius eadem rõne dẽt transire, & ex hoc sequitur, ꝙ licet societas contracta cum prædictis esset morte alterius, vel ex alia causa finita, quod tamen Iulius hæres Antonii dẽt participare de lucris ex re locata & conducta perceptis, quia quamuis societas non duret, locatio tamen & conductio firma manet, quia, ut dictum est, non finit̃ morte, sed transit ad hæredes conductoris, tum quia sic est actum expresse & etiam cessaret prouisio expressa. d. l. viam veritatis. & quia talis locatio facta est nomine suo & sociorum suorum intelligitur cuilibet pro uirili. l. reos. §. cum in tabulis. de duo. reis. & l. 1. C. si plu. una sen. uel saltem uidetur dictus dominus Augustinus conduxisse nomine suo pro dimidia, & pro alia dimidia nomine sociorum, arg. l. interdum. in prin. de hære. insti. & per no. per Bar. in d. l. re coniuncti. in 1. q. 2. q. prin. & ꝯñ ꝯsequi debent socii commodum ex locatione, non quidem pro duobus quintis, ut actum est in societate, sed aut viriliter, aut ꝑ dimidia. & similiter q̃a solus do. Augustinus administrauit, tenetur aliis conductoribus reddere rationem administrationis. l. 2. & ibi no. de neg. gest. & not in l. quædam. in princ. ff. de eden. licet enim conductio sit facta pro sociis, satis tamen, ꝙ semel fuerint socii, & ideo durat, quamuis soluta sit societas, argumen. cum pater. §. hæreditatem. de leg. secundo. l. ex facto. §. si quis rogatus. 2. ad Trebel. quinimmo uidetur, ꝙ huiusmodi societas etiam ad hæredes transiuerit, quia quãuis regulariter non transeat ad hæredem, etiam si de eo sit facta mentio. l. nemo. & l. adeo. pro soc. fallit tamen † in societate coita sup emẽda vel conducenda a republica uel a fisco, quia tunc hæredem transit, si hoc actum sit d. l. adeo. & l. lucrum §. in hæredem. eo. tit. nec refert, ꝙ loquatur in societate vectigalium, quia hoc dictum est gratia exempli. idem ergo eadem rõne in societate ꝯtracta super alia qualibet re fiscali, & hoc clare uult Bal. in d. l. adeo dum dicit, tene menti pro his, qui associant se ad emendum communitas istius ciuitatis, ut fructus lacus, vel clusij, uel gabellarum, uel similia. & probatur clare in d. §. ibi circa societatem uectigalium, cæterorumq; &c. iuncto illo uers. nisi aliter actum sit, &c. Nec referre vr̃, ꝙ in huiusmodi societate ꝯtineantur etiam pro maiori parte alumeriæ priuatorum, quia quælibet separatim conducta, iõ quot sunt alumeriæ, & quot sunt cõductiones, tot censent̃ esse societates, l. scire debemus. in prin. de uerb. ob. & per ꝯñs vna ad hæredem põt transire, si hoc

hoc actũ sit,& alterã non,& ꝙ actum sit, ꝙ ad hæredes trãseat ꝓbatur clare ex secundo capitulo societatis,in quo prius conuenitur,ꝙ dicta societas ut ex retro, id est a die conductionis facta intelligatur,& deinde subiiciuntur hæc uerba,s. e durare tanto,quanto dureranno le cose soprascritte, &c. quæ verba important,ꝙ tm̃ societas duret, quantum durare dẽt locatio, de qua est habita mentio,& ad quam habita est relatio.sed (vt dictũ est) locatio trãsit ad hæredes,siue hoc dictũ sit, siue nõ, d.l.uiam ueritatis.& sic in persona hr̃dũ continuatur & durat, ergo & societas,in qua est actum, ꝙ durare dẽat, quantum locatio durat.Præterea d.Aug. nominauit pro sociis hr̃des Ambrosij Spanochij,quorum hr̃dum appellatione uenit etiam hæres hæredis dicti Ambrosij,& sic filius,& hæres Antonij.l.fin. C.de hære.insti.& l.si quis filius.§.fi.de acq.hęr.& licet † in cõtractu societatis dicatur, ꝙ intelligitur de primo tantum, ſm gl.in l.nulla.ff. pro socio,illud procedere potest,qñ fit mentio de hærede ipsius socij: quia tunc primus cõtinetur appellatione hæredis,& non ulterior.sed ubi ꝯhitur societas cum hr̃de illius qui non est socius,puta Ambrosij, ut in casu nostro, tunc venit hæres hæredis,& sic filius Antonij, q̃a ille est primus hæres socij,& non vlterior,& de quo vlteriori etiam isto casu nõ intelligit actum ꝑ rõnẽ gl.in d.l. nulla. q̃ cessat in primo hr̃de sicut & in casu ꝓcedenti. Nec ex eo quod filius Antonij esset infans,dicitur non idoneus,& ad quem dicta societas etiam ex conuentione transire non posset,si idoneus non fuisset.d.leg. adeo, quia ex quo ea, quæ requirunt industriam personæ per omnes socios commissa sunt & demandata prædicto do. Augustino,infans quia est hæres patris, satis idoneus reputatur: & licet quædam alia ueniant per alios socios explicanda,nihilo minus,quia non requirunt industriam personæ,ideo per tutorem infantis potuerunt explicari.l.vnica.§. ne aũt.C.de cad. tol.Quando enim in omnibus,vel in quibusdam electa eẽt idustria personæ ipsius socij, tunc per tutorẽ infantis expediri nõ possent.d.§.ne aũt.& per no.in l.nemo est qui nesciat.de duobus reis.& in l.cõtinuus.§.si ab eo.per Bar. & alios,de ver. ob. & hoc casu dici posset,ꝙ ad hæredem infantem societas nõ trãsiret,& ꝙ isto casu locum haberet.d.l.adeo. & vbi ẽt ad hũc infantẽ tanq̃ non idoneum,vel ex alia cã non posset societas trãsire,nihilo minus videtur, ꝙ do. Aug. isto casu teneatur lucra communicare,vt videtur esse casus in d.l.verũ. §.i hæredẽ. ver. veruntamen.& bñ facit.l.actione.§.si in rẽ certã.eo.ti. q̃ ꝓprie loquit de lucro percepto ex conductione post mortẽ alterius & nedũ lucrũ ꝓ duobus quintis videt cõicãdũ,sed ẽt pro quatuor quintis, quia cũ ꝓdictis de Spanochijs factæ fuerunt duæ societates diuersis temporibus & scripturis pro duob.q̃ntis.Vltima igit nõ intelligit de eisdem duob.q̃ntis,de quibus in prima,sed de alijs: q̃a aliter non posset valere.l. qui bis idem. de ver.ob.vt ergo valeat,admittitur prædicta interpretatio.& hoc videtur expresse Bar.velle in l.triticum.de ver.obl.per rõnẽ ꝓdictã.Nec uidet etiam dicta societas finita ex eo,ꝙ pręd cti de Spanochijs decoxerit,& ꝓ hoc ad ẽgestatẽ deducti sint:ex quo non cesserunt bonis.§.item si quis.insti.pro soc.& no.in l.societatem. 1.§. fi.ff. eo. & dato etiam, ꝙ ex hoc capite dici posset societas finita,tamen locatio durat, quatenus eorum nomine fuit facta,quia iure cautum non reperit, ꝙ per egestatem superuenientem ꝯctus locationis dissoluatur,etsi dissoluatur societas,locatio tamen durat per ea,quæ dicta sunt.Nec videt ẽt rescissa locatio ꝓdicta, quis Iulius summus Põtifex oẽs ꝯtractus annullauerit & reuocauerit factos tempore Ale. q̃a hũc ꝯctũ locationis factũ.d.Aug.& socijs postea excepit, vt attestat reuerendis.d.Card.S.Georgij,dicens,vt cõstat ꝓdicto instrumẽto: ꝙ summus Pontifex ei spãliter commisit,ꝙ tractatus locationis factæ do.Aug.& socijs remaneret firmus.& ꝙ non comprehenderet sub dicta gñali reuocatione: & cui in hoc dẽt credi,ſm Host.in summa de offi.dele.sub rubricella de recusa.col. pe.ver.q̃d de auditorib.data viua voce.dicẽs,ꝙ † Cardinali creditur de delegatione sibi facta,etiam si de ea aliter nõ appareat ꝑ c.nobilissimus.97.di.& idem tenet Abb.i c.quod super his, de fid.instr.& maxime hoc est verũ, ex quo declaratio dicti reuerendis.do.Cardinalis non tendit in alterius præiudicium,& etiam sentit gl.in c.sicut.de sen.exc.dum vult, ꝙ Cardinali nõ credatur,qñ de ꝑiudicio tertij agat. vbi ergo præiudicium cessat,sicut in casu nostro velle vr̃,ꝙ ei credat.Præterea videtur,

ꝙ talẽ ꝯctum Iulius reuocare non potuerit,quia ligatur ex cõtractu nedum suo,sed etiã prædecessoris.c.j.& ibi Doc.de ꝓba.& per Cy.in l.digna uox.C. de legi.& quamuis ex causa dicatur hoc fieri,uidelicet,quia dicti contractus tendebant in dãnum,& magnũ ꝑiudicium cameræ Apostolicæ, & ex qua causa,uel alia simili vr̃,ꝙ potuerit dictos contractus rescindere,secundum Doc.in dictis locis.& Bal.in l.fi.de sena.& Ant.de Bu. & Imo.in c.cum M.de consti.hoc tñ locũ hẽt quoad subditos, sed † in præiudicium non subditorũ, & sic istorũ conductorũ Senensium ẽt cũ cã non potuit a tali contractu discedere, ꝑ ea quæ uoluit Pau.de Cast.in consi.235.inci.Primũ dubium,&c. ubi vult,ꝙ Papa non possit alicui laico non subdito temporaliter aliquo modo ẽt cũ cã per suum rescriptum auferre dominium,quia cum iste sit actus iurisdõnis,ut no.in l.fi.C.si cõtra ius uel uti.publ.non põt iurisdõ exerceri in non subditos, arg. c.ꝑ uenerabilẽ,qui filij sint legi.& facit,q̃d uoluit Imo. in cle. j.ut li.pẽdẽ.dum dicit,ꝙ Papa non potuit proprio motu declarare hospitale priuatum Florentię esse publicum. idem ergo ẽ dicendum in iure quæsito ex ꝯctu celebrato cum camera Apostolica,a quo non potest Papa discedere, per ea quæ hñr in d. c.j. de prob.& ꝯfirmat ex no.ꝑ eundẽ Pa.de Ca.in consi.218. inci.Pręsupposito sine ꝑiudicio,&c.ubi concludit, ꝙ Papa laico non subdito ꝑiudicare non põt in iure q̃sitõ ẽt de iure canonico,sicut econuerso non potest Imperator tollere ius quæsitum ecclesiæ,uel clericus ꝑ legẽ Imperialẽ,ut no.in c.nouit.de iud.in uerbo,Theodosius.Et dato ẽt,ꝙ dicta locatio fuerit reuocata & reuocari potuerit,nihilo minus fuit postmodum cõfirmata ꝑ eũdẽ sũmũ Pontificẽ, qm̃ in ꝑfatione literarũ prius narrat qualiter Augu.Ghisius suo proprio & sociorum nomine emit a camera Apostolica alumeriã Tolfæ pro annis 12.cũ pactis,&c.Et ꝑpea licet deinde in eisdẽ literis mãdet ꝯctus initos cum dict.Aug.vt iustum & congruũ est,amore quo eũ diligit,confirmari ac cõfirmet,nihilo minus intelligitur etiã eundem contractũ confirmasse,quatenus fuit celebratus nomine & uice dictorũ sociorum,quia ubi pręfatio est generalis, licet dispositio sit spãlis,generaliter debet intelligi,& consequenter mandat Papa confirmari,& confirmat ꝯctus initos cum camera eius proprio Aug.noĩe,dẽt subaudiri & suorum sociorum, de quib.facta fuit mentio in præfatione.l.regula. post prin.& ibi no.Bar.de iur.& fac.ign.sicut etiã econuerso mediãte simili subauditione restringitur sequens dispõ ex his,quæ dicta sũt in ꝑfatione l.cum hi.in prin.de transac.& ibi etiam no. Bar.& melius facit tex.in l.1.C.de diuer.rescri.ubi probatur, ꝙ si de duab.personis in prĩ.fit facta mẽtio,& deinde de vna tm̃ dispo nẽs ꝓsequatur,ꝙ ẽt de alia loqui intelligit.& illũ tex.ad hoc ẽt alleg.Bart. & in l.cũ filio.de leg.1.in 5.col.dicens,ꝙ ex quo in prĩ.illius legis dictũ est de filio & seruo, licet postea dicatur de solo filio, intelligitur repetitũ de seruo. Præterea ratio illa assignata per Papã.s.ut iustũ & congruũ est,&c.quia locum etiã hẽt,quatenus dictus ꝯctus est initus noĩe dictorũ sociorũ,& q̃ est finalis ampliat dictã ꝯfirmationẽ mediãtẽ dicta subauditione.d.l.regula.& ibi ẽt no.Bar.& l.cũ pr̃.§.dulcissimis.de leg.2. sicut ẽt rõ expressa operatur, ꝙ extẽdatur dispõ extra tempus expressũ,ut no.declarat Bar.in l.pater.§.fundũ.de le.3.nec illa verba sequẽtia.s.amore quo eũ diligimus,significãt cãm finalẽ sed impulsiuã & remotã,ut colligitur ex no.ꝑ Bar.in l.2.§.fin. de do.& facit, q̃d no. idẽ Bar.in l.Gallus.§. q̃d si is,de libe. & posth.& tanto magis prædicta locũ habent,quia si nõ ampliaretur confirmatio ad partẽ sociorum, & sic cessaret dicta subauditio,diceretur pro parte tm̃ cõductio confirmata,& ꝓ alia parte non,quia dñs Augu.pro parte solũ noĩe proprio conduxit ꝙ nõ est verisimile Papã voluisse, sicut ab initio uerisimiliter partẽ nõ locasset,nec d.Aug. conduxisset.l.si quis aliam,de solu.l.qui duos.de contrahen.emp.& l.ꝙ aũt.de in diẽ addic. cũ cõcor.de quib.ibi in gl.& ad ꝓdictorum confirmationẽ bñ facit.l.post dotẽ. solu.mat.ſm.3.lec.vbi probatur ꝙ pater non tantum nomine suo, sed etiã filiæ videtur in dubio stipulatus ex natura pręcedentis ꝯctus,& hoc casu non habet locum,ſm Bar.l.si ita stipulatus.§. Chrisogonus.de ver.ob.dum ibi dr̃, ꝙ persona extrinseca non subintelligitur,sic igitur & in casu nr̃o dicta confirmatio uidetur in dubio facta,quoad omnes,de q̃bus in ꝯctu ꝑambulo, & cõfirmat ex not.ꝑ Bar. in l. si mihi & Titio.de verb. obl. & ex not.per Bar.post gl.in l.q̃d dr̃.de impen.

pen.in reb.dota.fac.& in l.peculiũ.§.si ære. de pec.in quibus lo cis hr̃,& emph.de nouo concessa post primam finitã intelligitur ₰m naturã primæ, & ꝙ oĩa contẽtia in pcedenti inuestitura intelligũtur in sequenti repetita,per l.itẽ quæritur.§. qui impleto.loca & l.pe.§.uxor.sol.ma.& l.si stipulatus.in pri.de vsu. & per tex.in c.1.de gradib.suc.in feu.& idẽ tenet And.de Ise.in c.1.de uasa.decrep.æta.per illũ tex.& Bal.in l.15.de rer.diu. & in l.1.C.qñ non pe.par.& Im.in c.ex parte.de feu.Nec ẽt ex eo ꝙ d.Aug.proprio noĩe administrauerit dictam alumeriam per hoc alijs sociis potuit pιudicare,si sic proprio noĩe fecit illis ignorantib. ꝓut in dubio pſumitur.l.si.pro suo,& l.verius.de ꝓba.vt probatur ex no.per Bal.in l.j.C.si quis alte. vel sibi.ubi dicit,ꝙ si unus ex plurib.† socijs oĩũ bonorũ emat noĩe proprio aliis ignorantib. de cõi pecunia, ꝙ illam rẽ tenetur actione ꝓ socio cõicare,quia p hoc non est societas soluta, nec per illum solum potuit dissolui alijs ignorantib.l.actione.§.diximus.ff. ꝓ socio.& idẽ vult Bal.in l.si ut proponis.C.de rei uend.& in le. cũ duob.§.si fratres.ff. ꝓ soc.in lec.antiq. post Cy.ibi & Bald.in l.cum oportet.C.de bon.q̃ lib.& Ale.in cons.49.in prin.1.vol. cũ alijs conc. de qb.ibi p eũ,& p Mod.in l.1.C.q test.fac. possunt,q̃uis.n.alij socij sciuerint illũ administrare, nõ tñ per hoc põt inferri,ꝙ sciuerint illũ facere proprio noĩe, sed potuerũt probabiliter credere, ꝙ ageret cõi noĩe, sicut agere poterat & debebat ex capitulis & pactis societatis, in quib. illi soli fuerat administratio cõcessa.Nec ẽt refert, ꝙ oĩa ẽt gesserit dictus d. Aug.propriis expensis,quia p hoc non dr̃ a societate discessisse uel discedere potuisse alijs inscijs,sed ex dictis capituli & pactis põt ad interesse agere. Præterea quamuis ẽt fuisset societas per hoc soluta,locatio tñ staret firma, quia ab illa discedi non potuit sine consensu locatoris,& maxime re non integra. l.ab emptione de pac. & cui ẽt renunciari non potuit exprese vel tacite,nec similiter societati renũciari per hr̃dem Antonii infantẽ. l.1.& ibi no.C.de in integ.rest.& idcirco vr̃,ꝙ dictus d.Aug.teneatur actione negociorum gestorũ,quãuis noĩe proprio gesserit,ex quo credebat ad eũ solũ negociũ pertinere,ex quo aliis conductorib.uel socijs non põt ꝯ alium eẽ cõsultũ.l.si.ff.de ne. gest.uel saltẽ tenetur ex æquitate.l.si me & Titium.ff.si cer.pe. Sed præmissis non obst.ꝯtrariũ arbitror verius, & in primis dico, ꝙ ex locatione nullũ ius pt̃ dici quæsitũ,quia d.Aug. conduxit ꝓ se ac vice & noĩe sociorum suorũ,&c.intelligitur† de socijs pſentib.& nõ de futuris,nec de nominandis in futurũ.le.si ita.de aur.& arg.l.nam potuit ante locationem societas cõtrahi in rẽ certam,& præsupponit hoc ẽt Bal.in d.l. adeo quẽ proxime retuli, & in his socijs poterant uerificari uerba illa,ac noĩa & uice sociorum suorum,&c.Nec ob.ꝙ ex quo non extabãt socij de præsenti,ꝙ trahi debeant ad futuros, sicut in legato facto de eo,qd̃ dari oportet , sub quo regulariter non continẽ debitum in diẽ vel sub cõditione.l.cum stipulatus sim illud aut illud.§.cum stipulamur.& l.si a colono.de ver.ob.illud venit,si nullum adest debitum purum,₰m Bald. in l.si ita scripsisset. de lega.2.ar.l.fundus qui locatus.de fund.instruc. quia illud procedit ex eo , ꝙ testator sciuit debitum purum non extare,& sic in illo verba verificari non põssent, sed in casu nostro locator ignorauit d.dom. Aug. in hoc negocio socios de pręsenti non hærede,sed ad præsentes tantum habuit respectum, quos putauit extare, ut ex verbis ostenditur, in futuris ergo propter ignorantiam non consensit.l.si per errorem.de iurisd.om.iu.sine quo consensu etiam locatoris pro futuris sociis locatio nõ ualuit,quia solus consensus conductoris non sufficit.l.ex consensu.in prin.de act.& ob.& leg.1.ff.de pact.& ubi etiam de futuris tam locator quam conductor sensisset, adhuc talis locatio facta pro sociis eligendis in futurum per do. Aug. non ualuisset,per no.per Bar.in l.quidam relegatus.de reb.dub.ubi vult, non valeat datio tutoris incerti, certificandi & declarandi per alium.leg.tutor incertus.de test.tu.& per no.per gl.in l.si quis a filio.§. sed si plures.de leg.1.quod est secus in procuratore,secundum eum.c.1.de proc.in 6. & rõnem diuersitatis assignat, quia per dationem tutoris quis prouidet alteri .s. pupillo,quia ius administandi porrigitur ad omnia bona pupilli ẽt aliunde quæsita,ideo lex non permittit hoc nisi patri,& non alij,iõ ipse non põt committere sub incerto,quia secundum hoc concederet ptãtẽ alteri,qd̃ tex.nõ permittit,& hoc ea rõne, quia hoc posset eẽ damnosum pupillo,ut dicit gl.in d.§.si plures, sed q.s faciendo procuratorem prouidet sibi,& idem faciendo executorẽ,quia eius officiũ solum porrigitur ad relicta a se,& sic est eadem rõ,quæ in legato certificando ex aliquo futuro euentu. Qua ergo rõne tutor incertus,q. uenit ẽt per aliũ certificãdus, nõ põt dari, q.a .s. pupillo hoc posset nocere eo mõ,quo dictũ est. eadem rõne nec potuerunt agentes pro camera Apostolica locare personis incertis,declarandis & noĩandis per d.dom. Aug. quia prædicti agentes sibi non prouident,sed ipsi cameræ & circa bona illius,& hoc posset illi nocere, quia eligi possunt & nominari,quib. camera uel agentes pro ea ab initio non locasent,si de illis notitiam habuissent,dẽt.n.attendi sola possibilitas nocendi.sic in donatione tutoris,quæ non ualet,quãuis allegetur idoneus,quia potuit ẽt eligi alius ad pręiudiciũ ipsius pupilli.Et dato ẽt ꝙ talis locatio ualuisset,adhuc tñ de istis sociis noĩatis per do.Aug.non senserunt ꝯhentes, qd̃ constat ex eo,q.a locatio facta fuit.d. Aug.ac noĩe & uice sociorũ suorum q̃† verba importãt,ꝙ locatio facta sit pro dimidia.d.Aug.& ꝓ alia dimidia sociis suis.l.interdum.in prin.de hær.inst.vel verius hoc casu vr̃,ꝙ quilibet socius vocetur in virilẽ, sicut qñ quis legat alicui,puta Titio,& posthumo suo vel alieno, quia plurib. natis quilibet admittitur ad uirilem cum Titio noĩato.d.l.quidã relegatus.§.fi.de reb.dub.& ea rõne ₰m Bar.ibi,quia illi posthumi non erant in rerũ natura , iõ non potuit imputari, si eos vocauit noĩatim,quæ rõ similiter locum habet in nr̃o, quia cũ adhuc socios non hr̃et dictus d.Augustinus,ꝯhentib. non potuit imputari,si non fuerũt nominati , & diuisim ac separatim vocati,sed in l.interdũ in prin.₰m Bart. oẽs ꝓ nomẽ collectiũ erant vocati;iõ oẽs pro vno reputãtur corpore.Si igit facta est locatio ẽt cuilibet socio viriliter vel oĩb. pro dimidia,ergo isti, quos recepit d.Aug.in socios pro duob.quintis duntaxat, non sunt illi,pro quib. recepit & cõduxit, quia cõductio & locatio facta fuit illis ꝓ alia quota & diuersa parte. ꝑpea isti noĩati tã q̃ diuersi nõ sunt in locatione cõprehensi.l.& an eadem. in prĩ. de excep.rei iud. Non.n.d.Aug.qui conduxit pro certa quota, de qua supra,noĩe sociorum potuit minuere dictam quotam , &c.Nec solus facere potuit, ꝙ locatio facta pro dictis socijs reduceretur ad minorem partem,quia hoc esset a conductione p̃dicta pro parte recedere,quod non potuit solus facere,cũ hæc potestas, & facultas a locatorib. non esset sibi concesa. d.l.ab emptione.de prin. de pac.& l.sicut.C.de act.& ob. sed cesantib.ẽt prædictis. Quarto dr̃,ꝙ locatio facta noĩe sociorũ eis nihil prodest etiam si ab initio ualuisset,quia dictus.do. Aug. socios debuit nominare,& † eligere præsentib. ipsis locatoribus, non autem potuit dicta electio fieri in eorum absentia,uel illis non requisitis,ut probatur ex no.per Bar.in leg. 1..circa fin.de leg.2.ver.quæro extra glo. & c.vbi concludit,ꝙ electio personarum,quib. est relictum,fieri potest in absentia hæredis & illo ignorante. per l.nulli.§.cum aũt. C. de epi. & l. vnum ex familia.de leg.2.& hoc ₰m eum apparet, quia ex hoc hæres non læditur, ex hac ergo rõne colligitur, ₰m intentionem Bart. ꝙ ubi ex tali electione lædi posent,ꝙ electio deberet fieri illo p̃sente vel requisito, quia tunc eius præsentia poset eligentem trahere in suam sententiam,& iõ cum camera Apost.ex tali electione sociorũ potuisset lædi, quia eius põt interẽe hr̃e magis vnũ conductorẽ q̃ alium,talis electio clandestina fuit nulla,q.a præsentia agentiũ pro camera potuisset dictum eligentẽ in eorũ trahere sñiam.Et istud clarius ẽ probatur ex no.per Bar. in l.alio.de ali.& cibar.l.col.5.vel q̃ro.n.hæredes,&c.ubi quærit, an hęres sit requirendus, qñ executor elegit rẽ, quam vult uendere.& arguit ꝙ non per l.qui põt inuitis.de reg.iur.& l.4. de fidecom.lib. & per alia , de quibus ibi p eum. demum concludit ꝯrium,etiam si tales executores habeãt liberam potestatem per iura, quæ allegat,& per rationem,quæ habet locum in casu nostro, quia hæredis præsentia posset trahere executorem ad aliam rem eligendam , & vendendam . ergo debuit requiri. leg. si in tres.& le. sicuti. de arb. & quia illa libera potestas importat, ut bona fides adsit, sed ille, qui facit clam , prout facere dicitur,non requirendo eum , qui potest contradicere uidetur facere mala.leg.clam posidere.in prin.de acq.poss.& le. prohibere.§. clã. quod ui,aut clam,& sic non ualet electio. Et hoc procedit, quando talis potestas ab initio fuit uoluntaria & ex post necessaria ,secundum Bart.prout etiam contingit in casu nostro,quia ptãs eligẽdi socios ab initio cõcessa uolũtarie

do. Augustino postea fuit necessaria,& reuocari non potuit.d. l.sicut,& quis Bar.loquatur in electione rerũ, non tñ aliud est dicẽdum in electione personarũ.quãuis Ale.in l.si quis arbitra tu.de ver.ob.col.7.ver.3.limitare vr̃, ꝙ Bart. faciat drãm inter electionẽ ꝑsonæ,qua hæres non lęditur,sed ꝑ electionẽ rei sic sed vbi ex electione ꝑsonæ lędi posset,sicut ex electione rei,ꝑut in casu nr̃o,Bar.expresse dentit & vult in d.l.2.ꝙ ꝑsentia sit necessaria,qđ ẽt colligitur,dũ postea ẽt subdit,ꝙ ꝑsentia ꝑsona rũ,sup quibus cadere põt electio,non est necessaria. Nec ob. ẜm eũ,ꝙ posset eligentem trahere in suã sñiam,quia hic.i.in casu Bar.tractatur de lucro captãdo, & sic ubi de lucro non agit, vult,ꝙ dicta rõ locũ hẽat,& sic ꝙ ad electionẽ personæ requiratur ꝑsentia, nec aliter dici põt, cũ vtroq; casu militet identitas rõnis.Quinto ẽt dicta locatio in ꝑsona sociorum non subsi

10 stit,nec hẽt effectũ,q̃a† illã ratã non habuerunt,prout hr̃e debuerunt ad hoc,vt in illa ius q̃ri posset:iuxta no. in l. si ego. de nego.gest.& in l.2.de proc.& l.cõis seruus.§.fi.de acq. pos. Nã in primo capitulo narratur, conductionẽ prius factã ꝑ dictum d.Aug.pro se & suis socijs,& deinde suos socios nominat & eligit pro duob.quintis,quamuis enim huic electioni & noiationi ꝑdicti consenserint,non tñ ꝑ hoc de necessitate infertur, ꝙ cõductionẽ eorũ noĩe factã approbauerint,sed cõsensisse dñr societati & contractui societatis, q̃ societas est separa a locatione,& quæ stare & esse põt inter eos,ẽt si solus d.Aug.remanet conductor, licet cõductionẽ illorum noĩe factam non approbent,& ꝙ ista fuerit intentio partiũ,probat,q̃a oĩa capitula, q̃ subsequũtur,ad solã societatẽ referũtur, & illi soli cõueniunt. itaq; ex ꝯtu societatis de nouo inter eos celebrato non sequit cõductionis approbatio,q̃ est separata & a societate diuersa. l. Papinianus exuli.de min.& naturaliter.§.nihil cõe.de acq. pos. Nec ob.relatio facta ad declarationẽ eius, super quo illi pro socijs eliguntur,seu ad ostendendũ super quo inter eos societas ꝯtrahatur.s. super alumeria prius cõducta per dictum.d.Aug.& ita est interpretandũ, ẽt si essemus in casu dubio, quia tunc fit interpretatio contra illũ,qui se fundat in verbis, sicut in hoc facit pars aduersa,ꝑ no.l. ueterib. de pac.Præterea de dicta locatione fit mentio ꝑ verba enunciatiua, quæ in contractib. non inducunt dispositionem,i. ratihabitionem,ẜm Bar.in l.ex hac scriptura.de don.& eodem modo rñdetur ad ẜm capitulum,in quo similiter enunciatiue fit mentio de dicta conductione, nõ quidem propter se,vel ut approbetur per dictos socios, sed ꝑꝑ aliud,hoc est,ad effectũ & finẽ,vt declaretur,societatem haberi pro cõtracta ex retro, id est a die dictæ conductionis, & non vt ex nunc,sic in simili fit & dicitur in l.huiusmodi.& in le.si ita stipulatus fuero.§.si Titius.in prin.de verb.ob.Nam licet talia verba enunciatiua emissa propter aliud in contractib. probent inter præsentes.l.optimam.C.de contrahen.& commit. stipul. & sic ex illa probetur,ꝙ dictus do.Aug.conduxit pro se & nomine sociorum,non tamen inducunt nouam dispositionem,& sic approbationem uel ratificationem,ẜm Bar.in le.ex hac scriptura.de dona.& Doc.in l.ex his.C.de testam.milit.& propterea ennnciatio,de qua in primo & sequenti capitulo, tanquam facta ꝑꝑ alium,vt dictum est,& aliud effectum,non causat aliquam ratificationẽ,cũ sine illa stare posit, quod principaliter agitur,ut proxime declaratum est.Præterea prima societas fuit solũ contracta cum Antonio,qui promisit de rato pro tota societate, & de aliqua ratihabitione sociorum dictorum de Spanochijs nõ apparet, quia igitur ex hoc & ex omnibus alijs præmissis in persona sociorum conductio eorũ noĩe facta non potuit hr̃e effectum. ideo sequit, ꝙ si dicimus quo ad socios non valuisse locationem ab initio, prout probatur ex primis quatuor rationib.ꝙ in persona do. Aug. in totum ualuit,& ꝙ portio aliorum sibi accreuit.l.fundus ille.de contrahen.emp. si uero dicta locatio solum ex defectu ratihabitionis sociorum respectu illorum non potuit hr̃e locum,& tunc pro parte eorum hr̃ pro non facta,& ad cameram portio illa redijsset, secũdum Bar.in l.si mihi & Titio. de uerb. ob. & per ꝯñs dictis socijs aliquid ex dicta locatione non potest competere & per hæc rñsio colligitur ad ea, quæ primo loco sunt in contrarium allegata, dum dicebatur,ꝙ socijs & eius hæredib. competebat ius ex tali locatione,quia hoc negatur,& ex præmissis contrarium probat.Et per prędicta ẽt declaratur,ꝙ societas non põt ad hr̃des

11 transire,ẽt si non actum fuisset,quia ad hoc† ut societas uectigalium,vel similis ad hęredes ex pacto uel cõuẽtione posit trãsire,multa sunt necessaria,ẜm glo.in d.l.adeo.pro socio: Et primo,ꝙ aliqui & sic plures conducant publica vectigalia, & hoc in casu nostro deficit,q̃a ĩ ꝑsona dñi Aug. tm̃ locatio subsistit, & in aliis deficit,& ideo nõ sufficit,ꝙ unus solus cõducat, & ꝙ super re cõducta cũ alijs societatem ꝯtrahat,quantũ ad effectũ, ut sit ad hæredes trãsitoria,ẽt si actũ sit, ꝙ ad illos dẽat trãsire, sicut factũ reperitur in casu nr̃o, quia paria sunt, ꝙ d.Aug.solus conduxerit,vel pro se, & pro aliis, & ꝙ quo ad alios nõ valuerit ab initio,vel ex post facto. l.4.§.condemnatũ. de reg.iur. l.non parauit.§. non quæuis,de bono.pos.ꝯtab. & in l.quoties. qui satisd.cog. Secũdo requiritur,dicit gl.ut sic conduxerint,ꝙ hæredes succedant in cõductione & societate, qđ similiter ĩ casu nr̃o factũ non reperitur, q̃a licet expresse vel tacitẽ dici possit actum fuisset,ꝙ in conductione hr̃des succedant.non est tñ actũ,ꝙ succedere posint in societate. Nec ob.illa verba,de q̃bus in secundo capitulo,s. durare tanto quanto durarãno le suprascritte cose & loro dependencie, &c. Quia licet per dicta verba actũ dicatur, ꝙ societas tm̃ duret, quantũ durabit locatio,intelligi tñ debet, rebus in eodem statu permanẽtib.l.quod Seruius.de condi.ob cau.& no.in c.quẽadmodũ. de iurei. & sic socijs viuis permanentib.prout est de natura societatis,ꝙ probatur,quia si societas sit contracta vsq; ad certũ tp̃s, puta decẽ ann. ꝑut ꝯhi põt.l.1.ꝑ socio.nõ tñ ꝑ hoc actũ intelligit, ꝙ ad hæredes durãte illo tp̃e trãseat.l.actione.§. morte. eo.ti.in hoc nõ solũ quia agi nõ posit, ꝙ in ea hr̃des succedãt,sed ẽt q̃a voluntas deficit,quasi ꝙ ex natura ꝯtus actũ dicat, ꝙ duret reb. sic stantib.& ꝑbatur in l.quæro.§.iter locatorẽ.ff.loc.& ꝙ ista fuerit intẽtio partiũ,satis manifestẽ colligit ex his,q̃ postea sũt subsequuta. Nã do.Aug.primõ societatẽ ꝯxit cũ hæredib.Ambrosij de Spanochijs, & cũ suis socijs,deinde illis socijs dictorũ de Spanochijs ꝑmortuis renouauit societatẽ cũ solo Antonio & Iulio de Spanochijs sub eisdẽmet pactis & conuentionib.& hoc nõ ob aliam cãm,nisi q̃a ꝑ mortẽ ꝑdictorũ habuerũt dictã societatẽ pro finita & soluta, quia ea durãte non erat opus renouatione, & ita ꝑsumendũ est ex natura ꝯtus, & quia verba societatis nõ repugnant, quæ (vt dixi) intelligi põt reb.sic stantib.& quæ in dubio sunt interpretanda contra illũ, qui se fundat in illis,ut no.in d.l.veterib. Nec ob.dũ dicebatur, ꝙ ista secunda societas non est renouatio prioris iam finitæ,sed est noua,nec de eadem parte sed diuersa, ꝑ not.ꝑ Bart.in l.triticum. de verb.ob.quia illud posset habere locum,quando alia coniectura capi non posset,qua mediante secũda societas valere posset,ꝙ non est in casu nostro: qm̃ (vt dictum est) præsumi põt, ꝙ secunda societas sit contracta ex ea causa : quia prima fuit ꝑ mortem alterius socij finita,& ẜm hanc præsumptionem, quæ tanquam verisimilior,& per alia allegata in dubio est capiẽda, vltima valebit,quia cessat ratio Bar. in d.l.triticum. & qua cessãte ipse fatetur,ꝙ intelligatur facta de eadem quantitate per l.si diuortio.eo.ti. Et dato etiam millies,ꝙ dicti socij inter se dicerentur conuenisse per dicta verba,de quibus in secundo capitulo,ꝙ hæredes eorum in societate succedant, hoc tamen nõ sufficit,sed est necesse, ꝙ actũ sit ẽt cũ locatore, ꝙ ad hæredes trãseat nedũ locatio,sed ẽt societas,ut manifestẽ vult glo.in d.l. adeo.quæ postq̃ dixit esse necessariũ, ꝙ aliqui sic cõduxerint, vt hr̃des succedãt in cõductione & societate: deinde subdit, ꝑt addi & quartum,vt ipsi socij nõ tm̃ cũ locatore, sed ẽt inter se paciscantur,ꝙ hr̃des in societate succedant, &c. & sic gl.ex illa implicatiua non tantum,&c. vult, ꝙ nõ sit satis, socios inter se ꝯuenire,ꝙ hæredes posint succedere, sed ꝙ sit necesse de hoc ẽt pacisci cũ locatore, & ideo in casu nostro societas nõ põt ad hæredes transire: quia q̃uis cum locatore esset actum, ꝙ locatio transiret ad hæredes sociorum,hoc non sufficit,sed ẽt copulatiuẽ fuit necessarium, ꝙ cũ illo socij pacti essent, ꝙ societas quoq; ad hæredes eorũ transiret, ꝙ absq; dubio non est factũ in casu nostro;quia societas & pacta,de quibus in ea inita,& facta sunt locatorib.absentib.& ignorantib.& sic dici non põt,ꝙ dictum pactum cũ illis fuerit factum.l.1.de pac. Non ob.insuper dum dicebatur, ꝙ do.Augu.teneatur lucra cõicare,quãuis societas morte esset finita.l.verum.§.hæredem.ver.veruntamẽ. pro soc.quia ille tex.loquitur de lucro,qđ prouenit ex ante gesto, & in hoc non differt societas vectigalium ab alia societate priuata, ut ibi declarat glo.in verb.emolumentum. dicens in

prima

prima solu.ꝙ illud qđ dr̄ in d.ver.ueruntamen.locū hēt in qua libet societate,quia loquitur de lucro percepto ex antea gesto. & sic non ob.tex.in l.verū.§.si in rē certam.eo.ti.Nā tex.in d.§. in hr̄dē.volens probare, qđ dixerat.s.ꝙ hæres socij licet nō sit socius emolumenti,tn̄ successor est,subdit, ꝙ idem in societate vectigaliū,quia nec in ea hæres socij est socius,nisi aliud actum sit,& sic cessante pacto ꝙ succcedat hæres, in hoc talis societas non differt ab alia,& quis tūc hæres non sit socius: veruntamē oē emolumentum societatis ad eū ptinet, dicit tex.& sir̄r dicere voluit,ꝙ in hoc ab alia societate non differt. sicut nec primū dictum,& propterea dēt intelligi de lucro & dāno, qđ prouenit ex antea gesto,& non de illo,qđ pcipitur ex his,q̄ gesta sūt post mortē,sicut dr̄ in qualibet alia societate.d.l.actione.§.si in rē certam.& ibi no.Nec ob.dum tex.in d.l. in hæredem.postea subiungit,ꝙ non sir̄r in voluntaria societate obseruatur,&c.q̄a iste ver.non refertur ad proximum rn̄sum,nec ad prima solōnē quā gl.approbat,sed refert ad exceptionē,de qua in ver.nisi fuerit actū.s̄m gl.quasi dicat,ꝙ licet societas vectigalium ad hr̄des transeat,si hoc actum sit, hoc tn̄ sir̄r locum non hēt in societate voluntaria,& iste est verus sensus literæ, s̄m expositionē gl.

12 cōiter approbatę.Ex alio† quoq. dicta societas fuit finita.s.pp decoctionem illorum de Spanochiis,per tex.in d.l.actione.§.1. pro soc.vbi dr̄,societatem distrahi bonis uenditis vnius socij a creditorib. idē ergo qn̄ sunt occupata per creditores pp decoctionem & idē probat in d.l.societatem.1.§.fi.eo.ti.vbi dr̄ simpliciter,ꝙ egestate soluitur societas. & quamuis dicat, ut quia cessit bonis.§.itē si quis.inst.pro soc.gl.tn̄ non requirit, ꝙ ad distractionem societatis necessaria sit cessio, sed illud dixit ad probationem egestatis, quia illa probatur ex tali cessione,quæ solet concedi tm̄ his,qui non sunt soluēdo.l.1.& l.fi.C.qui bo. ced.poss.& no.in ru.ff.eo. & quo ad hunc effectum loquit̄ tex. in d.§.itē si quis.ergo egestas superueniens si alio mō probetur

13 idē erit.quinimmo † istis fallitis non conceditur beneficiū cessionis pp dolū suum, quia est remedium miserorum non præsidium dolosorū,s̄m Bal.in quodā cōs.inc.Super libris.arg. no.ī d.l.j.C.qui bon.cede.poss.& l.fi.§.fi.q̄ in fraud.cred.& l.pe. de iure dot.& l.si quis ex argentarijs. ibi humilib.& deploratis. ff. de eden. & qui sunt infamissimi, ac ēt uoce antiquissimæ legis tradendi sunt creditoribus lacerandi,& hoc consilium refert d. Ioannes Baptista de S.Seuerino in trac.de debi.fugi.in 1.q. pri. circa fi.ubi etiam refert Bal.in alio consi.inc.In q̄stione domini Mediolani,&c.dicentem,fallitus ergo fraudator, quia sic eum appellat edictum fraudatorum, quia a cōiter accidentib. falliti sunt fraudatores. Si igitur istis fallitis in eorum odium denegatur cessionis bn̄ficium,ergo non dēt eis prodesse,ꝙ non cesserint,sed magis nocere, & sic facilius in dānum suum dēt dici societas soluta,quia inducta in odium non debent operari cōmodum & beneficium,sicut nec contra.l.qđ fauore.de legib.Quia igitur societas est finita,ex hoc etiam capite non potest locatio durare in persona sociorum,quia ex quo dom.Augustinus conduxit uice & nomine sociorum,eatenus pro illis conduxisse,dicitur,quatenus durant socii,& non ultra,ut probatur ex no. p Bart. in leg.centesimis.§.fi.de uerb. oblig.ver.quero quid si iudex non est mortuus. dum dicit, ꝙ uoluntas durat,donec durat qualitas,per le. non solum.§.morte.de operis noui nunciatione. & dum postea etiam subdit, ꝙ arbitrium datum heredi intelligitur,donec durat hæres,per l.Lucius. de fideicommiss.liber.& quamuis Imo.& quidam alii dicant aliter in hoc ultimo tamen contra Bar. tenet solum, quando qualitas hæredis non fuit expressa,& ita expresse se declarat Imo.in casu nostro qualitas expressa fuit, ideo eatenus durat locatio, quatenus durat qualitas,sub qua dom.Augustinus pro aliis conduxit,& ad leg. cum pater.§.hæreditatem.& leg.ex facto.§. si quis rogatus allegat.in contrarium respondent Doct.in d.§.fin. Insuper dicitur ꝙ societas est finita, & etiam locatio ex alio capite, videlicet, quia Iulius II. reuocauit omnes contractus factos cum camera Apostolica tempore Alex. tanquam celebratos in damnum dictę camerę.Nec obst.dum dicitur, ꝙ non potuit Papa etiam cum causa præiudicare non subdito,quia illud posset procedere,quando contractus non fuisset celebratus super re ecclesię,

14 sed qn̄ super re ecclesię † contrahitur,sicut in casu nostro,tunc ratione rei ecceseficasticæ dicuntur subditi. cap. si clericus laicum.de foro competen.& facit.c.sane.eod.ti.ubi hr̄,quod quis ratione rei sortitur forum.& no.in c.fi.eod.tit. & in l.fin.C.vbi in rem actio. ideo cum causa potuit iste contractus rescindi & annullari, sicut qn̄ fuit celebratus cū subdito ratione personæ, s̄m Doc.in d.c.1. de prob. & in locis supra in contrarium alleg. & tanto magis,quia res,de qua agitur,est de regalib. c.quæ sint rega.& quamuis tex.loquatur de argentifodina, idem tamen in omni alio genere metalli,s̄m Mod.ibi p l.cuncti.& l.inter amicos.C.de metal.lib.11.& l.inter publica.in f.de ver.sig.vbi tex. dicit,ꝙ perceptio facta per fiscum rerum venaliū,item salinarum,& piscariarum continetur appellatione vectigalium publicorum,ergo & res,de qua agitur,cōtineri dicitur,& quæ vectigalia sunt de regalibus. d.c.1. Nec obst. ꝙ etiam aluminariæ sint priuatorum,quia verum est,si sint in fundo priuati, nam argenti fodinæ & salinę si sint in fundo priuati, sunt priuatorum.l.diuortio.§.si vir.iuncta gl.in ver. cuilibet. sol.matr. & ibi no.Ro. & Alex.qui etiam alleg. tex. in l.magis puto. in prin.de reb.eorum. & tn̄ s̄m eos si reperiretur in fundo publico esset de regalib.per d.c.1.cum igitur hæc res sit de regalibus,non potuit per Alex. summum Pontificem alienari in præiudicium, ideo potuit successor in hoc factum eius reuocare,etiam sine causa,s̄m Bal.in ti.de pace Constan.in ver.amplius.per illum tex.qui subdit,ꝙ per hoc determinatur,quod no. Cy.in l.digna vox. C. de legib. Nam & hmōi locatio ad longum tēpus est alienatio. cle. 1.de reb.eccle.non alie.& no.in c.nulli.eo.tit.l.j.§.quod autē. & ibi Bar.de superfi.& per Bal.& Doct.in l.codicillis.§.instituto de lega.2.Nec ob.ꝙ reuerendissimus do.Cardinalis S.Georgij attestetur,summum Pontificem sibi dixisse,ꝙ nolebat hunc contractum contineri sub dicta reuocatione,quia cū nunc agatur de præiudicio do.Augustini,cui solum postmodū facta fuit locatio,& quæ locum in eius persona in totum non haberet, si illi crederetur,ideo dicto illius non statur,s̄m glo. in d.c.sicut, de sent.excom.cum concor. de quib.per Mod. in c.cum in iure peritus.de offi.dele. Præterea non probatur,ꝙ dictus reuerendiss.do.Cardinalis hoc dixerit,vel affirmauerit, quia scriptura,

15 quæ † ad hoc probandū producitur,nullā fidē facit, quia talis scriptura est priuata,cum in ea non adsit solennitas,quæ requiritur in scriptura publica.Nam in ea non sunt appositi anni domini,prout requiritur s̄m gl.in c.inter dilectos.de fide instr. & in l.iurisgentium.§.ꝙ ferè. de pac.nec annus pontificatus, iuxta no.per Io.And.in data sexti.& Bal.in proœ.decre.in pen.col. Itē caret indictione,q̄ similiter de iure apponi dēt, ut no.in d.c. inter dilectos.& in auth.vt ppo. no.Imp.& in l.generali. C. de tab.Item in hac scriptura non est appositū nomen Papæ, prout apponi dēt in terris ecclesiæ,s̄m Io. And. in data sext.& gl.in c. quoties 2.q.7.& Ant.de But.& Abb.in c.1.de prob.cū concor. de quibus ibi per Mod. Nec talis scriptura habet subscriptionē notarij,& alia quæ requiruntur in instr̄o, ideo non probat,s̄m Io.And.in Spec.de instr.edi.§.videndū restat, super ver.& not. dicentem,ꝙ rogatio & protocollū dēt habere oīa,quæ habere debet instrumentum. & facit, quod not.Angel. in l. Lucius.in prin.per illum tex.de testam.mili.dicens,not.tertiò,ꝙ non est standum imbreuiaturę notarij,si non est in publica forma scripta,& maximè prædicta procedunt, ex quo dicta scriptura nō reperitur in protocollo notarij, nec registrata in camera Apostolica secundum consuetudinem, sed est in quodam folio de per se,ideo non probat,secundum Bar.Bald.& Ang.in l.si quis ex argentarijs. §. si initium tabularū. de eden. & expresse not. Imo.in l.sciendum. de ver.obl.in vlt.col.dū tractat, an tabellio præsumatur rogatus, & in terminis etiam vult idem Alexā. in consi.153.2.vol.inci. Vr̄ prima consideratione,&c.dicens, ꝙ si scriptura reperiatur in quodā folio separato, & de p se,ꝙ nullā fidem facit,ēt si sit in quadam filcia, vbi sint aliæ rogationes notarij, ꝙ est fortius. Nec secundum eum si in quinterno, & protocollo repetita fuisset, in cuius principio est nomen notarij, uel in fine subscriptio, satis esset, per id quod legitur, & no.in d.§.si initium tabularum. sed secus in casu illo, & multo magis idem in casu nostro. Non ob. quòd locatio ista fuerit cōfirmata, quia ad cōmodum solius do.Augustini superuenit confirmatio,& non aliorum sociorum,qđ ꝯstat ex eo,ꝙ Papa dixit,sic facere amore,quo eum diligit,nec ob.illa uerba præcedentia.s.ut iustum & congruum est, quia non determinant pcedentia,sed determinat uerbum illud sequens scilicet amore, quo illum diligimus,&c,i. pp amorē,&c.& sic iustum & hone

stũ causatur immediate ab amore erga.d.Aug. & ex hoc sequitur confirmatio,non autẽ causatur aliunde,hoc est,ꝙ reuocatio dicti contractus fuerit iniusta, & propterea cessat illa ratio, videlicet,ꝙ amplietur dispositio per rõnẽ gñalẽ. l.regula. post prin.de iur.& fact.ign.quia amor erga.d.Aug.a quo descendũt oĩa,est sola rõ confirmationis, & ille est causa finalis,& nõ impulsiua. Nec ẽt ob. ꝙ in procemio sit facta mẽtio ẽt de socijs. d.Augustini,& sic ꝙ confirmatio sequens eos includat, per l.j. C.de diuer.rescr.& per no.per Bar.in l.cũ filio.de leg.j.quia illud verũ est,nisi appareat,ꝙ de vno tm̃ disponẽs senserit, sicut apparere dicitur in casu nr̃o, cum dicatur, ꝙ factum sit amore erga d.Augustinũ,& illa verba, eius proprio nomine Augustini,de quib.in confirmatione, nõ determinant præcedentia,sed sequẽtia,videlicet,verbum cõfirmare & approbare, perinde ac si dictũ esset, volentes contractus initos cũ camera cõfirmare, & approbare eius proprio Augustini noĩe,vt colligitur ex seq. verbis,quæ ẽt respiciunt personã eiusdẽ. d.Aug.& sic cõfirmatio fit in totũ pro do.Augustino, & non pro parte, & per hoc rñdetur ad l.post dotem.sol.ma.ƒm tertiam lecturam, q̃ loq̃tur,quando stipulatio fuit concepta impersonaliter,sed in casu nostro cõfirmatio est personalis, vt patet ex illis uerbis ꝓprio noĩe,&c.ideo ad aliũ non porrigitur,ƒm Do.ibi,per l.quoties. eo.ti.& similiter ex hoc responsio colligitur ad no.per Bar.in l. si mihi & Titio.de ver.ob.quia. d.verba concepta personaliter excludunt alios, vt probatur ex not.per Bar.in l.aut qui aliter. §.fi.quod vi,aut clam.& in l.hæc verba,de adult. sed Bar.loquitur quando uerba non repugnant,seu quando reuocatio salua ratione recti sermonis põt intelligi ƒm naturam primæ, qđ nõ est in casu nostro. & per hæc remanet responsum ad omnia allegata in contrarium,& est concludendum, ꝙ cõmodũ rei, de qua agitur,pertineat in totum ad do.Augustinum. Laus Deo.

In hac eadem causa consuluerunt Deci.cons.213. & Paris.cons.82.uol. primo, & ipse Rui.infra.cons.215.cum seq.eo.vol.Vide etiam Deci. cons.463. Hier.Zanch.

SVMMARIVM.

1. *Societas licet soluatur morte uel detractione vnius ex socijs. lucrum tamen hæredibus debetur.*
2. *Contractus initus nomine alterius ab initio valet.*
3. *Papa tenetur obseruare contractus etiam prædecessoris.*
4. *Causa in principe non præsumitur,quando vult a proprio contractu discedere.*
5. *Nec in præiudicium sibi non subditorum,quibus etiam ex causa in iure quæsito præiudicare non potest.*
6. *Emphyteusis renouata intelligitur secundum naturam primæ, & omnia in ultima repetita.*
7. *Societas etiam uectigalium morte alterius socij finitur,& quando ad hæredes transeat.*
8. *Locatio facta pluribus socijs dissoluitur dissoluta societate.*
9. *Conducens im emphyteusim,uel similiter nomine suo & sociorum totum sibi acquirit,socijs non ratificantibus.*
10. *Ratihabitio non inducitur, nisi necessariò inferatur, & a sciente actum suo nomine gestum.*
11. *Locatio ad longum tempus dicitur alienatio, nec potest fieri de regalibus, & per successorem reuocatur.*
12. *Renouatio si aliquid addit, uel detrahit primę concessioni, dicitur noua concessio.*
13. *Et non inducitur per tacitum concessum, ubi primus contractus scripturam requirit.*

CONSILIVM XCI.

quia habebat ius potentius in successione, & tunc nō excludor sed debeo iure meo admitti, ac si ille exclusus non esset in rerū natura. d. §. si sit consanguinea. quia igitur duces Saxoniæ excluderent sororem defuncti, si soli cum illa concurrerent, tanquā habentes ius potentius in successione eis quæsitū ex dicta confraternitate, & ad similitudinem agnatorum, q. ex forma statuti fœminas excludunt, ſm Bart. in loco præallegato. & ipsi duces excludant nunc ꝑ dictū fratrem patruelem defuncti & dictæ dnæ, illa debet iure proprio admitti, ex quo eius patruelis nō intrauit in locum dñorum ducum Saxoniæ, q. sunt exclusi. Et ꝑ hac parte vr̄ ēt tex. in l. fi. §. sin autem. C. ad Tertullianum. vbi probatur, ꝙ si concurrat pater, mater & frater defuncti, ꝙ mater succedit beneficio fratris, & q̄ alias excluderet a fratre. d. §. obiicitur. & illum tex. ad hoc no. etiam ibi Bal. & Mod. Perusi. & idem in casu simili vult Aret. in cons. 141. Viso puncto ad me transmisso. & in consi. 26. Proponitur in facto, &c. & Petrus de Anch. in c. canonum statuta. de constitutionib. circa finem, ver. inter consilia quæ habeo, &c. vbi refert fuisse consultum per collegiū Perusinum, ꝙ † mater quæ excludebat a patruo ex forma statuti beneficio sororis, quam patruus non excludebat, succedere posit cum sorore remoto obstaculo patrū per dictam sororem, per dictum. §. si sit consanguinea. & illud consilium est inter consilia Ang. nu. 210. incipiente, In nomine domini, statutum supradictum, &c. & idem uoluit Imol. in consi. incipiente, In casu ꝑmisso discutiendū est, quis succedat Ludouico, &c. quem refert & sequitur Ale. in l. illam. C. de collatio. mouet ēt, q. in odiosis sub simplicibus non comprehendit mistū. l. vim passam. §. ꝑscriptione. de adulteriis. & q. iste casus a statuto est omissus, & idem in alia simili. q. vult Bald. in l. quicunque. C. de ser. fugi. vbi dicit, ꝙ auus mater. ꝑ statutum a patruo exclusus succedat una cum auia non exclusa eius beneficio, q. nō exclusus trahit ad se exclusū, & nō ecōtra, sic igit̄ & in casu nr̄o, beneficio fratris patruelis soror defuncti dēt fratri succedere, & non dēt a dicto fratre patruele excludi, ex quo ei ꝑfert̄ de iure communi. d. §. si sit agnatus, & d. §. si sit consanguinea. Et q̄ † etiam non prohibetur de iure succedere in ducatu, comitatu, & machionatu. c. significauit. de rescriptis. vbi hr̄, ꝙ mulier fratri suo successit in comitatu. & ibi no. Abb. ꝙ fœmina de iure communi succedit in dignitatib. ꝑ illum textum & c. cum deuotissimam. 12. q. 2. & facit tex. in c. dilecta. de maioritate & obedien. vbi probat̄, ꝙ mulier est capax dignitatis, & etiam iurisdictionis annexæ ꝑdictæ dignitati, & ita etiam ibi no. Abb. in primo notab. & ſm Host. & Inno. in c. dilecti. de arbi. succedit in regno & ī ducatu, quos ad hoc pōderat ibi Abb. Nā licet mulier sit īcapax iurisdictiōis, qñ ꝯfert̄ rōne publici officii. l. cum prætor. in prin. de iudic. & in l. 2. de regulis iuris. secus tamen est, quando confertur ratione proprietatis, vt est illa, quam habent reges & principis in eorum regnis & principatibus, quia in illa succedit etiam furiosus, q. illam exercet per curatorem. c. grandi. de supplend. negligentia prælatorū. & ēt in ea succedit fœmina, quę dictam iurisdictionem exercet per seipsam, secundum Ang. & Pa. de Cast. in d. l. cum prætor. ꝑ no. in l. fi. C. de arb. vbi fit mentio de comitissa Matilda, & dicunt idem contigisse in regina Ioanna, quæ sedens in solio regali tulit sententiam capitalem cōtra illos de Balg. Sed præmissis nō obstantibus puto quòd illustriss. do. Gulielmus dux Hassiæ, & reus conuentus sit absoluēdus. Nam quo ad feudalia bona clarum est, quòd in illis fœmina non succedit regulariter. cap. 1. §. & quia videmus. qui feu. da. pos. & in dignitate feudali istud etiam uult Abb. & Imo. in d. cap. significauit. de rescr. quo uero ad dignitates non feudales puta comitatus uel ducatus, maxime masculis extantib. fœmina non succedit de iure communi, nisi in duobus casibus, secundum Bart. in leg. 2. de uerbo. significa. vbi dicit, † ꝙ mulier potest habere dignitatem cum administratione in duobus casibus, puta si princeps concesserit non obstante tali lege, & ex consuetudine, aliàs secus. leg. fina. C. de arbitris. & idem vult Bart. in l. 1. C. de mulier. & in quo loco. lib. 11. in 2. colum. ubi quærit, an mulieri posit concedi honor cum administratione: & arguit ad partes, & tandem dicit, ꝙ non reperitur concedi mulierib. de iure honor cum administratione, nisi hodie de iure canonico abbatissæ monialium. Item mulieribus quæ sunt ministrę sororum tertij ordinis S. Francisci, item mulieribus præexcellentibus, vt in reginis, & in comitissis, quæ quandoq. succedunt in commitatu ex cōsuetudine, vel ex priuilegio sibi dato. Et ita de facto uidemus dicit ipse, in regina Ioanna regina Hierusalem, & sic Bar. concludit, ꝙ in regnis & in comitatib. fœmina nō succedat, sed qñque ex priuilegio, vel de consuetudine potest succedere, & idē vult Sali. & Pau. de Cast. in d. l. fi. C. de arbitris. ex mente gl. ibi, ut, s. in comitatu & in regno mulier succedat potius de consuetudine, quam de iure, per c. dilecti. de arbitris, & idem vult Im. in d. c. significauit. de rescri. vbi primo no. ex illo tex. ꝙ mulier potest succedere in comitatu, & hoc dicit esse verum de cōsuetudinem uigere in partibus Gallicanis, in quib. de consuetuditudine, si cōsuetudo loci illud hēt hēt, ꝑut eum dicitur cōsuetudine fœminæ succedūt in dignitatib. & in feudis, allegat etiam dictum. c. dilecti, quamuis ꝑdicti de Bar. mentionem non faciāt. & idē est de mēte Abb. in c. noua. de pœni. & remissio. vbi no. ex illo tex. abbatissam posse habere iurisdictionem fori contētiosi, & idē dicit in alia muliere de iure speciali, per d. c. dilecti. cū ibi no. & 12. q. 2. cū deuotissimā. Et ista opi. probatur optime in d. c. dilecti. de arbitris, & quamuis Abb. ibi intelligat illū tex. in muliere, quæ ex iure mariti vellet iurisdictionem exercere, & dicat, ꝙ non habeat locum in illa, quæ illam exerceret iure proprio, tamen sua respōsio diuinat ad illum textum, & verba repugnant ſm propriam significationem, nec de Bar. & de alijs, qui contrarium tenet, fecit mentionem. Ex præmissis ergo sequitur, ꝙ de iure communi non successit, nec succedere potuit domina Elisabeth, ēt fratri in comitatu, nec in alijs terris habentib. dignitatem vel administrationem, nisi probetur, ꝙ ex priuilegio id sibi cōpetit, vel nisi probetur contra consuetudo. Et illud magis procedit viuente fratre, quia etiam si successioni paternę, vel maternæ renuntiasset, in dictis dignitatibus administrationem & iurisdictionem, illo extante succedere non potuisset, ſm Abb. in d. c. dilecti. super gl. 3. ubi no. ex dictis Inno. & Host. ꝙ mulier potest succedere ex testamento in dignitatib. habentib. iurisdictionem. Item in terris & castris, q̄ non sonant in aliquam dignitatē, qđ dicit esse intelligendū cū limitatione. Nam si res est feudalis, fœmina non succedit, etiā masculis non extantib. nisi in cōcessione feudi fuerit dictū, qđ etiam fœmina posit succedere, & ubi pro masculis & fœminis fuisset facta cōcessio, debet intelligi ſm naturam feudorū, vt. s. fęmina admittatur ordine successiuo, & masculis non extātib. c. vnico. de succes. feu. si tamen feudū sit fęmineū, succedit fœmina, & hoc masculis non extantib. c. 1. de benef. fœm. si verò res nō est feudalis, tūc ſm Abb. si est dignitas, puta Regnū uel comitatus aut ducatus, uel quid simile, & ex communi consuetudine a iure probata succedit solus primogenitus masculus, & eo decedente sine filijs masculis venit ad secundogenitum, per tex. in c. licet. de uoto. cum ibi no. per gl. & Doct. masculis aūt non extantib. succedit fœmina, & hoc casu ſm eum debet intelligi Inno. ibi, & tex. in d. c. significauit. de rescri. vbi soror succedit in comitatu, si frater non extat, & sic Abb. in loco prædicto vult sine dubio, ꝙ do. Elisabeth in ꝑdictis non potuerit succedere patri vel matri extante fratre, etiam si nulla fuisset facta renunciatio, & videtur etiam de mēte sua esse, ꝙ nō succedat fratri decedēti sine filijs extante fratre patruele, sicut vult, ꝙ excluderetur ab alio suo fratre secundogenito, si extaret. Et vbi ita se haberet consuetudo. s. ꝙ mulier in prædictis non succedat extantib. ēt agnatis transuersalib. qua muis sint ulterioris gradus, sine dubio excluderetur a fratre patruele, quia sicut ꝑ statutum posset in successiōe præferri, & sororem a successione intestati fratris excludere, vt præsupponunt omnes, ī varijs locis. & probatur in leg. maximum vitium. C. de libe. prętari. & ibi per Doct. in l. venia. C. de in ius voc. cū multis concor. ita etiam istud potest introduci per consuetudinem, quia † statutum & consuetudo non differunt penes causam efficientē. ſm Bal. in l. 1. in 2. col. C. quæ sit lon. cōsue. & no. Bar. in l. de quib. de legib. ver. quæro nunquid de esse consuetudinis, &c. & Alec. consi. 52. in 2. col. 5. vol. & sufficit cōsuetudo generalis prouinciæ. c. cū ecclesia Vulterana. de electionib. & ibi per Doct. Et ubi etiam de tali consuetudine non appareret, ius commune locum haberet, ſm qđ fœmina, ut dixi, non admittitur ad dignitates habentes administrationem, ſm Bart. in d. l. 2. de regiu. & in d. l. j. C. de mul. & in quo loco, & alios in locis præalle. Nec ob. ꝙ in renunciatione facta per do. Elisabeth, ipsa sibi reser-

reseruauerit regressum ad bona paterna, & materna, casu quo frater ipsius, & eius filij masculi decesserint sine liberis masculis, per illa verba videlicet, ex tunc d. renunciatio. d. Elisabet, ne quaquam obesse debeat quoad paternam, & maternam hæreditatem. Quia ex huiusmodi reseruatione † nullum ius de nouo tributitur, si prius non competebat ꝯm Iac. But. & Ang. in l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. anno. vbi dicunt, ꝙ per illa verba in suo robore durare, de quib. in tex. nullum de nouo addit robur, sed illud, qđ ante erat in suo statu durat, & per hoc allegat etiam Ang. tex. vbi dicit esse casum in l. scripturas. C. qui potio. in pig. habeã. & in auth. quas actiones. in fi. C. de sacrosan. eccl. qđ est multum utile ꝯm eum pro statutis, & pro contractibus refutationib. & quittationib. idẽ saluat sibi aliqua iura, quæ vult sibi in suo robore permanere. Nã talis roboris concessio, & iuris reseruatio non tribuit ius de nouo, ꝙ tene menti, dicit ipse, & idem vult Bal. & Ang. in l. fi. C. de temp. appella. vbi dñt, ꝙ per illa verba, cæteris statutis in suo robore duraturis, non datur nouum robur, nec aliqđ ius de nouo acquiritur. Idẽ ergo & in casu isto, vt. s. quãuis dictũ sit, ꝙ non possit habere regressum ad bona paterna & materna, nisi in defectũ masculorum, ꝙ ex tunc renunciatio nequaquã obesse debeat, &c. per hoc tamen ius aliquod de nouo nõ dicatur quæsitum, si prius non competebat, & ubi competijsset, intelligeretur conseruatum. Et ideo cũ ius succedendi in dictis bonis, de iure competere non potuisset. d. Elisabeth, etiam si non renũciasset, vt dictũ est, ex tali reseruatione & protestatione non est aliquod ius q̃situm de nouo, quinimmo omne ius suũ amisit, si qđ sibi cõpetebat ex tali renunciatione iurata. cap. quamuis. de pactis. in 6. Nec ex dicta reseruatione põt reuiuiscere deficientib. etiã masculis ꝑdictis, quia frater dictæ dñæ semel fuit hæres in solidũ propter eius renunciationem & repudiationem, & qui facto hominis non potuit desinere hæres esse l. ei qui soluendo. de hæredibus instituendis & ibi no. Ang. Imo. & Doc. in l. in substitutiõe. de vulg. & pup. ideo protestatio & reseruatio do. Elisabeth quoad hoc nihil potuit operari, quia non iuuat protestatio quoad ea, quæ non pendent a potestate protestantis, sed a dispositione legis. l. alimenta. C. de neg. gest. & no. & Bart. in l. 1. C. de litis contest. & in l. non solũ. §. morte. de ope. no. nun. in fin. 1. q. prin. & Doc. in c. cũ M. de constitutionib. Nec ob. ꝙ ille contractus habeat uim legis, tanquã factus ab eo, qui habebat ꝑtãtẽ legis condendæ. d. l. pen. ff. de dona. inter vir. & vxor. quia † contractus ita demum hẽt vim legis, qñ fit a supremo principe, vel qñ ab alio, qui de facto non recognoscit superiorem, secus aũt quando celebratur ab inferiore, nisi expresse appareat, ꝙ velit contractum haberi pro lege, secundum Alex. in d. l. ciuitas. si certum petatur, in vlt. col. & sicut ẽt uidemus, ꝙ licet sñia, uel epistola principis habeat uim legis. l. 1. de consti. princ. & l. fi. C. de legi. secus est tamen in sententia vel epistola inferioris, ꝯm Ang. & Ale. in l. 1. in prin. de fer. quia ergo do. Elisabeth semel fuit exclusa ab hæreditate patris & matris perpetuo remanet exclusa, non obstante dicta reseruatione, & sicut exclusa remaneret masculis etiam deficientibus, si reseruatio facta non fuisset, secundũ Bal. in c. 1. §. cum autem. in tit. episco. uel abba. & in authen. sed & si quis. & leg. quibus. C. de secundis nuptijs. nam (ut dixi) quia non pendet a potestate contrahentium, ꝙ semel exclusus ab hæreditate alteri quanta ad illam in futurum possit admitti, nihil protestatio potest operari. Nec etiam ex pacto potuit adhuc uiuens facere, quod reuertatur hæreditas in dictum casum ad filiam iure fideicommissi, vel alio modo. l. hæreditas. cum ibi no t. in glo. C. de pac. conuen. Ex alio etiam dicitur, ꝙ do. Elisabeth est exclusa a bonis, de quibus agitur, hoc est vigore confraternitatis erectæ & initę inter dictos principes Hasiæ, & Saxoniæ, in qua actum est & conuentum, ꝙ deficientibus omnibus masculis ex una parte, bona oĩa eiusdẽ iure hæreditario pertineant ad aliã partem perinde, ac si ad illam iure legitimo, & naturali hæreditas deuolueretur: Et † quæ conuentio fuit valida, quoniam uim legis obtinet, cum facta sit inter principes habentes merum & mistum imperium. per no. per Bar. in l. pen. C. de donatio. inter vir. & uxo. & in dict. leg. ciuitas. si certum pet. & in l. Cesar. de publica. & sicut per legem, vel statutum potest hæreditas deferri, & fæmina excludi. leg. maximum uitium. C. de liberis præteritis, & superius dixi, ita etiam potuit fieri mediante confraternitate prædicta, & istud etiã in terminis uoluit Ba. in consi. 72. incipiente. Ex facto proponitur, &c. vbi concludit ꝙ valuit cõuentio facta inter nobiles & dominos, ꝙ nulla mulier illis succedat ab intestato, vel ex testamento in terris & castris, sed ꝙ pertineant ad masculos tantum, præsertum ea rõne in proposito, quia hmõi conuentio habuit vim legis, ex quo dicti nobiles habebant merum & mistum Imperium & potestatem legis condendæ. Et ideo potuerunt excludi fœminæ ex dicta conuentione, sicut ex qualibet alia lege. & quamuis Bar. dicat, ꝙ in illa conuentione non fuerit expressum, ꝙ hr̃et uim legis, tñ in casu nostro satis est expressum ꝑp iuramentũ habẽs in se clausulam, ꝙ actus ualeat omni meliori mõ l. cũ pater. §. filius matrem. de legatis 2. & no. Bart. & alii in l. 1. §. si quis ita. de uer. ob. cum concor. de quib. ibi hr̃. Ergo perinde ac si dictũ fuisset, ꝙ vim legis haberet, quia iste est melior modus. Et ideo quamuis isti principes recognoscant superiorem, ex quo tamẽ uoluerunt, quod confraternitas & pacta, de quibus in ea, habeant uim legis, ualent pro lege, cum possint legem concedere, iuxta not. per Bar. & Doct. in l. 1. in princ. ff. quod quisque iur. Nec isto casu aliter dictũ est supra de istis inferioribus, sed ꝙ eorum contractus non habentur pro lege, si non sit expressum, vel non habeatur pro expresso, prout in renunciatione dñæ Elisabeth: quia quamuis ipsa iurauerit, tamen pater eius, cui renunciatum fuit, & qui legem condere poterat, nõ iurauit, nec aliter expressit, ꝙ haberet uim legis. Præterea dicta cõfraternitas fuit per principem cõfirmata, & q̃ ꝯfirmatio ad minus uicem legis obtinet. d. l. 1. de cõstitutio. princ. & a quo confirmante denominaretur, vbi confraternitas aliter ualere non posset, per no. per. Bar. & Doct. in l. quia. de iurisd. omnium iudi. & in c. 1. de confirma. vti. vel inuti. Et per ꝯñs diceretur facta & erecta per principem, qui hoc facere potuit, & rõnabiliter quidem tactum fuit, secundum Bar. in d. consi. versi. quarto probatur, &c. Nam ꝯm eum certum est, ꝙ istæ dignitates non hñr licitæ, nisi a principe. l. 1. §. 1. ad legem Iuliam de amb. & in auth. vt iudic. sine quo quo suffragio. §. 1. Et † ideo de iure in his dignitatibus non est successor, & mortuo patre non succedit filius, si de nouo ei non concederetur, licet obseruetur consuetudine. c. 1. in fi. de aliena. feu. & c. 1. in pri. de feud. marchiæ Et sic ꝙ in dignitatibus non sit successio, est rationabile, licet ex vsurpatione fiat contrarium. Si igitur per pactum vel legem fiat, ꝙ non sit successio, indistincte non potest dici fieri contra bonos mores, vel contra rationabilem consuetudinem, maxime si filiæ fœminæ non succedant in talibus iurisdictionibus cum ipsæ de iure non sint capaces. l. cum prætor, de iud. l. fœminæ. de reg. iuris. & l. fi. C. de arbitris. ꝯm Bar. qui ita determinat in dicto consilio. Nec in casu nostro dicitur contra bonos mores ablata testamenti factio, quia unicuique reseruata fuit facultas testandi pro ducatis duodecim millibus, de quibus poterit testari, per no. ꝑ Bar. & Doct. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. oblig. & in l. fi. C. de pactis. vbi traditur, ꝙ donatio præsentium & futurorum non ualet, quia testamẽti factionem aufert, ualebit tamen, si donator certam rem vel summã sibi reseruauit, de qua testari posit. Nec obst. ꝙ fraternitas sit contracta inter principes Hasiæ & principes Saxoniæ, & sic inter vnam agnationem & alteram & non inter illos de vna agnatione & progenie, puta inter principes Hasiæ, & sic ꝙ fœminæ non excluduntur a masculis dictæ agnationis, sed solum casu, quo omnes deficiant masculi, possunt excludi principes Saxoniæ. Quia immo fœminæ per eandem confraternitatem excluduntur per masculos etiam eiusdem agnationis quod probatur duobus modis. Et primo nam actum est, ꝙ vltimo masculo vnius agnationis decedenti sine filiis masculis, succedunt superstites alterius agnationis in omnibus terris, castris, principatibus existentibus in dicta agnatione tempore confraternitatis contractæ, & quærendis in futurum, ut patet ex illis uerbis, vniendo nos inuicem tenore harum literarum cum omnibus archiepiscopatibus territoriis utrinque & omnibus pertinentiis suis quæsitis vel quærendis, ut si contingeret aliquam dictarum partium, uel hæredes earundem post nos sine hr̃dibus masculis mori, tunc partis vacantis hæred. principatus, &c. Et ad alteram partem superuiuentem deuoluerẽtur iure quodam hæreditario, ac si legitimi loco & naturalis hæredis essent semper ibi permansura. Interim dum aliquis hæres masculus di-

dictarum partium vixerit, altera pars hac hrditate vti non poterit, sed talem in quiete & sine turbatione in suis bonis, populis, terris, &c. pacifice possidere permittat, &c. Et sic, vt dictum est, constat ꝙ deficiente in totum agnatione masculina alterius partis, ꝙ omnes principatus cum aliis, de quib. supra, tam quæsitis quam quærendis pertinere debent ad aliam partem. Item etiam apparet, maxime ex vltimis uerbis proxime relatis, ꝙ donec extat aliquis, vel vnus masculus tantum ex una agnatione, ꝙ ad alteram partem de dictis bonis nihil potest pertinere, qđ alio respectu & ex alia cã non est factum, nisi quia uoluerunt partes bona cuiuslibet agnationis prius conseruari in propria agnatione masculina. Qua ratione attenta sequitur, ꝙ intentio dictarum partium fuit, ꝙ masculi de eadem agnatione succedant adinuicem. Et ꝙ demum post mortem ultimi bona perueniant ad aliam agnationem extraneam, sicut videmus, ꝙ substitutio pupillaris facta post mortem ultimi bona perueniant ad aliam agnationem extraneam, sicut uidemus, ꝙ substitutio pupillaris facta post mortẽ plurium censetur facta ab ultimo, quia præsumitur testator uoluisse inter illos ius legitimarum successionum conseruari. l. qui duos. de uulg. & pup. & ibi no. omnes, & l. penul. & ibi ꝑ omnes. C. de impuberũ & aliis substitutioni. Et quamuis isto casu ex qualitate personarum, quibus sit facta substitutio, id est, quia filii, & impuberes, qui testari non possunt, præsumantur testatorem ab ultimo reliquisse, & inter filios ius legitimæ successionis cõseruare uoluisse, nihilo minus etiam in casu nostro non minus constat de mente dictarum partium ex aliis coniecturis, quoniam certum est, ꝙ solum post mortem omnium masculorum de una agnatione & non prius, uocantur extranei, & sic ex hoc apparet, ꝙ sunt uocati post mortem vltimi masculi in omnibus principatibus: sicut post mortem ultimi censetur facta substitutio pupillaris, & hoc ut ẽt isto casu bona conseruentur inter masculos tantum eiusdem agnationis, sicut in illo, ꝑꝑ tamen diuersas rõnes, quoniam in pupillari (vt dixi) illud suadet qualitas personarum, quib. fuit facta substitutio. & in casu nostro istud suadet qualitas rerum, id est, principatuum, & dignitatum, q masculis magis quam fœminis conueniunt, ut dictum est in præcedentib. Et ꝑꝑ quam qualitatem rerũ voluerũt partes fœminas unius agnationis excludi per masculos eiusdem agnationis magis dilectos in eisdem bonis, arg. l. Publius. §. fi. de condi. & demon. & l. si viua matre. C. de bonis maternis, & dicetur paulo post latius. Secundo prædicta conclusio confirmatur. Et prius ꝑmittitur, ꝙ quamuis filij in cõdõne positi non intelligantur vocati regulariter, ₰m gl. communiter approbatam in l. Lucius. ff. de hæred. instituen. Si tamen de mente disponentis apparet ex coniecturis, ꝙ voluerit eos vocari, dicuntur vocati, vt vult & declarat Socinus in repetitio. l. cum auus in fi. de cond. & demon. Nec mirum, quia uerba conditionalia ex tacita mente disponunt. l. denique. §. interdũ. de pecul. leg. & l. Proculo. ĩ principe vsuf. & l. penul. de collatio. bonorum. & per Bar. in l. ex hac scriptura. de do. ver. sed ꝯtra prędicta, &c. Vnde in casu nostro hæredes masculi vnius partis & agnationis, qui sunt in condi-

14 tione positi, ut patet ibi, sine hæredib. masculis mori, &c. † censentur uocati, & in dispositione positi ex tacita mente contrahentium, de qua aperte constat, quia si uoluerũt per masculos extraneos & diuersæ agnationis, verisimile est, ꝙ multo magis voluerint eas excludi per masculos proximiores, & quib. magis de iure debetur successio, & qui ꝓferuntur extraneis & masculis alterius agnationis tam de iure communi, quam partium conuentione, & ex ipsa confraternitate. Namq; absurdũ esset, ꝙ remotior masculus fœminas proximiores excluderet, & qui non excluderentur a masculis proximioribus. d. l. Publius. §. fi. & d. l. si viua matre. & ideo ne tale absurdum sequatur, verba cõditionalia isto casu disponunt, quamuis regulariter dispositionem non inducant. l. si quis sub conditione. si quis omis. cau. te

15 stamen. sicut etiam pro dicto † absurdo euitando aliàs a ꝓpria uerborum significatione receditur, & uerba quandoq. restringuntur, & extenduntur contra naturam eorum propriam, vt probatur ex notatis per Bar. in l. Gallus. §. ẽt si parente, de liberis & posthumis. cum quo transeunt alij communiter. & probatur ex notatis per gl. ₰m ꝙ illam saluat Bar. subtiliter in l. mater. §. 1. de uulg. & pup. & prout etiam dictam ratiõẽ & absurdum prædictum considerat Pau. de Cast. in consi. 79. inci. Casus iste frequenter contingit, &c. & Raph. & Pau. de Cast. in l. 1. C. de condi. inser. & quia pro illo euitando recedunt a propria uerbi significatione. Et idem etiam ponderatur, & propter illud verba restringuntur per Alex. in l. sed si hac. §. liberos. de in ius uocando, qui etiam vult, ꝙ pro illo absurdo euitando hẽat locum extensio, & sic ex oĩb. ꝑmissis clare colligitur, ꝙ masculi tam eiusdem quam alterius agnationis ex intentione partiũ excludunt fœminas a dictis principatib. & iurisdictionibus & q tacita mens habetur pro expressa. l. cum quid. si cer. peta. & l. triticum. de verb. ob. Solum igiṫ restat respondere ad allegata in contrarium. & ad quæ ex præmissis potest colligi responsum. Et primo non obstat dum dṙ, ꝙ do. Elisabeth non excluditur ex renunciatione eius facta bonis paternis & maternis, quia ius sibi reseruauit in defectum masculorũ, qm̃, vt dictum est. in hm̃oi bonis feudalibus & non feudalibus habentib. annexam dignitatem & administrationem non succedit fœmina de iure communi, ẽt si nõ renunciasset, per not. ꝑ Bar. in le. 2. de reg. iur. & in l. 1. C. de mulierib. & in quo loco, &c. cum aliis concordan. de quib. supra. & est communis opi. quicquid dicat Abb. in d. c. significauit. de resc. qui de ꝑdictis non facit mentionem. Nec ẽt contrarium vult Hostien. & Inno. in c. dilecti. de arb. quia licet ꝓsupponãt, ꝙ in regno possit mulier succedere, nõ tamẽ dicunt, ꝙ iure succedat, & sic non ꝓsupponunt, ꝙ admittatur de iure communi, sed pòt ĩtelligi, ꝙ possit admitti ex priuilegio, vel cõsuetudine, ut dicit Bart. & alij in locis prædictis. Et ideo talis reseruatio & protestatio nullũ tribuit ius de nouo. l. omnes. & ibi ꝑ Ang. C. de præscr. 30. uel. 40. anno. & ꝑ Bal. & Ang. in l. fi. C. de temp. appella. Præterea, ubi etiam de iure cõi habuisset ius succedendi, excludi potuit ꝑ renunciationem, & fuit exclusa. c. quamuis. de pact. in 6. nec reseruatio aut protestatio iuuat, q̃a est circa id, qđ a ꝑtãte partium protestantium nõ dependet. l. alimenta. C. de neg. gest. & ꝑ no. ꝑ Bar. in l. 1. C. de lit. cõtest. & in l. non solum. §. morte. de ope. no. nũ. & dictum est latius supra. & ex ibi dictis apparet ẽt, ꝙ non habet vim legis. Nec ob. etiam dũ dicebaṫ, ꝙ nõ excluditur. D. Elisabeth a successione fratris, in qua reperiuntur ẽt patris bona & matris, per no. ꝑ Ang. in consi. 52. & ꝑ Mod. in l. j. §. veteres. đ acqui. pos. quia immo ẽt a successione fratris ex ipsa confraternitate est exclusa extantibus masculis de eadem agnatione, ut probatum est per rationes supra vltimo loco adductas. Et ex hoc ad aliud rñdetur. s. dum dicebatur, ꝙ fraternitas non erat contracta inter masculos unius & eiusdem agnationis, quia ex eisdem rõnib. probaṫ, ꝙ masculi de eadem agnatione excludũt fœminas, & ꝙ ratione absurditatis euitandæ extendiṫ dispositio legis & hoĩs, ₰m Alex. ĩ d. le. sed si hac. §. liberos. de ĩ ius voc. Non ob. insuper, dũ dicebatur, ꝙ fraternitas non valet, ꝑ l. licet. C. de pactis. & per l. hereditas. C. de pactis conuen. q̃a illud posset habere locum, qñ facta & inita fuisset pacto priuatorũ, sed in casu nr̃o hẽt vim legis, quia contracta fuit inter principes habentes ꝑtãtẽ legis condendæ, & qui videnṫ voluisse, ꝙ hẽat vim legis propter iuramentum, qđ in se hẽt clausulam, ut actus valeat omni meliori modo. l. cum pater. §. filius, de leg. 2. & vbi non valeret dicta cõfraternitas, ꝑ confirmationem tñ principis ꝗualidatur, & quæ non dicitur auferre testamenti factionem, vt etiã in ꝓcedentib. tactũ est & ꝓbatum. Non ob. dũ fuit dictum, ꝙ frater patruelis. d. d. Elisabeth excludit duces Saxoniæ ad cõmodũ dictæ dominæ, & ꝙ illi remouet obstaculũ, per l. 2. §. si sit agnatus. ad Tertullianum, & per alia in cõtrariũ allegata. Quia illud posset procedere, si illa nõ excluderetur a fratre patruele, prout de iure communi non excluditur, sed ei ꝓfertur, sed quia ab illo excluditur & ille præfertur, cum virtute renunciationis factæ ꝑ dictam dñam: tũ etiam confraternitatem a superiore cõfimatam, q vicem legis obtinet. Ideo dictus frater patruelis non tñ excludit duces Saxoniæ, sed dictam. d. Elisabeth, & solus succedit. Et ex ꝑmissis infertur, ꝙ iniuste titulus comitatus, de quo contenditur ab alio, puta a filio. dom. Elisabeth vsurpatur, quia ad illum non pertinet, sed ad illustrissimum dñm ducẽ, vt ex præmissis colligitur. Et ideo qui utitur

16 titulo † comitatus, cum non sit comes, falsum committit, & de falso teneṫ. l. eos. §. fi. de falsis. per quem tex. dicit Bar. ibi, qđ ille, qui Doctorem se appellat, cum non sit, de falso puniri pòt, & dicit etiam in tractatu, de insig. & armis. circa principium, qđ quis non pòt portare insignia alteri competentia ratione digni-

dignitatis,& si portaret,incurreret crimen falsi,per d.l.eos.§.fin. subdens quod ille,qui portat insignia Doctoratus,cum non sit Doctor,tenetur illa pœna,vel saltem debet puniri iudicis arbitrio, per no.per Bal.in l.sub prętextu.C.de sacrosan.eccle.qui vult,quod ille,qui facit se clericum,cum non sit,punitur pro nutu iudicis,per l.si quis.C.de aqueduc.li.11.& si etiam celebraret vt clericus, puniretur de falso,per d.l.eos.§.fi. & quia ille non solum nominat se comitem,sed scribendo literas gerit se pro comite, & dicto domino duci scribendo detrahit titulum,quia illum comitem non appellat,satis dici potest, quod ex hoc in falsum incidat, & ita etiam tenet Abb. in c.1.de cle.non ord.mini.& in c.dilecte.de exces.prla. & bene facit tex.in l.3.ad legem Iul.maiest.quam Bar.legit cum præcedenti.& ex qua notat, quod ecclesia Romana condemnans omnes istos, qui dicunt se reges Siciliæ,cum non habeant regnum licite,incidunt in crimen læsæ maiestatis,& iudicis officio,quod est imploratum per dominum du-

17 cem † debet compelli ad dimittendum dictum titulum.l.1.C.de his qui pot.nomi.& in auth.de mandatis principum.§.pen.& per Bar. in dicto tractatu,post prin.vbi per iura prædicta concludit,quod si quis defert arma vel insignia alterius, ille officio iudicis potest prohiberi ad petitionem illius,qui læditur,& cuius interest,& etiam secundum eum iudex ex officio poterit illum prohibere,si uiderit ex hoc scandalum esse posse,& ad dissensionem subditorum, per leg. 1.§. sed qui. C. de lati. libe. tollen. & maxime ex officio prohibendus est, si honor implorantis officium aliquo modo læditur,prout in casu nostro contingit.l. minimæ.C.de episc.audien.& l.iudęos.C.de iudæis.& facit tex.in d.c.dilecti. & ibi etiam Abb. qui transit cum Bar.in dicto tractatu. Et quod dicitur per prædictos de insignibus & armis,locum etiam habet in eo, qui vtitur,quia vtroq. casu est eadem ratio,& arguunt etiam prædicti de impositione nominis ad illum,qui utitur dictis insignibus.Et tanto magis locum habent prædicta, quando quis usurpauit dictum titulum lite pendente,vt est casus in l.1.C.vt nemo priua.ubi prohibetur quis pendente lite signa apponere rebus, quæ ab alio tenentur,& si apponat,possunt amoueri, nedum per iudicem,sed etiam propria authoritate, & non tantum procedit hoc,quando res,de qua litigatur,est in domino alterius,sed etiam si solum possideatur, vt ibi,& ille talis secundum glo.in rub.illius titu.debet puniri pro nutu iudicis, si post litem contestatam hoc fecit, si autem illud factum esset ante litem contestatam,tunc haberet locum pœna præcedentis tituli, secundum gl.Idem est per omnia in casu nostro, in quo aduersarius vsurpauit sibi titulum comitatus spectantis ad dominum ducem,nedum ratione dominij,sed etiam possessionis, & qui est in possessione, & ideo per officium iudicis debet prohiberi ab attentatis, & pro nutu iudicis puniri,& ita concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Licentia extrahendi frumentum intelligitur de actuali, et sine solutione gabellæ.*

2 *Verbum plena, & uerbum libera, quid importent, & multum operantur.4.5.*

3 *Priuilegium contra ius commune, quod solum præiudicat concedenti, dicitur beneficium, & largè interpretatur, aliàs secus.*

6 *Verba debent interpretari, ne sint superflua etiam in priuilegijs & rescriptis.*

7 *Priuilegium debet interpretari, ut aliquid addat iuri communi.*

CONSILIVM C.

DVBIVM, quod proponitur,in hoc consistit in effectu, quod quis non habet in potentia facultatem extrahendi frumentum,nisi præcedat licentia,& eandem facultatem non habet in effectu,nisi soluat gabellam etiam duplicatam.Et propterea priuilegium concedens liberam licentiam & plenam facultatem extrahendi, tribuit potentiam solum extrahendi sed non concedit liberam extractionem actualem.Et per consequens non remittit solutionem gabellæ,vel saltem non remittit illam,quæ pro qualibet mercede venit soluenda,per not. per gl.& Doc.in l.si quando.in prin.C.de inof.testa.& per Doc. in le.fi.ff.de consti. princi.& tanto magis quia constat,pluries dictam gabellam fuisse solutam nomine magnificorum com.

1 de Calcagninis, & per alios mercatores habentes † licentiam ab eis extrahendi frumentum, quasi quod mediante tali solutione priuilegium assumpserit hanc interpretationem, vel quod per illam in hoc priuilegium sit amissum,per no.per Bart.in l.1. C.de his qui spon.mu.sub.li.12.vbi vult,quod exemptus a collectis & præstantiis,si semel soluit,nulla protestatione præmissa quod sibi præiudicat in futurum.Et bene facit,quod no.Ang. in l.1. §.si quis tutor,per illum tex.quando appel.sit,& Bar.in l.vsum aquæ. C.de aquæ duc.dicens,quod qui utitur priuilegio stricte,non potest postea eo uti large,& probatur ex no.per omnes in c.cum accessisset. de constitutionib.Sed præmissis non obstantib.proculdubio contrarium puto verius. Et quia quæstio uertitur coram peritissimo & integerrimo iudice, idcirco compendiosè agam & absque multiloquio,in priuilegio namque conceditur dictis com. quod liberam habeant licentiam & plenam facultatem,ut ipsi possint & valeant ad omne suum placitum extrahere & extrahi facere per se & alium seu alios quoscunque etiam mercatores, &c.In hac igitur parte absque dubio licentia extrahendi in potentia,etiam quod prius non competijsset,intelligitur concessa. Et paulo post sub eodem constructu verborum,& in eadem oratione subiiciuntur hæc verba.s. & quanticunque sint pro suo beneplacito conducere,& conduci facere,& finere ad ciuitatem Venetiarum,&c.Nam in hac parte copula inducit repetitionem verbi præcedentis,videlicet,possint & ualeant,sine qua repetitione esset oratio imperfecta & sine uerbo. Ideo intelligitur facta repetitio illius uerbi cum omnibus suis qualitatib.& sic concessa dicitur libera licentia,& plena facultas etiam conducendi & conduci faciendi,secundum Bar.in l.Seiæ.§.Caio.de fun.instru. & in l.in repetendis.de lega.3. Et eadem repetitio qualitatis locum habet,si omnia,quæ determinantur per uerbum illud possint & ualeant,sint posita in eadem oratione, quia qualitas adiecta vni rei per copulam,intelligitur repetita in alia re posita in eadem oratione,si vtrique potest vniformiter conuenire.d.§.Caio.& ibi per Bar.& per Are.in consi.1.Ex his ergo sequitur,quod non solum concessa est libera licentia & plena facultas extrahendi,sed etiam eadem facultas conducendi, & conduci faciendi. Et quæ libera licentia & plena facultas conducendi importat actualem extractionem de loco ad locum quod ex illis uerbis sequentib.demonstratur clare.s.ad ciuitatem Venetiarum,Rauennæ, & Ferrariæ &c. Et probatur ratione, quia alias ista facultas conducendi nihil operaretur, si in potentia restringeretur, quia in præcedentibus (vt dixi) fuerat prius concessa libera licentia, & facultas plena conducendi ad ciuitatem Venetiarum largiter de actual. conductione, & extractione intelligitur, ne dicta concessio superflua reddatur.l.si quando.in prin.de le.1. & c. si Papa,de priuile.in 6.& sic patet, quod duplex est concessio.s. extrahendi libera & plena,& pro hac nihil solui debet, sicut solui consueuit pro huiusmodi licentia, quæ solum tribuit potentiam est antequam ad actum ducatur,ac etiam conducendi de loco ad locum actualiter similiter libera & plena. Et pro qua eodem modo pro gabella nihil soluendum est,ex quo talis concessio tribuit liberam licentiam & plenam facultatem, quia vbi pro una vel altera concessione quicquam soluendum esset,licentia dici libera,& facultas plena non posset, put de uerbo illo plenam facultatem,probatur ex no.per Bal.in l.precibus.C.de impub.& aliis substi.in vlt.char.ver. procedo ulterius,& c. ubi dicit,quod

2 † verbum plenum,importat sine diminutione, & probatur ex aliis de quibus paulo inferius.Et de alio verbo,scilicet liberam facultatem probatur etiam in c.1.de regularibus in 6. cum ibi notatis per Io.Andr. & Dnic.& in c. de multa.de præb.& ibi no.Abb.in c.quæ in ecclesiarum.de consti.& ibi per Bal.& alios, cum concord.de quib. per Mod.in l.j.C.de sacros.eccl.& in cap.1. de offic. ord. Non enim de conductione de loco ad locum,& sic pro actuali extractione soluitur gabella publica ex una tantum, & alia pro potentia extrahendi impetrata, quoniam (vt dixi) statim concessa licentia soluitur,etiam antequam ad effectum producatur.Et ideo non obstant ea,quæ habentur in d.l.si quando.in prin.quia concessio fuit simplex & vna,vnde dispensatum intelligitur quo ad vnum obstaculum duntaxat.Sed in casu nostro nedum concedit potentia extrahendi,sed etiam libera & plena facultas conducendi de loco ad locum specialiter & expresse, propterea quo ad utrumque intelligitur dispensatum,& omnis solutio remissa. Secundo adhuc dico,quod si solum fuisset concessa plena facultas,& libera & licentia solum extrahendi,quod non tamen diceret concessa

ex-

extractio potentialiter,sed etiam actualiter,& quidem libere, & pleno iure, quia dicta libera & plena facultas & licentia extrahendi dēt intelligi cum effectu.l.3.§.fi.ff.quod quisq; iu. Et sic quantū ad potentiā & quantū ad actū, q̄a ista ꝯcessio & im munitas dr̄ beneficium,seu hēt effectum bn̄ficii, ex quo illam soli principi concedēti p̄iudicat.iō dēt late interpretari.l. fi. de consti.prin.&c.olim.de ver.sig.Nec ob.no.in d.l.si qn̄.in prin. C.de inoffi.test.quia ₰m Bar.& Doct.ille tex.cum gl.loquit̄ in priuilegio contra ius cōmune, in quo fit stricta interpretatio. c.1.& 2.de fil.presb.lib.6.& no.plene in d.l.fi.& quamuis etiam in casu nostro concessio istius immunitatis sit contra ius com

3 mune.C.de vectig.& commi.† Quia vero solum p̄iudicat con cedenti,dr̄ beneficium & in hoc ad instar beneficii regulatur, ut est casus in c.quia circa.de priuileg. vbi dr̄. ꝙ si ep̄s remittit alicui decimas ep̄ales,intelligitur de p̄sentib.& futuris.& glos. ibi oppo.& soluit,ꝙ istud est,quia agit̄ solum de p̄iudicio cōce dentis,& Abb.in 3.notab.dicit no.& tene menti, ꝙ priuilegiū concessum ꝯ̄ ius dēt contra concedentē largissime interpretari,& concordat ₰m eum.c. cum dilectus,de consuetu.qđ ergo dr̄,dicit ipse,ꝙ priuilegium concessum cōtra ius dēt stricte interpretari.ca.1.& 2.de filiis presb.lib.6.dēt intelligi & restringi: nisi priuilegium tm̄ p̄iudicet concedenti,quia tunc censet̄ bn̄ficiū principis,qđ dēt latissime interpretari.d.l.fi.& d.c.olim. & ibi etiam Io.And.& Ant.de But.dicunt,ꝙ priuilegium, qđ sapit bn̄ficium.est late interpretandum,sed in casu.d.l.si qn̄.nō fuit solennitas,quæ requiritur in testamentis,introducta in fauorem principis concedentis liberam testandi facultatem, sed in fauorem priuatorum,seu publicum,hoc est ꝑꝑ timorē falsi tatis.l.fi.C.de fideic.Iō illa ꝑ priuilegium principis non intelligitur remissa.& in his,vel similibus terminis intelligit̄.qđ not. Bal.& Ang.in d.l. fi.de consti.princ.& procedit argumentum Mod.de l.si non lex Aelia Sētia.cum ibi no.ꝑ Bal.de hæredi.insti.& Io.And.in c.1.de fil.præsby.in rescr.contra ius, ꝑ qđ nō intelligitur derogatum,vbi plura concurrunt obstantia, & sic omnia contraria ꝓcedūt in materia stricte interpretanda, sed in casu nr̄o,in quo agitur solum de præiudicio concedentis latissima facienda est interpretatio,& ipsemet Bar.in d.l.si qn̄.ꝓcedit in solutione ꝯ̄rij,ꝙ eo casu latissima interpretatio locum hēt,ꝙ oīa dicant̄ eē remissa.Et adhuc prædicta confirmant̄ ex no.Pet.de Anch.in consi.409.inci.Probata tanti viri,&c.vbi di

4 cit,ꝙ si dicatur,ꝙ condēnationes cācellent̄ libere,ꝙ † non solū dr̄ delictū remissū,sed ēt ꝯcessa restitutio bonorū, ēt in aliū trāslatorū immediate ex sn̄ia cōdēnatoria,quia ꝑ verbū libere ₰m eū,ꝙ nihil voluit reseruare,vt no.in cle.super cathedrā. de sepultur.Et sic isto casu gr̄a ꝯtra ius operat̄ circa duo.s.quo ad delictū,& quo ad bona ꝑꝑ verbū libere,q̄uis ī aliū trāslata esset,q̄a tn̄ hoc nō euenerat ex facto hoīs,puta ex contractu,sed immediate ex ipsa condemnatione de tali p̄iudicio tertii non curatur.l.siue libertus de ope.libe.& not.Doct.in l.Gallus. §. & quid si tm̄.de liberis & posth. Et idē comprobatur ex no.ꝑ d.And.Barba.in repeti.ca.testimonium.de testib.penult. char. ver.illustris.Marchio.Ferrariensis,&c.& in c.eam te.de rescr. col.10.ver.ego consului dicentem se consuluisse(fertur) & obtinuisse,quòd licet ista uerba, facimus tibi gratiam, importēt simplicem indulgentiam & remissionē pœnæ,secundum Salic.

5 contra Bart.in l.fin.ad finem.C.de senten.pa.tamen † fallit ubi princeps diceret,facimus tibi gratiam plenam,quia tunc recuperabit bona non alienata per fiscum, & ad hoc inducit verba Bald.in ti.de pace Constan.in uersi. in plenitudine gratię nostræ recepimus.Et sic etiam isto casu dicta gratia contra ius in præiudicium principis rescribentis operatur duo.Et p̄dicta bene confirmantur ex notatis per Bal.in c.1.§.iniuria. de pace iuramen.firman.& Bal.in l.non solum.§.1.de iniur. & Ro. in l. 2.ad Sylla.nia.ubi dicunt,ꝙ licet remissio iniuriarum facta in foro conscientiæ non operetur in foro contentioso, ₰m Ba.in d.l.non solum.§.1.& in l.si tibi §.1. de pactis. fallit tamen si q̄s dixisset facere plenam remissionem,& sequitur Ale.in l.si tibi. & dicit etiam Spe.in ti.de le.§.1.in vers. quid si degradatus,&c. ꝙ licet restitutio degradati, & priuati non trahatur ad beneficium,tn̄ fallit,qn̄ est plene restitutus,& cum eo trāsit Io.And. in c.quamuis.de rescr.in 6.& de his ēt ꝑ Mod. in c. inter quatuor,in fin.de maio.& obed.Pariter igitur in casu nostro uerbum plenam & liberam dēnt, quo ad oīa onera concernentia

extractionē in potentia & in actu operari,& sic debent dici remissa.Tertio istud etiā confirmatur.Nam licet per illud verbū libere,vel liberā facultatem, nō intelligeretur dispensatum,nisi circa vnū,per no.in d.l.si quando. Si tamen concedatur plena licentia, & libera facultas extrahendi sicut in casu nostro, & si de conductione nulla esset mentio facta,debet dici, ꝙ licentia extrahēdi absq. vlla solutione dicatur concessa per illud verbū liberam facultatē,ne hoc vltimū verbū reddatur superfluum.l. si qn̄,in prin.de leg.1.nam & in priuilegijs contra ius uerba de

6 bent ita interpretari,ꝙ † non remaneant superflua.secundum Imo.in c.causam.q̄,de rescri.& per Mod.plene.in c.1.in eo.tit. & dicit etiam Bal.in rub.de rescri.ꝙ in rescriptis nihil debet esse superfluum.Et pro hoc bene facit,qđ no.Bar. cum quo alij transeunt in l.centurio.de vulg.& pup.ver.quarto principaliter quæro,&c.vbi dicit,ꝙ si dicatur talē substituo & hæredem facio,qđ vltimum verbū directum stabit in sua propria significatione.Et verbū substituo, qđ est commune importabit fideicommissariam,ne sit superfluum.d.l. si quando. de leg. 1. Nec obst.ꝙ etiam in casu.l.si quando.in prin.C.de inoffi.testa.verbum libere,de quo in tex.sit superfluum,₰m Pau. de Cas.cum per illud non dicatur remissa solennitas iuris, quia sufficiebat simplex licentia testandi,q̄a immo plurimū operatur,qm̄ si data fuisset simplex licentia testandi per illā videretur concessa facultas testandi semel tantum,vel saltem dubitari poterat, utrū intelligeretur solū de primo actu testandi.l.boues.§.hoc sermone.de uer.sig.Iō per verbū libere,hoc tollitur & significat,qđ testari possit toties quoties voluerit,aliàs non diceretur testari posse libere.l.si quis in princ. testa.de leg.3. Quarto principaliter prædicta confirmantur.Nā isti comites de Calcagninis ex instrumento donationis ducis Borsij habebant potestatem extrahendi de terra,& territorio Fussignani frumentum & alia,quia concessit omnē iurisdictionem & p̄tātem,quam habebat.d.Dux in illo loco in forma amplissima,quam aliter nō refero.Et ex eadem p̄tāte poterant concedere licentiam extrahēdi alijs,& quicquid solui debebat occasione dictæ licentiæ, & gabellæ pertinebat ad dictos comites ex sp̄āli concessione de gabellis & omnib. alijs emolumentis facta.Et propterea si priuilegium postea concessum restringeretur ad licentiam extrahendi,& ad id,qđ pro ea solet solui,qđ iā cōcessum erat solum contineret,& de nouo nihil tribueret,ꝙ nō est dicendū,sed interpretatio illa sumi dēt, per quā aliquid de nouo operetur &

7 concedatur,quia sicut † priuilegium prima facie continens idē ꝙ ius cōmune debet ita intelligi,vt aliquid addat iuri communi,secundum Host.& omnes in d.c.1.de rescr.& per c.in his.de priuileg.& c.pastoralis.ī prin.de appel.& l.1.in fi.ad municip. & Bal.in auth.habita.in 3.col.C. ne filius pro pat.sic etiam dēt interpretari,vt aliquid addat primæ concessioni,de qua in dicto instrumento donationis.Et propterea dicendū est,ꝙ princeps in hoc priuilegio senserit de actuali extractione, & de eo qđ solui solet dicto casu pro gabella, quia licentia extrahendi prius fuerat concessa,& a dictis comitib.erat ab alijs petenda, & eis erat soluendū tam pro dicta licentia, quam pro gabella in dicto loco Fussignani.Extra igitur illū locum,& sic in terris dicti principis gabella per nouū priuilegium intelligitur remissa,quia de licentia extrahendi non poterat amplius tractari,q̄a de illis nō extrahebatur,sed ab initio extractum de castro Fussignani concedebatur per dicta loca ad ciuitatē Venetiarū vel alibi.Et per hoc responsio colligitur ad d.l.si qn̄, quia illo casu poterat de nouo operari circa defectū personæ, quæ non habebat testamēti factionem.Nec etiam ex eo, ꝙ mater & tutrix qn̄q. soluerit,per hoc filijs præiudicare potuit.l.pactum curatoris.C.de pactis.& l.qui fundum.§. si tutor. de vsucapio.pro emp.Et multo minus eis præiudicauit factū aliquorum mercatorum,qđ etiam alijs mercatoribus nullum attulit præiudiciū l.si vnus.§.ante oīa.ff.de pactis. Et ideo non somniauit consultor cameræ,qui bis consuluit in fauorem dictorum co.de Calcagninis,₰m cuius consilium fuit etiam bis iudicatum in fauorem eorum.De quibus sententijs,scilicet,an præiudicetur cameræ non est necesse tractare,quia in præmissis satis constat, ꝙ de nouo pro eis est iudicandum. Quibus etiam non nocet, ꝙ in alijs suis priuilegijs sit facta expressa liberatio a gabellis, &c.quia abundans cautela non nocet.l.testamentum.C.de testamen. & quia inducta ad augmentū non debent operari diminu-

minutionem.l.legata inutiliter.de legatis primo. Ex quib.cõcluditur, ꝙ dicti comites indebite vexantur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verba ultimo loco relata referuntur ad omnia quæ principaliter incidenter uel accessoriè aut aliter, quomodocunque in instrumento narrantur.*
3 *Dispositio legis & testatoris parificantur.*
2 *Ademptum sub conditione dicitur sub contraria conditione datum, & declaratur nu. 8.*
4 *Quomodo olim & nunc succedant maritus & filij in lucro dotali statuto uel per pactum delato, et an istud lucrum inter socios diuidatur, & an maritus ad secunda uota transiens socijs præiudicare ualeat. quod nu. 6. declaratur.*
5 *Lucrum marito defertur propter onera matrimonij.*
6 *Intellectus. l. si unquam de donationibus.*
7 *Ratio statuti uolentis filios primi matrimonij ad lucrum dotis cum marito secundo admitti.*
10 *Expensæ pro studio filiorum factæ per unum ex socijs omniũ bonorum, an societati an uero ei soli imputentur, quod nu. 11. declaratur, ubi multa satis pulchra & utilia cumulantur in materia hac.*
11 *An libri traditi filijs scholaribus sint præcipui, an uero diuidendi inter socios. quod nu. 12. soluitur.*
13 *Nunquid socius teneatur ad reddendum rationẽ administrationis, & libris inter eos ordinatis stari debeat, quod declaratur nume. 14.*
15 *Nunquid si unus ex socijs omnium bonorũ dotauerit filias suas alijs ignorantibus debeat dicta dos solui de communi. quod nume. 16. declaratur.*
16 *Illud quod unus ex socijs ex dote mulieris superlucratus est communicari debet.*
17 *Nunquid dotes uxorum duorum sociorum omnium bonorũ debeant deduci, quod nu. 18. soluitur.*

CONSILIVM CI.

sis, vt declarat Bar. in l. ita stipulatus, prælle. in vndecima opi. vltimæ partis. In casu nostro præstitum est interesse, siue ad illud agi poterat pp moram commissam in non soluenda sorte societatis iam contractæ, ad pœnam vero agitur, non ex eo, ꝙ non soluerit dictam pecuniam, vt promiserat, sed ex mora commissa de contrahendo societatem, vti erat conuentum. Circa 3 vero ẽm dubium videt prima fronte dicendũ, ꝙ † agi nõ possit ad interesse consistens in lucro cessante occasione lucri debiti rõne sortis, hoc est, ꝙ agi non possit ad interesse rõne lucri debiti ex sorte non soluti, quod si fuisset solutum, positum fuisset ad licitum quæstũ. Et primo, quia sicut non debent vsuræ vsurarum, etiam ẽm tempora, quo erant permissæ. l. placuit ff. de vsur. l. si non sortem. in prin. de cond. indeb. l. improbum. C. de his qui notan. infa. Item sicut vsurę non augent sortem, conuerti possunt, etiam ẽm iura antiqua & ex pacto. l. fi. C. de vsu. Ita uidetur, quòd non debeatur lucrum lucri, nec quòd lucrum conuerti debeat, uel possit in sortem, ut lucrum augeatur, & vt ex lucris capiant lucra. Secundo vero ꝙ in hoc d. Georgio obstet exceptio transactionis, quia etiam in dicta trãsactione videntur promissa nouẽ singulo anno pro quolibet centenario sortis pro omnibus lucris cessantib. & ꝓ oib. dãnis & interesse, &c. & sic istis de causis allegabat dictũ ser Petrum teneri & obligatum esse ad lucra cessantia, & ad damnum & interesse ipsius, &c. Si ergo dicta nouem tam pro lucris cessantibus quam pro damnis & interesse sunt promissa do. Georgio, ergo non vr̃, ꝙ ad lucra, seu ad aliquod interesse lucrorum agi possit, & tanto magis, quia uerba transactionis intelliguntur, vt comprehendantur accessoria. l. fi. §. fi. ff. de eo quod cer. loc. d. l. 2. in princ. si quis cautio. & l. si cum tibi no. C. de iudi. & no. Bar. in l. Aurelius. §. Caio. in fi. de lib. leg. Item extenduntur ad connexa, ẽm gl. no. in c. accusatus. in uers. iudicari. de hæred. in 6. & no. Ang. & Imo. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. obl. 4 & Alex. in l. si de certa. C. de transac. † Sed tamen p̃missis non ob. contrariam sententiam puto probabiliorem, quia qua rõne agi põt ad interesse, rõne lucri cessantis pp sortem non solutam, per no. in d. l. 3. §. fi. de eo qđ cer. lo. cum concor. supius in 1. dub. alleg. eadem rõne agetur, si debitor dicti lucri cessantis est in mora illud præstandi, ideo teneri debet ad interesse consistens in lucro cessante, occasione dicti lucri non soluti, & eo maxime, quia nedum constat eum dominũ Georgium esse solitum pecunias suas collocare ad licitum quæstum, sed etiam in specie, ꝙ talia lucra solitus est in sortem conuertere, & ex illis sortem augere, ut etiam ex illis lucrum capiat. Et etiã eo maxime, quia dictus Petrus fatetur, & pluries, ꝙ solitus est mercari, & mercando lucrari. Et præsertim ex dictis pecuniis debitis. d. Georgio. Et ideo in proposito bene facit, quod notat voluit Bal. in l. 1. in 11. q. C. pro socio. vbi dicit, pone, ꝙ deposui pecuniam penes campsorem sine aliquo pacto, & campsor cum dicta pecunia fuit lucratus, inde volens aliqua mihi compensare restituit mihi pecuniam cum 10. pro centenario, mõ q̃rit, vtrum ista sit vsura. Et finaliter concludit, ꝙ aut in specie fuit pecunia deposita, & tunc q̃a illicite vsus est tota pecunia, oẽ lucrũ inde proueniens dẽt mihi restitui, q̃a locupletior ex re mea factus est, alleg. l. qui sine vsuris. de neg. gest. Aut vsus est licite, quia deposueram ad numerum, & tunc si sciens se non teneri soluit, potero retinere cũ bona conscientia, quia animo donandi id fecisse vr̃, credens se teneri ex necessitate iuris, & similiter licite recipio, si a principio non habuit animũ fænerandi, quia obligatio antidoralis iustam parit retentionẽ per errorẽ soluti. l. si testem. §. 1. de fideius. secus uero vbi errasset in facto, ut ibi latius per eum. Quia post moram contractam per lapsum diei. l. optimã. C. de cõtrah. & cõmi. stip. l. traiecti. §. de illo. de act. & obl. quæ mora est delictum, ut per gl. in l. si filius. de interro act. & per Bal. in l. gerit. in illa. quæst. an ꝑ non factũ inducatur aditio, de acq. hær. dictus Petrus exercuit illicite pecunias domini Georgij vel dño Georgio debitas, ideo tenetur ad omne id, qđ peruenit ad eum ex dicta pecunia debita do. Georgio vel occasione illius pecuniæ debitæ, per not. per Bal. ubi supra. & quamuis loquatur Bal. de eo, qui exercuit pecuniã mihi datam uel occasione illius. l. si me & Titium, iuncta gloss. & ibi per Doct. & in l. si eum seruum. ff. si certũ pet. & ubi aliter transactum non fuisset, obligatus fuisset nedum ad lucrum cessans ratione sortis, sed ad omne id, & totum, qđ ipse lucratus fuisset. Nec huic conclusioni ob. qđ hr̃ in d. l. 2. §. fin. de eo qđ cer. lo. quia no. ibi procedunt, ubi ille, qui retinuit pecuniã, non esset lucratus vltra lucrum cessans ipsius creditoris. At loquimur vbi plus fuisset lucratus, quia ergo lucrum cessans debitum domino Georgio fuit per dictum Petrũ post moram illicite exercitũ, & traficatũ, dicendũ est, ꝙ quicquid ex illo lucro debito ꝑcepit. d. Petrus spectat ad. d. Georgiũ, vbi et nõ esset solitus mercari, per no. per Bal. vbi supra. ergo ex quo solitus est mercari, & nedum de sorte, sed etiam de lucris ipsis, longe fortius dicendũ est, ꝙ tenetur ad interesse consistens in lucro cessante, rõne dicti lucri non soluti. Superest autem allegatis in contrariũ respondere. Non obst. igitur, ꝙ vsuræ usurarũ non sint exigibiles, & quia vsuræ non augeant sortem, etiã illo iure, quo erant permissę, quia quamuis non essent usuræ prohibitæ, erant tamen odiosæ. Quia nedum sunt contra ius diuinum, sed etiam contra ius naturale, vt singulariter declarat Io. And. in regula, peccatũ. de reg. iur. in 6. dũ declarat, ꝙ vsurariꝰ cõtẽnit Deum audacius. Secundò contemnit naturã expssius. Tertio contemnit scripturas deterius. Quartò contemnit iura diutius, quæ singula membra latius ibi prosequitur. sed in proposito quoad ius ciuile digestorũ dicitur naturam expressius contemnere, quia non solum contemnit naturam in uno genere rerum, sed etiam in pluribus. Primo, ꝙ denarij superualeãt suo numero, & ponderabilia superualeant suæ mensuræ, quæ omnia transeunt contra naturam. Ideo bene dictũ est, ꝙ cõtẽnit naturam expressius. Accedit quia vsura dicitur rapina. 14. q. 4. si quis vsurarum. & usura dicitur exactio iniquissima. 48. dis. c. sicut hi. Et iõ quamuis ius ciuile permiserit vsuras (vt forte ne cessitatib. hominum esset subuentum) noluit tamẽ dictã concessionem, quam videbat, non dico contra ius diuinum, de quo Iurisconsulti notitiam non habuerũt, iuxta no. in l. Titia. §. fi. de aur. & arg. lega. sed esse contra ius naturale restringere, & ideo prohibuit vsuras vsurarum. & ꝙ vsuræ conuerterẽtur in sortem, sicut certum eis modũ imposuit. l. eos. C. de usur. ne homines ex toto spoliarentur, sed aliud est, ꝙ lucrorũ licite debitorũ petatur interesse consistens in lucro cessante, sicut in casu nostro, quę lucra & qđ interesse omni iure tam diuino quã naturali, & humano consistens in lucro est permisum, secũdũ Cyn. in auth. ad hæc, in 3. q. & Bal. ibi in 2. col. C. de usu. Cyn. & Bal. in l. 1. C. de sum. trin. Iõ de usuris ad casum nostrum nõ ꝑt argui. Ex quibus infero, ꝙ quamuis usuræ vsurarum non essẽt permissæ, ꝙ tamen si mora facta fuisset in dictis usuris decursis, propter quam creditor passus fuisset aliquod interesse, tã in damno, quam in loco consistens aliunde tamen originẽ trahens quam a causa vsuraria, tale interesse exigi potuisset tanq̃ interesse simpliciter, licet tanquam usura non, sicut videmus, ꝙ quamuis certis casibus fructus peti non possint tanquam fructus, tamẽ debent tanquam interesse, ut no. gl. Bar. & omnes ĩ l. si filius. §. 1. de uer. obl. & alijs locis, de quib. ibi per Alex. Sic ergo in casu nostro peti poterit lucrum cessans, & si non ad rõnem nouem pro centenario, quasi non sint nouem promissa, nisi respectu sortis, tamen poterit peti tanquã interesse simpliciter, qđ postea per iudicẽ æstimabitur. Nõ ob. dũ secundo dicebatur, obstare exceptionem transactionis, quia aut dicim us ꝙ promissa sunt nouẽ pro quolibet centenario sortis, & pro vero non impeditur d. Georgius agere ad interesse passum ex retentione lucrorũ, quia quamuis petitio sit generalis, si tamẽ transactio sit specialis, non fit extensio ad aliam rem. l. age cũ Geminiano. ẽm vnã lecturam. C. de trans. & per Doc. in l. si de certa. eo. tit. & in l. qui cum tutoribus. in prin. & plenius n otatur in §. fi. eiusdem l. ff. eodem tit. Nec etiam ob. ꝙ trahatur ad accessoria & connexa, per allegata in contrarium, quia illa ꝓcedunt, quando verba transactionis sunt generalia, quamuis petitio esset specialis. Preterea istud interesse, qđ debetur pp lucra ante moram non soluta, petitur principaliter, & non accessorie. Secundo respondetur, ꝙ ex verbis generalibus transactionis apparet, ꝙ etiam hoc interesse, ꝙ causatur ex lucris sortis ante moram non solutis, est permissum dum in instrumento dicitur ibi, dare & reddere pro omni & tota denariorũ quãtitate, de qua apparet, apparebit, seu apparuerit debitor dom. Georgij, &c. quæ verba ex sui significatione comprehendunt nedum sortem, sed lucrũ cessans ipsius sortis, qđ non erat minus debitum q̃ ipsa sors. Et ideo cum non possit ab illis verbis

salua

salua ratione recti sermonis discedi, standum est eorum gnalitati, per no. in d. l. si de certa. ex qua infertur, ꝙ non pro quolibet centenario omnis pecuniæ debitæ, & sic tam sortis q̃ lucrorum ipsius fuerunt promissa, qua stante promissione non est dubium, ꝙ tale interesse causatum prætextu dictorum lucrorum solui debeat, et si eius exactio saperet vsurā ꝑ iurm, iux. tex. in c. debitores. de iureiuran. ergo ad dictam solutionem cō pelli debet, ex quo licita est exactio. ut patet ex pdictis, vel vbi essemus in casu dubio, ex quo consuleretur Petr. per repetitionem quandocunque constiterit, ꝙ istud sit vsura. d. c. debitores ergo verba transactionis restringantur ad sortem debitam tantum, siue intelligatur facta promissio pro sorte & lucris eius, patet ex pdictis, transactionē non obstare. Et ita in vtroq; casu concludo, sicuti ex iam dictis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *An filiæ fratrum in communione vniuersali degentium sint de communi dotandæ. quod nu. 2. soluitur.*

3 *An dato, quod filiæ fratrum sint de communi dotandæ, & frater unicam filiam duntaxat habens, possit tantum de communi huic filiæ unicæ dotem dare, quantum alij habentes plures filias. quod nu. 4. subtiliter soluitur & declaratur.*

CONSILIVM CIIII.

RETENTO ꝙ isti fratres dicātur socij omnium bonorum, de quo ad præsens non sit dubium, de qua tā materia per Bar. in l. Titium & Mæuium. §. altero. de adminis. tu. & in l. si patruus, vbi ēt ꝑ Bal. no. C. com. utriusque iu. & in l. cum duobus. §. si inter fratres. ff. pro soc. & in aliis infinitis locis, quæ referre non expedit, super hoc. n. extant consilia oīum fere existentiū Doc. & in terminis nostris tanto magis hoc est expeditum, q̃a audio ꝙ isti fratres cum essent sex, peruenerunt ad diuisionem qua secuta; & ꝑte sua cuilibet assignata, ex istis tres (inter quos ad præsens est contentio) portiones eis assignatas vltro, quas singuli habebant, ad inuicem communicauerunt, & simul atq; communiter vixerunt, omnes fructus communicando & oīa lucra & damna vndecunq; obuenientia communiter agnouerunt, vnde manifeste vr̄ liquere, ꝙ isti fratres sint socii omniū bonorum, ex quo in terminis nostris cessat vnum qđ in locis præallegatis dubium faciebat, in quibus disputatur, utrum ex retentione bonorum paternorum in communione ꝑ fratres dicatur societas dicatur societas contracta, quo casu illa cōmunio ex accidenti, non autem ex conuentione expresse vel tacite non apparente non prouenit. At in casu nostro ex conuentione & ex proposito ista bona fuerunt communia, ex quo diuisione secuta ad communionem deuenerunt omnium bonorū & licet per glo. dicatur in l. 4. in princ. ff. pro soc. ꝙ re sola non contrahitur societas, tamen de consensu constat etiam, & si nō verbis, saltem factis, qđ sufficit. l. de quib. ff. de leg. c. ex ore. de his quæ fiunt a maio. parte. c. & maxime cum isti actus vna cū sequentib. non possint fieri citra ius & nomen societatis omnium bonorum. ar. l. pro hærede. §. Papinianus, de acq. hær. vn̄ ut refert Bar. in locis præalleg. ad propositum dicebat Old. ꝙ insimul habitatio, & lucrorum hincinde in commune collatio & eius, quod alter superlucratur, inuicem non reddita rō, faciunt præsumi societatem omnium bonorum. ff. de prob. l. Procula. de don. inter vir. & vx. l. si seruus cōis. & l. q̄ dotis. sol. mat. His igitur sic retentis de duobus principaliter dubitari contingit, primo, vtrum filiæ istorum fratrum de communi sint dotādæ, an uero quilibet teneatur suas dotare. scđo dato ꝙ veniāt de communi dotandæ nunquid alter istorum hn̄s unicam filiā possit & debeat plus de communi huic filiæ vnicæ in dotem dare, quam possint alij suis hn̄tes plures filias. Circa primum uidetur prima animaduersione dicendum, ꝙ quilibet † suas teneatur dotare. Primo, quia omne æs alienum, quod manente societate contractum est, solui debet, de communi dummodo occasione societatis. sit contractum. l. omne æs alienum. & l. iure societatis. ff. ꝓ soc. facit l. cum duobus. §. si quis ex sociis. eo. ti. sed debitum dotis non est debitum societatis occasione contractum, sed spāli obligatione patris. l. fin. C. de dot. promis. l. q̄ liberos de ritu nup. ergo ex communi solui non debet. Secūdo quia nemo ex sociis plus parte sua alienare potest. l. nemo ex sociis. ff. pro socio. ergo socius pro filia de proprio tantū, non de communi dotē soluere debet, aliàs alienaret plus parte sua. Tertio, quia onus dotandi cohæret personæ patris, & eius personam afficit, d. l. fin. & leg. obligamur. §. lege. de act. & oblig. & quę cohærent personæ ad alium non transeunt. cap. fin. de de offic. deleg. cap. is cui. eod. tit. lib. 6. & cap. mandata. de præsumpt. Quarto, de hoc uidetur casus in leg. si socius pro filia. multipliciter inducendo. ff. pro soc. quæ secundum gl. j. ibi loquitur in sociis omnium bonorum. In ea. n. dicitur, ꝙ dos ex pacto de communi debet solui, ergo si non esset pactū de pe[...]tione patris tantum esse soluenda, alias frustra illa lex c[...]deraret, ꝙ pactum fuerit interpositum. secundo indu[...] Nam responsio Iurisconsulti, quæ est sub conditione, i[...] rationem sui dicti: qm̄ exponitur, si pro quia. l. Lucius. [...] de admi. tut. l. fideiussor. §. fi. de pig. quæ ratio dr̄ ipsa le[...] qua cessante ipsa lex cessat. c. cū cessāte. de appel. cum sim. [...] ex quo in l. si socius pro filia. rn̄sio Pauli Iurisconsulti fui[...] ditione: dum dicit, sed si forte conuenisset, vt dos de cōi [...]tueretur, dixisset pactum non esse iniquū, &c. super quo [...] fundata est intentio Iurisconsulti, ꝯm gl. ibi in ver. constitueretur, quæ rn̄sio conditionalis includit rōnem sui dicti. igitur ꝯm ipsam rōnē intelli debet, qua cessante & ipsa lex debet cessare, vt supra dictum est. Tertio, ꝙ in casu illo dos de cōi constituatur ꝑ expressum pactum, sic deducitur. Nam regula est, ꝙ oē æs alienū, quod per unum ex socijs manente societate contractū est, de cōi solui debet, ēt ea distracta. d. l. omne æs alienum. & l. si socij sumus. & in l. si unus. ī prin. eo. tit. sed in d. l. si socius pro filia. dr̄, ꝙ dos promissa manente societate nō soluitur de communi patrimonio ea distracta. igitur apparet, ꝙ in casu illo non ex natura contractus societatis, sed uirtute pacti illa dos erat de cōi soluenda: aliàs si ex natura contractus illud fuisset, distracta ēt societate de communi filiæ non sint dotandæ, uidetur ibidem tenere gl. fi. quæ dicit, societatem non teneri ad dotandum; ergo nō ex cōi patrimonio sociorum, sed ex patris patrimonio tm̄, alias societas teneretur dotare, & hæc oīa sunt arg. do. Petr. de Vbal. de Peru. in quodam trac. socie. in 11. q. 6. partis prin. & ibi etiam refert qualiter Spec. in ti. de iud. §. sequitur. uers. quid si unus, &c. tenet istam partem, & ꝙ idem etiam tenuit Pet. germanus Bal. in quodam consi. incip. Quoniam iā dudum consului, &c. & licet ipse non dicat, tenuit idem Petr. in alio consi. incip. Ex prędicto themate eliciūtur certa dubia &c. circa fi. non tamen se firmat pro ista parte Pet. de Vbal. in prædicto loco, licet pro ea arguat ut supra, & istis argumentis aliter non respondeat. Pōt & quarto. d. l. si socius pro filia. induci, ꝯm alios, dicitur ibi, ꝙ si per pactum conueni, ꝙ filia unius de communi dotaretur, & de alterius filia nihil sit dictum, ꝙ tale pactum est iniquum. Nulla autem iniquitas resultaret, si ex natura contractus filiæ de communi essent dotandæ, quia filiæ alterius (etiam non obstante pacto) deberent communiter dotari, tanquam iste casus remansisset in iuris cōmunis dispositione. l. si cum dotem. in prin. secundum unam lec. solu. mat. l. si extraneus. de condi. ob cau. Cum ergo in casu illo pactum esset iniquum, ostenditur, ꝙ dos de communi ex natura societatis non est constituenda, nisi aliter sit conuentū. Aliter & quinto inducunt eam. Nam ibi hr̄, ꝙ vna semel dotata a societate, si contingat solui matrimoniū, & inopia mariti non possit dos exigi, ꝙ societas non tenetur iterum ad dotandum. Si enim onus dotandi ex natura contractus esset commune, uideretur ꝙ iterum deberet de communi dotari, cum omnia cum lucra & damna sine culpa contingentia debeant esse cōmunia. l. cum duob. §. socium. ff. pro soc. quod tamen negat illa lex, qua etenim ratione perdita dote sine culpa filiæ, pater tenetur iterum dotare: Quinto principaliter cōfirmatur ista conclusio alia ratione ubi contracta est societas omnium bonorum tacite cōmunicantur tantum lucra & damna ex causa quęstuaria prouenientia. l. coiri. cum pluribus sequentibus. ff. pro soc. no. glo. in l. 3. §. 1. & in l. cum pluribus sequentibus. ff. pro soc. & no. glo. in ver. initum fuerit. & in §. socium. ea. l. in uer. omnium bonorum. sed dos non dicitur esse debita ex cā quæstuaria, vt nota. Bar. in l. leg. 2. ergo dos ex communi in casu nostro non est cō stituenda, & omnia iura, quæ uolunt, ꝙ damna & in lucra vndecunque prouenientia communicentur, loquuntur in socie

tate

tate omnium bonorum expresse inita, s̃m gl. præalleg. & ita p istam rationem hanc partem consulendo tenuit Alex. de Imo. in consi. 154. in 2. vol. & ibi plures alleg. qui sequuti sunt istã opinio. de quibus infra fiet specialis mentio. Sexto istam opin. comprobo, nam ut tenet Angelus & Paulus de Cast. in l. fi. C. de collatio. si vnus fratrum habet maiorem familiam quam alter ille alius poterit a fratre repetere quatenus impensum est in alimentando familiã suam, si sumptus sunt magni, & frater habens maiorem familiam erat diues. Nec isto casu procedit, quod ibi dixit Bald. secundum eos, & idem consuluit d. Maria. Soc. in consi. incip. Prosequendo ordinem prædictarum quæstionum, &c. & ita etiam aliàs consuluerunt omnes Doct. Peruf. cum ergo in casu nostro omnes isti fratres sint diuites, & onus dotandi sit magnum, per prædicta non dēt communiter subiri, maxime cum dos succedat loco alimentorum, ut p Cy. & Bal. in l. mater. C. de iure dot. & per Bar. in l. fi. C. de his qui. ut indig. & in locis infra allegandis. Septimo confirmatur ista opi. inter socios maxime fratres, inter quos dēt maxima ęqualitas seruari, ne īter eos oriatur discordia. l. cum pater. §. euictis, de leg. 2. l. manifestissimi. §. cum in secunda. C. de fur. & l. cum duob. §. quidam sagariam. & §. item si communem. & §. si plures. & l. si vnus §. si quid. unus ff. pro socio. sed si unus haberet plures filias quam alter, & deberet de communi omnibus dos constitui, sequeretur magna inæqualitas: ergo, &c. Huic etiam alia inæqualitas pcederet, demus enim, ꝙ si vnus ex sociis hñs unicam filiam ex communi dotatam decederet (quo casu finita esset societas. l. 4. ff. pro soc.) si ista filia patri succederet, æqualiter cum sociis diuideret, & sic plus de communi haberet, quia dotem prius de communi constitutam sibi præcipuam retineret. d. l. si socius pro filia. in fi. quod uř absurdum. item esset dare materiam, ꝙ fratres uenirent ad diuisionem. Certum est enim, ꝙ distracta societate, quilibet tenetur suas dotare. d. l. si socius pro filia. in fi. uidens igitur socius & frater alium fratrẽ filiabus grauatum, de facili induceretur ad diuidendum, ne onus dotandi sentiret, & sic induceretur inter fratres discordia contra prædicta. Octauo & ultimo hæc sententia probatur authoritate multorum, & primo glo. fi. in d. l. si socius pro filia, de qua supra, & Spec. in loco prealle. idem etiam tenet Bal. in auth. ex testõ. in pe. col. uers. 17. C. de colla. ubi inquit, ꝙ mortuo patre non p̃t vnus ex filiis in præiudicium fratrum aliquid facere, nisi eis consentientibus, nec dotando filiam suam, nec quicquam aliud faciẽdo, nisi essent adeo socii, ꝙ hoc liceret per expressa capitula societatis. d. l. si socius pro filia. idem etiam tenet Bal. in l. fin. C. de dot. promis. pen. col. uers. quid si sunt duo fratres, &c. qui allegando Spec. vbi supra, dicit, ꝙ filia alterius fratris est dotanda de portione patris sui, non autem de cõmuni. & ita Ale. in palleg. cons. alleg. Bal. ubi supra, idem etiam tenuit Bal. in cons. incip. Io. Franciscus, &c. & in alio cons. incip. Ex multis supra sparsim narratis, &c. & in alio incip. Quatuor erant, &c. & idem etiam tenet Pet. de Anch. in consil. 304. inci. Materia, de qua quæritur, non est noua, &c. & in alio inci. Plura dubia elicita sunt, &c. quos omnes alle. Ale. de Imo. in cons. 71. in 4. vol. vbi hanc eandem partem sequitur, & ibi alias authoritates adducit, quas non refero, quia in libro meo hoc nõ dicunt, ex quibus omnib. videbatur, ꝙ ista opinio multis rõnibus & authoritatibus comprobata esset sequenda. Sed pdictis non obstantibus contrariam sententiam puto veriorẽ, & æquiorem. primo per tex. vbi est casus recte intelligendo in d. l. si socius pro filia. iuncta gl. 1. Nam in prin. quærit, utrum 2 † soluta societate per mortem unius ex sociis omnium bonorum eius filia, quæ p acceptilationem fuit a marito suo liberata a socijs quondam patris, possit dotis quantitatem percipere, & antequam huic quæstioni respondeat, facit unam interpretationẽ in uers. si forte, &c. quærendo de nouo, quid si fuisset pactum interpositum, ꝙ filiæ essent de communi dotandæ, cuius uigoris esset tale pactum, qua qõne absoluta postmodum in uers. verum, &c. rñdet primæ quæstioni scilicet quando nullum interuenit pactum, ꝙ dos erat soluta, aut non. Primo illam retinet sibi præcipuam filia, alio uero non potest eam percipere, ergo iungendo uers. verum in proposito, &c. cum in prin. probat, ꝙ de communi est soluenda, & ita illum expresse & clare intelligit gl. ibi in uer. conuenisset. dicens, huic quęstioni respõdet infra uers. uerum in proposito. interim autem d. glo. de pa-

ctis, dicit quem habeat effectum: ita formaliter ibi declarat illum tex. glo. & ita etiam illum intelligit Ant. de But. in consil. infra allegando, licet non ita declaret, licet alleget gloss. prædictam. Secundo pro ista opinione est optimus text. in l. ex parte. §. filius. ff. famil. erciscun. ubi probatur, quod debita contracta per vnum ex fratribus cum republica occasione magistratus debent esse communia, si sunt socii omnium bonorum, secus autem si non constaret de tali societate, qua ergo ratione sentit onus, frater omnium bonorum proueniens ex facto fratris, nec occasione societatis, eadem ratione debet onus dotandi pariter subire. Tertio ultra alios istam opi. ita confirmo. per l. & quia plerumque, quæ sequitur. l. nec adiecit. iuncta. l. 3. §. 1. ff. pro soc. dicitur. n. in d. §. 1. simpliciter & absolute. ꝙ socij omnium bonorũ acquirunt hęreditates, legata, & undecunq. quæsita communia. & sic hæreditas, quæ prouenit a patre vel a liberto, communicatur, ex quo simpliciter & indistĩcte loquitur, quæ hr̃ditas patris uel liberti dicitur quasi debita filio, vel patrono, d. l. & quia plerumq. gl. no. in l. 3. C. de iur. & fac. igno. sicut ergo illud, quod est quasi debitũ iure naturæ uni ex socijs omnium bonorum acquiritur communioni, ut supra dictum est, ergo quasi debitum, ad ꝙ unus ex socijs omnium bonorum tenet̃ iure naturæ, debet esse omnib. commune d. l. cum duob. §. quidã sagariã. in fi. & d. §. sociũ. cũ simi. sed dos dicitur esse filiæ a patre quasi debita, vt uoluit gl. no. ab omnib. ibi approbata in l. mulier. §. cum proponeretur. ff. ad. Treb. igitur onus dotandi debet esse commune. similiter si illud, qđ acquiritur uni ex socijs omniũ bonorũ, immediate ex prouisione legis, prout est hæreditas debita ab intestato, communicatur d. §. 1. quare onus, ad qđ tenetur unus ex socijs immediate ex prouisione legis, non debet esse commune? Cum idem operetur propositum ĩ proposito, qđ o pat̃ oppositum in opposito. l. si vt proponis. cum uulg. C. de nup. Quarto hanc sñiam alia noua ratione comprobo, ꝙ ille q tenetur dotare, & de uno ad aliud valet argm̃, ut per Bar. in d. l. fi. de his quib. ut indig. & in l. Mæuius. §. duobus de leg. 1. & per Cyn. in l. ĩ omni. C. de adm. tuto. & Cy. & Bal. in d. l. mater. C. de iure dota. & Abb. in c. peruenit. de arb. Bal. & Ang. in l. 2. solu. mat. sed si socius oĩum bonorum hēt magnã familiam, debet ali de cõi, ut tenet Bal. in d. l. cum duob. §. si fratres, in quadam apostilla manu eius scripta, ut attestat̃ & sequitur Pet. de Vbal. in d. trac. socie. in 18. q. 6. partis. mouetur Bald. quia onus alimentandæ uxoris unius ex sociis est cõe, qđ patet, quia dos retinetur ĩ cõmuni. l. actione. §. fi. cũ l. seq. ff. pro soc. ergo idem in onere exhibitionis reliquæ familiæ. Nam qđ p totam familiam q̃ritur, communicatur socio, ar. de ope. liber. l. sicut melius allegasset tex. in d. l. cum duob. §. socium. ubi quod acquirit pater ex iniuria illata filio, communicat socijs omnium bonorum ex quib. uerbis patet, ꝙ qdam tenentes istam partẽ, non bene arguunt pro ea, dum dñt, ꝙ sicut dotẽ, quã recipit unus ex socijs, debet alteri cõicare d. l. actione. §. fi. ita aliter dēt onus dotandi filias alterius sentire, ar. l. s̃m naturã. de reg. iur. qa ꝙ dotes receptæ a sociis cõicent̃, nõ affert lucrũ aliqđ societati, eo, qa, ut ẽ dictum societas postmodum tenetur onera matrimonij subire, hinc est, ꝙ apud maritum dicitur esse dos vel lucrum dotis ex causa onerosa, ut de primo, & ibi Bar. in l. fi. §. si a socero. ff. de his q̃ in frau. credi. & de secundo est glo. not. cõiter approbata in le. si donaturus. ff. fi. de condic. ob cau. Si ergo redeundo ad propositum, filiæ sunt de communi alendæ, itaq; & de communi sunt ēt dotandæ, sed licet aliquis immo non ualet argumentum de alimentis ad dotem, quia uidemus, ꝙ pater filiam naturalẽ tñ tenetur alere, auth. licet. C. de natu. liber. & tñ non tenetur eam dotare. l. uxorem. §. pater naturalis. de leg. 3. item filius diues necessario ali non dēt a patre. l. si quis a liberis. §. sed si filius. de liber. agno. & tñ pater tenet̃ filiã diuitem dotare, vt est tex. in d. l. fi. C. de dot. promis. & ibi gl. in uer. intelligi. & ibi etiam no. Bal. & Ang. in auth. res quæ. C. com. de leg. similiter frater tenetur alere sororẽ, quæ non est utrinq; coniuncta, ut tenet Cy. ĩ l. 1. in 3. q. C. de alen. liber. & Ang. in l. a filia. ad Trebel. non tenetur eã dotare. l. cum plures. §. pe. in vers. ex eodem patre. de admi. tut. Præterea filius tenetur alere matrem, d. l. si quis a liberis. in prin. & tamẽ nõ tenetur eam dotare, ut l. tutor secũdũ dignitatem. §. fi. de admini. tuto. videmus ēt, ꝙ alimẽta præstantur facilius, quia annua & menstura præstantur l. pecuniæ.

cuniæ.& ibi Bar.de alimẽ.& cibar.lega.l.fi.& ibi ẽt Bar.ꝗ͂ liber. agn.dos verò vnica p̄ſtatione ſolui dẽt.igr̃ non parum intereſt partis potius minutatim præſtare alimenta,q̃ dotem vno acer uo exponere,arg.l.hæredes.§.idem iuris.fam.erciſ.& l.tutor.§. Lucius.de vſur.ſicut enim particularis ſolutio multum incommodat creditorẽ, ita & totalis p̄ſtatio multum grauat debitorem,& ꝙ p̄dictũ ar.nõ valeat,tenuit Ang.in d.l.a filia,in prin. & in d.l.fi.& Sal.in dicta auth.res quæ.& Imo.Rom.& Alex.ĩ d.l.fi.& Sal.in dicta auth.res quæ.& Imo. Rom.& Alex. in d.l. 1.ſolu.matr.per prædictas rationes,ſed adhærẽdo primæ opi. quæ eſt communis, & a qua in practica non eſt recedendum, adductis in contrarium,quibus nullus quem viderim, reſpondet.conabor reſpondere conſiderando duo capita. Primũ eſt, vtrum eo caſu, quo quis tenetur aliquã alere teneatur eo caſu eã dotare,ſaltẽ ea dote,q̃ ad alimenta ſufficiat. Secundum eſt, vtrum quis teneatur eam dotare, quæ habet vnde ſe aleat,licet non habeat vnde ſe dotet,& quam teneretur alere, caſu quo non h̃et vnde ſe aleret.Primo caſu dicendũ eſt abſolutè, ꝙ in caſu,quo quis tenetur eam alere,eo quia non h̃et unde ſe alat, ꝙ eo caſu tenetur eam dotare.ita procedit opi.Bar.de qua ſupra & ſequacium,dum volunt, ꝙ pater teneatur hodie filiam ſpuriam dotare,quia tenetur eam alere,per c.cũ h̃et, de eo q̃ dux.in vxo.quã pollu.per adul. & intelligendũ eſt dictũ eorũ, q̃n filia nõ h̃et vnde ſe aleret,ſed ſi h̃et,vñ ſe aleret,licet non h̃et, vnde ſe dotaret, vt quia ex operis ſuis ſibi quæreret victum,iuxta.d.§.ſed ſi filius.non tamen volunt, ꝙ iſto caſu pater teneatur eam dotare, vt euidenter apparet recte intuenti verba & rõnes eorũ,& ideo dico,ꝙ tali caſu,ſ.ꝙ filia naturalis nõ h̃et vñ ſe aleret,ꝙ eo caſu pater teneretur eã dotare. Non obſtat.d.§.pater naturalis,quia filia ibi habebat unde ſe aleret vt expreſſe colligitur ex tex.ſimiliter ſi ſoror vterina tantũ nõ haberet vnde ſe aleret, teneretur eo caſu eã frater dotare.nec iſto caſu loquitur tex.in d.l.cum plures.§.fi.ſed quando nõ habebat unde ſe dotaret,vt ſtatim dicam, & idem in ſimilib.qua enim rõne pater tenetur filiam ſpuriã dotare, eo caſu tenetur eam alere,ut per Bar.& alios in locis ſupra allegatis.& p Bar.ĩ d.l.fi.§.ſi a ſocero.de his quæ in frau.credi. eadem ratione prædictas perſonas tenebitur quis dotare, caſu quo teneatur eas alere.Secundo vero caſu eſt bene aduertendum,ꝙ non ſequit̃ iſtud arg.quis tenetur aliquã alere caſu, quo non habeat vnde ſe alat,ergo tenetur eam dotare,q̃n non habet unde ſe alat, & iſto caſu procedunt omnia adducta in contrarium:Nam ſi filia naturalis habet vnde ſe alat,licet non habeat vnde ſe dotet, puta quia(vt dixi)poſſet percipere alimenta ex operis ſuis, vt. d.§.ſed ſi filius,tamen non debet dotari.d.§.naturalis.Similiter ſi ſoror vterina habet vnde ſe alat,iuxta proximè dicta,& ſi nõ habeat vñ ſe dotet,non tenebitur tamẽ frater eam dotare.d.§. fi.qđ expreſſe loquitur eo caſu, quo ſoror non habet unde ſe dotet, non autem eo caſu quo non haberet unde ſe aleret. Et ita indubitanter credo eſſe de mente Bar.& aliorum, qđ ſi filia ſpuria h̃et vnde ſe aleret, licet non h̃et vnde ſe dotaret, ꝙ pater non teneretur eam dotare.& iſtam conſiderationem, quæ eſt de mente Bar.& aliorum, puto veriſsimam.Non obſ. etiam dum dicebatur,quis tenetur dotare filiam diuitem,& tamen non tenetur eam alere, quia primo hoc poſſet negari, & contrarium apertè ſentit Bar.in d.l.mulier.§.cũ proponeret, ad Treb.per d.§.ſed ſi filius.dũ opp.de l.ſi debitor.ad leg. Falc. & ibi ponderant moder.& ad l.fi.ad quam aliquis,quem viderim,non reſpondet,poteſt iudicio meo faciliter reſponderi,ꝙ immo contrariũ probat ille tex. in fi.inquantum præſupponit ꝙ ſi pater clare & expedite dicat, quantum velit de bonis filiæ dare in dotem,ꝙ tunc de bonis filiæ erit dos conſtituenda,nõ autem de ſuis verum eſt, ꝙ ſi copulatiue loquatur, ꝙ fauore dotis fit illa interpretatio, quia poteſt intelligi ſermo ille dupliciter,ſecundum quòd ibi declarat Bal.in figuratione caſus,qđ non fauore dotis fit illa interpretatio,iuxta. leg. in ambiguis. de iure dot. Vel ſecundo non recedendo ab alia opin. poſſumus reſpondere, quod de alimentis ad dotem ualet argu. incipiendo ab alimentis uel a dote affirmatiue, & ita arguunt prædicti Doc. ſed non procedit negatiue, & ita loquitur contrarium. Nam videmus, quod filiæ in poteſtate ex operis ualentes ſibi quærere uictum, non tenetur pater alimenta p̄ſtare.d.§.ſed ſi filius.& tñ tenetur indubitanter eam dotare, ſi nõ habet,vnde ſe dotet.Non ob.ẽt,ꝙ vnica præſtatio magis incõmodet debitorem,quam diuiſa, quia ꝙ diuiſim & minutatim præſtentur alimenta,non eſt introductum in fauorem præſtãtis ea,ſed in fauorem illius,cui præſtantur, ne ſi unica præſtatione ſoluerentur,ea citius conſumerentur, & unde poſtea ſe aleret non haberet hinc eſt,ꝙ fauore militum,& reipublicæ ei ſoluuntur alimenta de die in diem,uel de duobus dieb.in duos dies prædicta rõne,aliis vero (vt dictum eſt) præſtant̃ annua vel menſtra.& ita Bar.in d.l.pęcuniæ. & probatur optima in l. cum hi.§.quid ergo,de tranſac.ubi h̃r,ꝙ ſi alicui ex prouiſione teſtatoris debeantur alimenta per ſingulos annos, & tranſegerit,ꝙ præſtent per ſingulos menſes,uel ſi debeantur per ſingulos menſes, & tranſegerit,ꝙ præſtentur ſingulo die,ꝙ valebit tranſactio etiam in conſulto prætore, quia conditionem ſuã dicit̃ feciſſe meliorem,dicit tex.Ergo qualiter in materia alimẽtorũ,quãto magis ſunt p̄ſtationes diuiſæ, tanto magis dicit̃ eẽ melior conditio creditoris,& tamẽ ſecus eſt in alia materia,vt ſupra probaui.Cum ergo iſta diuiſio præſtationum non fiat fauore dantis ſed recipientis principaliter,non debet attendi, ꝙ per unicã præſtationem magis incõmodet̃ debitor, dummodo ſit fauorabilis creditori igitur in propoſito, ſicut durante communione ſocietas debet ſubire onus alimentandi filias fratrũ,non h̃ntes aliunde unde ſe alant,ita debet onus dotandi ſuſtinere.Iſta tamen rõ,vt ex prædictis liquet,nõ procederet, de neceſſitate,ſi præſupponeremus, ꝙ iſtæ filiæ ali poſſent commode aliunde,non dico tñ,ꝙ ſocietas non eſſet obligata ad dotandum per rõnes & iura ſupra allegatas & allegandas. Nõ omitto etiam vnum circa prædicta,ꝙ põt eſſe magis fauorabile debitori p̄ſtare dotem vnico aceruo,quam alimẽta minutatim. Nã ſoluta dote liberatur ab illo onere alimentandi, qđ tranſit ad virũ,ponamus ergo ꝙ 300.ſufficiant pro dote,certe põt eſſe,ſi illa toto tempore uitæ alimentaſſet,ꝙ pro alimentis ultra mille expoſuiſſet,& licet ẽt citius potuiſſet mori,tamẽ ex quo iſta unica præſtatio ita põt afferre cõmodũ,ſicut dãnũ, attẽto præſenti ſtatu, licet caſualiter poſtea contingeret, ꝙ attuliſſet damnum, non tamen pp hoc diceretur iſte læſus.l.de fidei cõmiſſo.C.de tranſac.l.pater puellæ.C.de inoffi. teſta.adeo ꝙ p̄dicto caſu minori denegatur reſtitutio in integrũ,vt no.Bart. ibidem & infra ẽt dicam.Quinto fortificatur ẽt iſta opin. vltra Doct.p tex.in l.coiri.iuncta.l.ſed nec æs alienum. quæ ſequit̃ continuatiue,licet aliquæ leges ſint intermed.in d.l.coiri. iuncta gl.1.in ver.diſtinctum.vbi dr̃, ꝙ ſi eſt contracta ſocietatis ſimpliciter,& non ſit dictum,ꝙ ſit oĩum bonorum,ꝙ in ea nõ venit æs alienum,niſi qđ ex q̃ſtu pendet,ſubiũgit tex.in d.l.ſed nec æs hoc eſt illud,quod aliis eſt debitũ,ſm expoſitionem ſecundam gl.ibi,a contrario ſenſu illarum legũ, quod in iure eſt ualidiſsimum.l.1.§.huius rei,de off.eius,cui, &c.ſi eſſet contracta ſocietas omnium bonorũ,in ea veniret etiam æs alienum, quod ex quæſtu non pendet,hoc eſt, id quod ſocii deberent alia cã quam quæſtuaria.& gl. 1.in d.l.coiri.exponit tex.id eſt expreſſe dictum,ꝙ ſit omnium bonorum,&c. quia inter expreſſam ſocietatem oĩum bonorum,& tacitam non eſt differentia, vt per omnes in locis ſupra in prin.alleg.quia ſufficit ſolus conſenſus,cum ſit de contractibus,qui ſolo conſenſu contrahunt̃, vt inſti.pro ſoc.in prin.qui conſenſus non ſolum verbis, ſed ẽt factis,ut dictum eſt,oſtenditur,& infra etiam dicetur.gl.ergo, quæ dixit expreſſe, non dicit ad differentiam ſocietatis omniũ bonorum tacite initę,ſed ad differentiam ſocietatis ſimpliciter contractæ.Sexto & ultimo comprobatur iſta opinio authoritate multorum.& primo Bal.in trac.de duobus fratribus,circa finem.uer.ſed an ſumptus,&c.ubi dicit,ꝙ doctrina Spe.& aliorum dicentium,ꝙ dos data vni filiæ alterius fratris non debet extrahi de communi.eſt uera,ſi non ſint ſocii omnium bonorum,vult aperte,ꝙ debeant de communi filiæ fratrum dotari. idem uoluit etiam Bal.in d.l.ſi patruus. C. communia vtriuſq; iudi.in 4.col.verſ.& prædicta vera, &c. vbi poſtquam retulit dictum Spec.dicit prædicta vera, &c. vbi poſtquam retulit dictum Spec.dicit prædicta vera,quãdo non ſunt ſocii, ſed ſi ſũt omnium bonorum, omnia lucra & damna æqualiter ſunt patienda,ex quibus verbis apparet,ꝙ uult dictum Spec.iſto caſu non habere locum,idem vult etiam ea.l.in ult.col.dum allegando dictã.l.ſi ſocius pro filia.dicit,ꝙ in ſocietate generali nõ attenditur,utrum unus plus lucretur,quam alter,uel plus impẽdat,

dat quam alius, sed omnia sunt generaliter patienda, per dictã l.si socius pro filia. & sic aperte intelligit illam legem habere locum circa pactum expressum, idem etiam clarius uoluit in cõsil. incip. In Christi nomine amen. factum tale est, Ventrucius & Fuscherius, &c. de quo in prædictis locis meminit Alexa. in consi. supra alleg. sed ultra eum dico, ꝙ idem sentit aperte Bald. in quodam alio consil. Incip. Quidam Nannes de Spello, & Colla eius frater, &c. vbi formaliter sic dicit. Super secundo pũcto considerandum est, an ex huiusmodi communicatione fructum sit inducta societas, ut omnia sint cõia æquis portionib. licet unus plus consumat quam alter, per l.si socius pro filia. ff. de pro soc. ecce qualiter sentit aperte, ꝙ determinatio dictæ l. haberet locum, qñ tacite apparet, ꝙ sit inducta societas omniũ bonorum. hanc etiam partem clarius tenuit Ant. de But. in cõsil. 7. incip. Dubium primum reducitur ad istud, &c. & hoc per dictam l. si socius pro filia. vers. verum in proposito, &c. istam partem, ut audio, licet non uiderim, tenet Pau. de Castr. in d.l. si socius pro filia. in recollectis Floren. ubi ita formaliter dicit, vt vidi relatum no. Primo, ꝙ agi potest inter socios, vt possint dotari filię de communi, dato, ꝙ etiam si nõ sit actũ possunt, &c. & idem tenuit in l. si societatem uniuersarum fortunarum. & ibi Bal. in lec. antiqua eo. ti. licet Pau. de Cast. in lect. quæ. cõiter hñr, non scribat super illo tit. hæc itaq; opinio tam iurib. quã authoritatib. munita, vř per prędicta amplectenda, cũ pcipue maximam sapiat æquitatem, & pro ista parte aliàs uidi consultum per doctissimos uiros, restat igitur allegatis in cõtrarium rñdere. Non obstat ergo, quod primo dicebatur, uidelicet, ꝙ æs alienum, quod non est occasione societatis contractum nõ debeat solui de communi, quia in societate omnium bonorũ non consideratur, vtrum aliquid sit factum noĩe societatis, sed tm̃ an sit factum, & an absit dolus & culpa, d.l. cum duobus. §. socium vniuersa. & in l. quod autem. cum seq. eo. tit. sed dando dotem pro filia, ad quam cogitur per l. vt supra dictum est, non dicitur esse in culpa, ergo, &c. & probatur per tex. in d.l. ex parte. §. si filiusfamilias. licet vbi æs alienum est contractum occasione magistratus cum republica, est cõmune omnib. sociis omnium bonorum, & tamen non possumus dicere, ꝙ sit contractus occasione societatis. & ita etiam rñdet ad 𝔣m argñ. Non obstat, ꝙ onus dotandi sit personale, vt dicebat tertio loco, & ꝙ a persona separari non possit, quia admitti pt. ꝙ filia duntaxat possit contra patrem implorare iudicis officium, & ꝙ ipse solus iudicis officio compelli possit, sed pater postmodũ actione pro socio potẽst consocios astringere, vt hoc onus subeãt, sicut si per unum tm̃ ex sociis sit contractum æs alienũ, ex alia cã solum contra illum põt agi, sed aduersus socios põt sibi succurrere, d.l. omne ęs alienum. Vel secundo dicamus, ꝙ contrarium est uerum, nisi expresse uel tacite sit actum contrarium, nã qñ expresse res est clara, vt est casus in d.l. si socius pro filia. 2. respon. tacite non dicitur agi, qñ contrahitur tacite vel expsse societas omnium bonorum, quia natura contractus uult, vt oĩa dãna ac lucra undecunq; obueniẽtia sint cõia, vt in iurib. supra allegatis, ergo de dotãdo dr̃ eẽ tacite actũ, arg. l. qđ si nolit. §. qa assidua. de ædi. edi. Ad. l. si socius pro filia. quarto adducta pro parte 𝔠ria remanet pro parte rñsũ ex his, q̃ adducta sunt in primo fundamento ultimæ partis, quia illa probat totũ oppositũ intelligendo eã vt intelligi dẽt. Non. n. ob. prima nec scđa inductio, qa in uers. sed si forte, &c. nõ rñdet ad casũ in prin. l. ꝓpositũ, sed format noua qõ de pacto, ad id uero de quo q̃rebat in prin. rñdet in vers. verum in ꝓposito, &c. vt patet ex inductione supra facta. Non ob. ẽt tertia inductio, qa iõ nõ tenet societas in casu illo ad dotẽ ꝓmissam, qa distracta societate, si vnus ex sociis est obligatus occasione societatis, dẽt ab aliis indemnis cõseruari. d.l. oẽ æs alienũ, cũ seq. Cũ ergo filia in casu illo fuisset hr̃s patris obligati, quia solus promiserat dotẽ. vt in prin. l. dr̃, & mortuo parte & si iã distracta societate, fuerit per maritũ acceptilatione liberata ab ea, quæ est hr̃s, ut dixi, patris obligati, nihil dr̃ abesse, iõ rõne indẽnitatis nõ pt a socijs aliq̃d cõie. qui, occasione ergo promissionis patris cõsequi q̃ quã nõ pt, qa effectũ nõ habuit promissio, non pt ẽt agere vt de nouo dotetur, quia per mortẽ p̃ris iã distracta erat societas, & ita tenent Raph. Fulg. in d. le. si socius pro filia. ex hoc inferens, ꝙ si filia fuisset exhæredata, uel se abstinuisset a patris hæreditate, & hæres soluisset marito, uel mulieri prædictam dotem, cessis

prius hæredi actionib. iuxta. l. si socer. §. Lucius. so. ma. tunc hr̃s agere poterit contra socios defuncti, & dotem quam soluit ꝓsequi, per d.l. omnes æs alienum. & ideo ẽt infertur in casu nr̃o clarissime, ꝙ dotes promissæ durante societate, nõdum tamen solutæ, ea distracta, debebũt communiter solui. & qui eas promisit debebit a socijs indẽnis conseruari, nec aliquo pacto loquatur isto casu. d.l. si socius pro filia. Non ob. quarta inductio, qa dupliciter respondent, qui illam ita inducunt. Primo, quia ibi est dictio taxatiua, & ideo fuit actũ, ꝙ filiæ vnius, & non alterius dotarentur, iuxta. l. ob æs. & ibi no. C. de prædi. mino. ꝓ hoc allego tex. multum in proposito in le. cum ita legatum. de condi. & dem. ex quo not. ibi Bar. ꝙ vni duntaxat attribuitur, illud idem ab omnibus alijs remouetur, & hoc (dicit ipse) hñt inducere dictiones exclusiuæ, vt tantũ, solũ, & duntaxat. Scđo respondetur, ꝙ in contractibus valet argumentum a contrario sensu. l. inter socerum. §. cum inter. de pac. dot. maxime qñ dispositio aliter nihil operaretur, prout esset in casu nostro, propter qđ Bal. & oẽs moder. & alij in alijs locis, de quib. per eos in d. l. si cũ dotẽ. in prin. dicunt, ꝙ in statutis assumitur argumentũ a cõtrario sensu, qñ in sensu directo nihil operaretur, ut in exẽplo, de quo ibi per eos. Ad quintã & vltimam inductionem respondetur, ꝙ aliud est in socio, & aliud est in patre. & ita expsse respondet Bar. cũ quo alij transeunt in d. l. si cũ dotẽ. §. 1. assignantes rationem, quia d. l. si socius. loquitur in obligatione trahente originem a facto hominis, cuius dispositio verificat in primo actu. l. boues. §. hoc sermone. de verb. sign. pater uero est obligatus legali obligatione, quæ per primum actum non impletur. l. ueluti. §. hæc cox. ff. de eden. traditur in l. fideicommissa. §. si quis decẽ. de leg. 3. sed licet ista sit communis opi. & tenenda, tamen non uidetur vera, & contra tex. in l. sciendum. qui satisda. cog. vbi erat quis legis dispotiõe obligatus ad cauẽdum, & tamẽ si fideiussor desinit esse soluendo, nõ tenetur iterum cauere. Præterea si omne damnum emergens sine culpa socij dẽt esse commune, vt supra sæpius dictũ est. siue ergo semel, siue bis & pluries contingat circa idẽ, non videtur subesse ratio, quin non debeat semper esse cõe, dũmodo dolus absit & culpa, qa mihi videtur, ꝙ aliter & magis clarẽ possit responderi ad dictã. l. si socius pro filia, vt supra inducta. Nã tex. ibi dicit ꝙ si maritus non põt soluto matrimonio cõueniri vltra quam facere possit, non tenetur iterũ societas dotare, rõnem habes; quia illo casu mulier est in culpa, ex quo dotem a marito uergente ad inopiam non exegit, etiam constante matrimonio, iuxta. l. si 𝔠stante. in prin. soluto mat. non est ergo mirum, si societas non tenetur iterum dotare, quia etiam eo casu non teneretur, siue sit socius, siue non, casus est apertus in auth. qđ locũ. C. de colla. nisi filiæ possit imputari, quia marito vergente ad inopiam ex lege Iustiniani non exegerit, &c. Nec dicatur, qđ ille tex. loquitur de iure nouissimo, quia etiam de iure digestorum mulier, quæ sui culpa perdebat dotẽ, non erat iterum dotanda, arg. l. etiam. §. licet. soluto matr. quẽ ad hoc alleg. Bar. in d. §. 1. ꝙ autem sit in culpa, isto casu declarat, nõ autẽ de nouo inducit. d. auth. ꝙ locũ, & sic vr̃, ꝙ in puncto iuris societas teneatur iterũ dotare filiã socij, si sine sui culpa perdidit dotem. Non obstat ẽt rõ sexto loco allegata, dum dicebatur, ꝙ quãdo societas omniũ bonorũ est tacite cõtracta, ꝙ nõ veniant cõicanda nisi damna & lucra prouenientia ex causa quæstuaria, ꝑ dictam. l. coiri. cum seq. quia hoc aliquo modo non dicitur in dictis legibus. hoc. n. intendunt, ꝙ si simpliciter & sine distinctione sit contracta societas, ẽt expresse, puta si duo dicerent, nos contrahimus societatem, nec appareret, ꝙ aliter voluissẽt inire omnium bonorum, nec alicuius certæ negotiationis, dñr in dubio eã cõtraxisse in causis quæstuarijs, quæ societas prima facie uidebatur omnium bonorum, ex quo erat simpliciter contracta, vel ratione incertitudinis videbatur nulla, non autem dicitur ibi, ꝙ si tacite contrahatur societas omnium bonorum, ꝙ veniant quæstuaria duntaxat in cõmunione, & glo. supra alleg. quæ dicunt, ꝙ ad hoc, ut vndecunq. quæsita veniãt in communione, requiritur, ꝙ sit expresse contracta societas omniũ bonorum, hoc dicũt ad differentiã societatis simpliciter & sine distinctione contractæ, vt in exemplo supra posito, non autem ad differentiam societatis omniũ bonorum tacite contractæ. & iõ cum misterio debẽt illæ gl. intelligi, ꝙ expresse sit 𝔠tracta omnium bonorum cõmunio, secus aũt si simpliciter,

DE duobus est videndum. Et primo, vtrum in publicatione bonorum veniat emphyteusis ecclesiæ. Secundò, an saltem in dicta publicatione veniant fructus percepti ex re emphyteutica. Quo ad primum videtur prima facie dicendum, ꝙ dicta emphyteusis dicatur confiscata, & ad fiscum pertineat ex confiscatione omnium bonorum, per tex. in auth. de aliena. & emphy. §. 1. vbi probatur, ꝙ ad fiscū potest peruenire, licet dēt electio ecclesiæ intra biennium dimittere ipsam apud fiscum, & ab illo recipere pēsionem, vel rem a fisco auferre. & ad hoc illum tex. allegat Bar. in l. si finita. §. si de vectigalib. de dam. infec. dicens. ꝙ in potestate est rem a fisco auferre, & sic ille tex. & Bar. præsupponit, ꝙ mero iure sit confiscata, & per consequens antequam ecclesia reuocet, debet apud fiscum permanere. Et ita etiam volūt Gul. & Bal. in l. si quis pꝛsbyter. C. de epis. & cleri. & in auth. nisi rogati. C. ad Treb. & Imo. in c. ex parte. de feu. in 7. col. vers. 3. casu, &c. Et istud etiam clarius vult Soci. in cons. 266. incipiente, In causa, quæ vertitur, &c. col. 12. ver. 3. confirmatur, &c. dicens, ꝙ emphyteusis ecclesiæ effectualiter non confiscatur, sed mero iure transit in fiscum, reseruato iure ecclesiæ, quæ habet electionem dimittendi illam rem apud fiscum, vel reuocandi confiscationem intra biennium, per dictum. §. 1. & per no. per Doc. in dictis locis. Post ergo bienniū ꝓm eū, nō pōt ecclesia reuocare, vel saltem vr, ꝙ dicta emphyteusis debeat apud fiscū permanere, donec condemnatus naturaliter viuit, arg. l. Statius Florus. §. Cornelio Fęlici đ iure fisci. & l. peto. §. pdiū. de le. 2. Sed pmissis non obstantib. contrariū arbitror verius. Nā emphyteusis, de qua agitur, est recepta ꝓ se, filijs & nepotib. & sic non transit ad hæredes extraneos ex tenore inuestituræ. vtrum autem necesse sit, quod prædicti sint hæredes vel non, pendet ab alio dubio, uidelicet, an emphyteusis ecclesiæ sit ad hæredes extraneos sui natura transitoria vel non, iuxta no. per Bar. in l. etiam. in prin. sol. mat. & per Bar. in l. vt iurisiurādi. §. si liberi. de oper. liber. & in l. quod dicitur. de ver. ob. & ibi late per Imo. & Ale. & per eum in d. l. etiam. cum concord. de quibus in dictis locis. Sed quantum ad id, de quo agitur, non est curandum, an pater intelligatur stipulatus pro filiis, an tanquam pro hæredibus, quia siue sint vocati ut filii, siue vt hęredes, semp requiritur, ꝙ sint filii, ut ex forma concessionis constat. Et sic indistincte extranei hæredes dicuntur exclusi per inclusionem filiorum. l. cum prætor, in pri. de iudi. & quia 1 † etiam ꝓm opinionem magis communem emphyteusis ecclesiæ ad hæredes extraneos sui natura non est trāsitoria, ꝓm gl. & Bar. in d. l. etiam. cum concor. de quib. ibi per Ale. & in d. l. quod dicitur. & in l. quædam. §. nihil. de eden. vbi ait hanc opi. esse communem. & quamuis multi, de quib. in dictis locis, in hoc teneant contrarium, illi tamen loquuntur, qñ emphyteusis esset simpliciter concessa pro hæredibus: sed vbi est concessa pro filiis, ut in casu nostro, licet filii dicerentur tanquam hæredes vocati, quia tamen oportet etiam, ꝙ sint filii, non est dubium, ꝙ tunc non uocantur extranei, d. l. cū prætor. nec aliquis isto casu contradicit. Stante hoc igitur, ꝙ huiusmodi emphyteusis non sit ad hæredes extraneos transitoria, sequitur, ꝙ etiam mero iure non transit in fiscum, ut probat ex no. per Bart. in d. §. de uectigalib. dum loquitur de emphyteusi priuati, & concludit, ꝙ si ex conuentione transit ad hæredem extraneum, quia transibit etiam in fiscum, qui est loco hæredis. l. 3. C. ad legem Iuliam de ui. Si uero non transit ad hæredē extraneum, & tunc ad fiscum non transit, per l. 2. cum ibi no. per gl. C. de bon. damna. sed illam repetet dominus, secundum Bar. tanquam re indebite alienata. Sicut ergo emphyteusis priuati, quæ ex pacto non transit ad hęredem extraneum non venit ad fiscum per publicationem bonorum, eadem ratione & multo magis idem est dicendum de emphyteusi ecclesiæ, q̄ nō sit ad hæredem extraneum transitoria, quia 2 † fiscus est loco hæredis extranei. l. iura. libertorum. & ibi no. Bar. de iure patron. & l. eorum. ad leg. Iul. maiest. no. in l. 1. C. de bon. lib. & in l. eo. qui. de interdic. & relig. & per Ale. consi. 23. 1. vol. vbi 3 † eodem modo arguit de emphyteusi priuati, quando non transit ad hæredem extraneum, ad emphyteusim ecclesię, & ꝙ in fiscum nō sit transire. & sic 4 † ꝙ non veniat in confiscatione simpliciter tenēt Bal. Imo. & Pau. de Cast. in l. in insulam. in prin. sol. mat. & pro ista opi. Pau. allegat tex. in c. fœlicis. §. si qua vero. de pœnis in 6. & idem per illum tex. tenet Roma. & ēt Ale. in d. §. si de vectigalib. vbi hr̄, ꝙ locationes, & sic emphyteu. §. adeo. insti. loca. publicatis bonis reuertuntur ad ecclesiam, non autem transeunt ad fiscum: quod intelligitur etiam mero iure, ut probat in uer. libere, id est sine impedimento, ut no. in clem. dudum. de sepul. in c. 1. de sup. neg. præl. in 6. & ibi per Arch. & in c. cū Archiepiscopis. de offi. ord. eo. lib. cum concor. de quibus per Alex. in l. si mihi & Titio. de uer. ob. & per Mod. in l. 1. in prin. C. de sacros. eccl. Si 5 † enim mero iure in fiscum trāsiret, & post biennium emphyteusim ꝑ hoc ecclesia a fisco auferre non posset, non diceretur libere ad ecclesiam rediisse, quia biēnio excluderetur a reuocatione rei prædictę, ad quam consequendam perpetuo contra fiscum occupantem admitteretur. Nec est dicendum, ꝙ tex. in d. c. fęlicis. §. si qua uero, locum habeat solum in crimine læsæ maiestatis, quia aut filii emphyteutæ extant, & tunc verum est, ꝙ est spāle in crimine læsæ maiest. ꝙ emphy. reuertatur ad ecclesiam, & non ad hæredes, quia in illo crimine filii priuantur ex delicto patris. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. & vbi fuisset condemnatus ex alio crimine, ad filios pertineret, & non ad ecclesiam, ꝓm Bar. in l. eū qui. de interdic. & releg. sicut etiam uidemus, ꝙ vbi quis deliquit in principē, ꝙ iura patronatus, quæ ēt non transeunt ad extraneum hæredem, applicantur fisco, etiam extantib. filiis, ad quem non transirent, ubi publicarentur ex alio delicto, vt declarat Bal. & Pa. de Cast. post gl. in d. l. 1. C. de bo. liber. sed ubi filii non extant, damnato emphyteuta ex quolibet crimine, ex quo amittatur status & bona, tunc emphyteusis reuertitur ad hæredes extraneos. nec isto casu tex. in d. c. fęlicis. continet aliquod speciale in criminæ læsæ maiestatis. & istud est, quod uolunt Doc. in locis

eis prædictis. Et est ratio, quia sicut per morte naturalem emphyteutę dicto casu res reuerteretur ad ecclesiã, quia finita est locatio, sic etiam debet isto casu ad eam reuerti, quia taliter dãnatus hr̃ pro mortuo, ut no. gl. in §. relegati. instit. qui. mo. ius pa. pot. sol. & i c. guerrã. in tit. hic finit lex Cõra. & no. Spe. Io. And. i ti. de instr. editio. §. ꝯpendiose. ver. quid de bãnito, &c. & Bar. in l. seruum quoq. §. publice. de procur. & in l. corruptionem. C. de usufru. & Ang. in disputatio. Duo adinuicem, &c. & Doc. in l. 1. C. de hęre. insti. cum concor. de quib. ibi per Mod. & ita in simili determinat Alexan. in d. cons. 23. in 1. vol. uers. octauo probatur, &c. ut scilicet bona prohibita alienari ꝑ dãnationem prohibiti pertineant ad illos, qui admitti deberent

6 ex morte naturali & non ad fiscum. † Et illud etiam confirmatur. Nam publicatis bonis filij, non venit in publicatione proprietas bonorũ, quã habet filius in peculio aduẽtitio, ſm Bar. in d. §. si de vectigalib. cũ quo alij magis cõiter transeunt, vt ibi late per Alex. & hoc ea rõne ſm eum, quia filius tale peculium alienare nõ põt sine consensu patris. l. cum non solũ. §. si filius. C. de bonis quæ liberis, ergo nec etiã delinquẽdo alienabit, sed apud patrẽ remanebit, sicut dictũ fuit. & dicit Bar. in feudatario & in emphyteuta, qui nõ põt alienare: quæ ratio militat in casu nostro inter uiuos sine licentia ecclesię. l. fi. C. de iure emphy. & capi. potuit, de loca. ergo ẽt delinquendo non alienabit sed apud ecclesiã remanebit, & ꝙ eadem ratio militet Bar. met. hoc fatetur, dũ probat dictum suum per id, quod dictum est de emphyteuta, qui non põt alienare, & istud confirmat Alex. quia res prohibita alienari non põt in fiscum mediante publicatione bonorũ transferri, per l. Imperator. in prin. cũ ibi no. per Bar. de fideicom. liber. & idem ẽt vult Alex. in d. consi. Et

7 adhuc prædicta comprobantur. † Nam publicatis bonis filij non publicatur castrense peculiũ, sed apud patrem remanet. l. 3. C de bo. dam. & per illum tex. hoc ẽt vult Bart. i d. §. si de vectigalib. & cum eo alij trãseunt, de quibus ibi late per Alex. Et hoc quia sicut morte naturali filij pater illo iure occupabat bona castrẽsia filij iure peculij. l. 2. de castren. pecu. ita dicta bona consequi potest, qñ filius per sententiã amittit statum & bona, quia pro mortuo hr̃, ſm Bal. in l. si filius. de his qui sunt sui vel alie. iur. & ideo subdit Bald. ꝙ vbi filius per sententiam non amitteret statum, sed bona tantum, tunc pater non posset impedire executionem fiscalem, quia cum filius non habeatur tunc pro mortuo, non potest pater eius bona occupare iure peculij. quod est diligentissimè no. secundũ Alex. in d. §. si de vectig. sicut ergo dictum peculium, qđ erat proprium filij, & in quo nõ habebat hæredem, eo mortuo ciuiliter pertinet ad patrem, ac si esset mortuus naturaliter, & non ad fiscum, sicut ẽt emphyteusis ecclesiæ, quando non transit ad hæredem extraneum mortuo emphyteuta ciuiliter, debet ad ecclesiam pertinere, non extantibus filijs, & non ad fiscum, sicut si mortuus fuisset naturaliter. Quia ergo principaliter agitur, vt fiscus excludatur, satis consultum est condemnato, ꝙ in confiscatione non veniat emphyteusis ecclesiastica, quia quamuis ad ecclesiam non reuertatur, tamen quantum ad fiscum est tutus, & quoad illum liberas ędes habet. l. sicuti. §. si quæratur. si serui.

8 uendice. † Sed nec isto casu ad ecclesiam potest redire, nec ad fiscum pertinere, sed casu, quo priuetur condemnatus, ad eius filios pertineret, si extarent. Et quando non superessent, ad eius matrẽ transire deberet, pro qua est cõcessio facta, casu quo filius inuestitus sine filijs decesserit: sicut ergo quando extant filij eius, cuius bona sunt publicata ex delicto, emphyteusis ad filios, vel nepotes debet ꝑuenire, fisco excluso, qa non sunt vocati tanquã hęredes, sed tãquã filij, ſm Bar. in l. eum qui, in fi. de interdic. & releg. ita eadẽ rõne ad matrem debet peruenire, fisco excluso, pro qua emphy. est recepta, casũ quo filius sine filijs decesserit, & perinde ac si filius naturaliter esset mortuus: ut probatur per dictam. l. insulam, in prin. sol. mat. vbi actio de dote patre deportato, & sic ciuiliter mortuo, consolidatur in filiam, sicut per mortem naturalem. l. 2. §. ꝙ si in patris. eo. ti. & ita illum tex. ad hoc alleg. Ale. in d. cõs. 23. ver. 7. ꝓbatur dicẽs, ꝙ illa, quæ per mortem alicuius transeunt ad filios, non ut ad hæredes, sed ut ad filios, transibunt ad eosdem, etiam si pr̃ non sit naturaliter mortuus, sed ciuiliter: quæ ratio locum etiã hẽt in matre quæ uocatur post mortem filii decedentis sine filiis, non quidem ut hæres eius, sed tanquam mr̃. Qm̃ iste filius cõdemnatus ad mortem, & qui p̃t impune offendi ex forma statuti, hr̃ pro mortuo, secundum Ale. in eodem cons. & in seq. ver. superius dixi. ideo in hunc euentum debet mater admitti, si nõ extant filii, & fiscus excludi, igitur quo ad fiscum condemnatus est securus, & quo ad illum, ut est dictum, dicitur liberas

9 ædes hr̃e. d. §. si quæratur. † Nec obstant allegata in contrarium. & primo tex. in §. 1. in auth. de alien. & emphy. quia Imo. in dict. cap. ex parte. de quo feci mentionem sup. videtur illum text. intelligere in fisco, qui emphyteusim occupauit, dum dicit, quod si pater commisit delictum, propter quod bona publicentur, uidetur, quòd si res emphyteutica occupetur per fiscum, quòd sit in electione ecclesiæ, &c. & alleg. d. §. 1. illud ergo uerbum occupetur, quo utitur Imol. sonat, quod ad fiscum peruenerit de facto & non de iure. l. sequitur. §. item si occupaueris. de usucap. & secundum hoc text. ille non probaret, quòd emphyteusis publicaretur mero iure, sed loqueretur de publicatione & apprehẽsione de facto, de qua non quærit, sed utrum de iure ad fiscum debeat peruenire, & dicit ꝙ non. Et licet ubi de facto occuparet, locum hr̃et, quod ibi dr̃, tamẽ non licet de iure, dictam emphyteusim occuparè. d. §. item si

10 occupaueris. sed tamen iste intellectus non placet, quia † si de facto fiscus occupasset, ecclesia, q̃ per biennium taceret, a recuperatione dictæ rei non deberet excludi: sicut excluditur, ut ubi in tex. dr̃, sicut dicto tempore nõ excluditur dominus, si emphyteusim priuati de facto occupauit, hoc iure cautum nõ reperitur, & quia Bar. in d. §. si de vectigalibus. simpliciter dicit, ꝙ dominus potest rem recuperare, tanquam indebite alienatã & sic præsupponit. ꝙ ẽt post biennium hoc possit facere, si ergo priuatus directo dominus post dictum tempus agere põt contra fiscum, qui de facto occupauit, multo magis hoc ecclesia facere potuit, & probatur in d. c. fęlicis. si qua uero. in uerbo

11 libere, inducendo, vt supra. Vnde aliter † p̃t & congruentius ad illum tex. r̃ideri, & alio modo intelligi. Nam tex. ibi præsupponit, ꝙ emphyteusis ad fiscum peruenerit, quomodo autem & qualiter ad illum de iure potuit peruenire, ibi non declarat. Et propterea intelligi debet eo casu, quo de iure hoc põt cõtin-

12 gere, illud † autem potest euenire, qñ condemnatus per sñiam non amisisset statum sed bona tantum. Nam tunc ecclesia non non posset impedire executionem fiscalem, quia cum non sit mortuus ciuiliter. admitti non potest ex hoc capite, quia requiritur, ꝙ emphyteuta pro mortuo habeatur, secundum Bald. in d. l. si filius. de his qui sunt sui vel alie. iu. quẽm superius retuli. Nec etiam tunc redit ad ecclesiam ex alio capite, quia res sit a-

13 lienata irrequisita ecclesia, quia † ex hac causa ad illam non reuertitur ipso iure, sed demum si ecclesia uelit, & declaret se uelle, nam sicut per non solutionem canonis intre biennium, vel triennium, demum reuertitur emphyteusis ad dominum, si declaret velle, & non aliter, secundum gl. & Bar. in l. j. C. de iu. emphy. & gl. in l. 2. si ager vectig. vel emphy. peta. ita etiam per alienationẽ non redit ad dominum, nisi declaret velle, ſm Sali. in l. fi. C. de iure emph. & Imo. in repetitio c. fi. de præscrip. col. 18. & Ale. in consi. 128. col. vlt. 5. vol. quia ſm prædictos tex. in d. c. potuit. de loc. istos duos casus æquiparat. Et ꝑ pea tex. in d. §.

14 1. uult † ꝙ ecclesia isto casu intra biennium debeat declarare, ꝙ uult rem ad ea redire, aliàs præsumitur velle, ꝙ fiscus eodem iure possit illam retinere, ꝙ autem hoc casu præfixerit dictum tempus ad declarandum, responderi potest per l. non possunt.

15 de legi. & arbitror. † ꝙ ille text. in hoc die non habet locum, quia lex ciuilis disponens expresse de ecclesiis, vel de ecclesiasticis personis, non valet, etiã si non afferat damnum ecclesiæ, dummodo non sit merè priuilegiatiua, secũdũ Abb. in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de consti. in lectu. & repetitio. dicens ꝙ leges positæ in titu. C. de sacr. san. eccl. quæ de ecclesijs & ecclesiasticis personis expresse disponunt, non valent per rationes, de quib. ibi per eum. & multo minus valere debẽt, quando continent damnum ecclesiæ. & ideo tex. in d. §. 1. siue præsumat contra ecclesiam elapso biennio, siue præscriptionem inducat, hoc facere non potuit. † Potest etiam alio casu emphyteusis ecclesiæ uenire in confiscatione, uidelicet, quando ex conuentione posset ad hæredes extraneos transire, nam licet sit dubium, an possit concedi in perpetuum, ut trãseat in hæredes extraneos vt late per Alex. in d. l. etiam filios, in prin. sol. matrim. tamen verius videtur interuenientibus legitimis causis & solẽnitatib.

de

de quibus in c.fine exceptione.12.q.2.& in clem.1. de reb.eccle.non.alienan.talis concessio fieri possit; quia si conceditur alienatio pleno iure dicto casu,multo magis debet concedi alienatio respectu vtilis dominii,prout multi tenuerunt,quos refert & sequitur Alexan.in d.l.etiam. & Moder.in ca.in præsentia,de proba.& Soc.in dicto consi.266.qui etiam dicit, ꝙ túc emphyteusis ecclesiæ p̃t in fiscum transire, & isto casu loq. poterit etiam tex.in dicto.§.1.& ualeret illa dispositio,quia isto casu esset mere priuilegiatiua ecclesiæ,cui concederet,& tunc cõfiscatio locũ habeat,si ecclesia uelit, sed in priuato aliud esset. Et ꝙ ille tex.loquatur casu, quo emphyteusis posset publicari, si esset priuati, satis est de mente Barto. in dict.§.de vectigalibus. qui in emphyteusi ecclesiæ non distinguit,sicut in emphyteusi priuati,ideo uelle uidetur,quòd text. in d.§.1. locum habeat, etiam si emphyt. eccl. posset ad hæredem extraneum transire, quod secus est secundum eum in emphy.priuati.Nõ obst.etiam text.in l.Statius Florus.§.Cornelio Fęlici, & in l.peto.§.prædium,de lega.1.secundum Pau.de Cast.in d.l. in insulam. in princ.solut.matrim.illa iura loquuntur de his,quæ perueniunt ad aliquem per mortem alicuius ex dispositione testatoris,sed emphyteusisperuenit ex liberalitate concedentis.Vel melius potest responderi,ꝙ res subiecta restitutioni fideicommissi.pendente cõditione,non est prohibita alienari simpliciter,& ideo interim ualet alienatio.l.fin.§.sin autem sub conditione. C. comm.de leg. ideo etiam pendente conditione potest in fiscum transire,sed res emphyteutica non potest alienari sine licentia domini.d.leg.fin. & d.cap. potuit, & aliàs contractus non ualet, vt in dictis iuribus propterea non potest etiam uiuente emphyteuta ad fiscum transire,& hanc rationem assignat Bar.in d.§.si de vectigalibus dum loquitur de peculio aduentitio,& de quo supra feci mentionem. Ex præmissis igitur infertur ad solutionem secundi dubii, quia si emphyt.non transit in fiscum,sed reuertitur ad ecclesiam,uel pertinet ad matrem,fiscus non potest capere fructus,sed ad ecclesiam,vel matrem debent pertinere. leg. domum. C.de rei uendic. & plene traditur in leg. at ex diuerso.in §.1.ff. eod. & hoc quia tempore condemnationis fructus pendebant, & sic erant pars rei. l. fructus pendentes. de rei uendic.ideo † ad quem res pertransiuit, ad illum etiam fructus pendentes pertinere debent,quia (ut dixi) sunt pars rei,etiam si sint maturi. leg.in lege Falcidia placuit. ad legem Falcid. secus autem si tempore condemnationis fuissent percepti,quia ex sola perceptione fuisset ipsius emphi.leg.defuncta. de usufruct. & licet loquatur in usufructuario, idem tamen est in emphyteuta,secundum Spec. in ti. de loca.§.nunc aliqua vers.5.& Alexand.in l.diuortio.in princ. sol.matr.in 2.col.& ideo in publicatione omnium bonorum potuissent uenire, sicut aliæ res condemnati. & ita concludo. Laus Deo.

17 (margin)

SVMMARIVM.

1 *Quando quis stipulatur pro se liberis & hæredibus,non admittuntur liberi,nisi sint hæredes,si res erat transmissibilis ad quẽcunque.*

2 *Nec sufficit isto casu,quod sint hæredes in re certa, sed requiritur quod sint hæredes uniuersales.*

3 *Institutus in re certa,& prohibitus plus petere, si rem illam acceptet,iudicium defuncti approbat.& in eo,quod ulterius petere potuisset,sibi præiudicat.*

4 *Stipulatione facta pro se hæredibus,liberis, vel descendentib.intelligitur in prima parte de descendentib.qui quoque sint hæredes,in secunda de illis,qui non sint hæredes.Nec alternatiua isto casu resoluitur in coniunctam,cum non sit posita inter diuersas personas,sed inter diuersas qualitates.*

5 *Verba generalia prolata accessorie, debent restringi ad suũ principale.*

6 *Filia instituta in re certa,& prohibita plus petere de bonis patris,poterit tamen petere portionem se tangentem in bonis emphyteuticis uigore stipulationis per patrem factę pro se & filijs.*

7 *Nec repellitur isto casu petitione dotium maternorum apud patrem existentium.*

CONSILIVM CXVIII.

VISO instrumento donationis & eius uerbis diligenter ponderatis,videtur prima facie dicendũ, ꝙ d.Laura venire non possit ex dicta donatione.Et primo,quia Michael eius pater recepit, & stipulatus est pro se,hæredib.liberis vel descendẽtibus suis,& est perinde,ac si dictũ fuisset, pro hæredib.& liberis,quia oratio illa hæredib.libe.&c. tanquã soluta resoluitur ĩ coniunctam.l.triplici.de verbo.sign. & ita in dubio capi dẽt dicto modo,ut no.in l.alienationis.§.fi.de uerb.sign.Quando ergo † quis stipulatur pro se, liberis & hæredib.nõ admittuntur liberi,nisi sint hæredes,& sic requiritur concursus,ꝙ sint hæredes,& de liberis,secundum Bar.in l.vt iurisiurandi.§. si liberi.de ope.libe.cum quo transit Imo.in c.potuit.in pe. char. de loca.& Pau.de Cast.in l.si mihi & Titio.de verb.ob. & de quo plenissime per Alex.post Imo.in l.qđ dicitur.de verb.ob.vbi recitat varias opinio.& in l.Gallus.§.etiam si parente. de libe. & posthu.Concluditur ex mente aliorum,ꝙ dicta verba in contractib.in persona filiorum requirant dictum concursum quãtum ad rem transmissibilem ad quemcunq;,quia patet videtur illam stipulari in dubio pro filio,vt hærede,vt no.gl. Bar.& alij cõiter,in l.si tibi decẽ.§.si pactus.de pac.& Bar.& alij.in d.l.ꝙ dicitur,quia ergo † filius dicto casu debet esse hæres,ut dictum est,non sufficit,ꝙ sit hæres in re certa,sed requiritur,ꝙ sit hæres vniuersalis,ad hoc,vt in totum admitti possit, ex quo res, de qua agitur,est transmissibilis ad quoscunq. hæredes, vt est de mente Ang.& Pau.de Cast.in l.quoties.C.de hære. insti. & expressius hoc voluit Imo.in l.ex facto.la grande,de hære.insti.vbi concordando opi.contrarias concludit,ꝙ aut agitur de re sui natura ad quoscunq. hæredes transitoria,vt in casu nr̃o, & tunc requiritur,ꝙ sit hæres vniuersalis, & isto casu vera sit opi.Bal.qui hoc simpliciter voluit,in l.quædã.§.nihil. de eden. & in l.liberti,libertæq. C.de ope.lib.& Ang.in d.§.etiam si parente.si vero agatur de re, quę non sit ad extraneos trãsitoria, sed ad filios, vt est emphyteusis ecclesiæ, & tunc sufficit,ꝙ sit hæres in re certa,vt voluit Bar.in d.§.liberi.cuius opi.dicto casu põt procedere,& isto modo distinguit ẽt Imo.in c. potuit.ĩ pen.char.& Alex.in d.§.nihil. Vñ ex præmissis omnib.non potest d.Laura venire ex dicta donatione, cũ nõ sit hæres vniuersalis,sed in certa quantitate,& in re certa.sed dato etiam,ꝙ admitti potuisset dicta.d.Laura ex dicta donatione † ex quo tamẽ post institutionem testõr mandauit eã acquiescere, & vlterius nõ petere de eius bonis & hæreditate, & illa simpliciter agnouit iudiciũ defuncti,acceptando rem,in qua fuerat instituta,intelligitur illud approbasse,& sibi in re donata, de qua agitur, præiudicasse.c.cum ex officijs.de testa.& prout uoluit Pau.de Cast.& Alex.in l.si compensandi.C.de hær.insti.ubi dicunt,ꝙ institutio in certa parte facta animo compensandi cũ debito inducit cõpensationem respectu totius, etiã si debitum excedat æstimationem hæreditatis,si mõ testõr plus petere prohibuit, & institutus simpliciter adiuit.Sed istis non obstantib.contrarium puto verius,nam(ut dictũ est)pater recepit & stipulatus fuit pro se,hęredib.liberis,vel descendentib.& sic alternatiuę, & prima pars alternatiuę.s.hæredib.liberis comprehendit liberos,non quidem simpliciter,sed cum hac qualitate ꝙ sint hęredes.l.ex facto.§.fi.cũ ibi no.ad Treb.& secunda pars alternatiuæ refertur ad descendentes simpliciter sine p̃dicta qualitate, & sic donatarius intelligitur recepisse pro liberis hr̃dib.vel ꝓ descendentib.qui etiam non sint hr̃des,qui in hac vltima parte alternatiuæ non intelligitur pro eis stipulatus ut hr̃dib.qa aliàs ista secũda pars alternatiuæ non differret a prima,nã omnes descendentes in infinitũ nõ minus ueniunt appellatione liberorũ quam appellatione descendentium.l.liberorũ.in prin. de ver.sig.quia ergo alternatiua debet poni inter diuersa, quia disiũgit tã sensum quam verba,ſm Bar.in d.§.vtrum.2. pars alternatiuæ est sine qualitate expressa in prima.Nec dici potest, ꝙ sit posita inter genus & spẽm,& sic ꝙ stet expositiue.l.1.in prin.& ibi no.d.l.Aquilius.vel copulatiue.l.sæpe.de uer. sig.& ibi per Bar.quia immo ponitur inter genus & genus.l.Titius.ĩ prin.& ibi no.de libe.& posth.& ea ratione, ut ibi habetur, & etiam proxime dixi,quia uerbũ liberis,& uerbum descendentibus idem significant,& sub quolibet verbo,tanquam generali

&

(margin numbers: 1, 2, 3)

& collectiuo.veniunt omnes descendẽtes in infinitũ.d.l.libero rũ.in prin.& l.fi.C.de legi.hær.& in auth.de hær. ab intesta. in prin.quia ergo stipulatus fuit donatarius pro liberis hæredib. vel pro descendentib.qui etiam non sint hæredes, sufficit, q͏̃d altera pars alternatiuæ sit vera,& sic ꝙ sit de descendentib. ꝑut est.d.Laura.l.si hæredi plures.de condi.instit.Nec dicatur ꝙ 4 † alternatiua resoluat̃ isto casu in coniunctã tanquã posita in ter personas honoratas.l.cũ quidã.in fi.de verb. sign.quæ vult idẽ esse in cõtractib.q̃a hic non ponitur inter personas diuersas,q̃n (vt est dictum) personæ, quæ significantur per nomen liberorũ,significantur ẽt per nomen descẽdẽtiũ, sed hic est po sita inter diuersas qualitates.i.inter descẽdentes, qui sint hæredes,& illos q. non sint hæredes,quo casu habet locum.d.l.si hr̃ di plures.non aũt.d.l.cũ quidam.Sed hic oritur dubium, quia sicut sufficit,ꝙ quis sit de liberis,absq.eo ꝙ sit hr̃s,ita ẽt sufficere videtur,ꝙ sit hæres,etiam si non sit de liberis ex natura eiusdem alternatiuæ,quæ verificatur in solo herede, etiam extraneo,& ideo cum testator alios hæredes instituerit, uidetur q͏̃d illi pariter ex donatione admittãtur,siue alternatiua tanquam posita inter personas honoratas resoluatur in coniunctam . d. l.cum quidã.siue denotet ordinem successiuũ. l. hæredes mei. §.fi.ad Treb.& l.cũ p̃r.§.a te peto.de leg.2.immo tũc hæres vniuersalis in totũ præferretur tanquã primo uocatus , quia primo nominatus,vt in dictis iurib.Et ideo in illa q̃one,q̃n pater stipuletur pro filijs & hæredib.volũt Doc.ꝙ si extet filius hr̃s, & alius extraneus hr̃s,ꝙ cõcurrat pro portionib.hr̃ditarijs, ꝑ ut tenet Bal.in d.l.Gallus.§.quidã recte.in fi.& Alex.in d.§. ẽt si parente.& in d.l.q͏̃d dr̃,circa fi.de ver.obl.& istud in casu nostro p̃cipue vr̃ verũ,q̃a in sequẽtib.donatarius ꝓ hr̃dib.simpliciter fuit stipulatus, & pro liberis separatim alternatiua interposita,vt statim referam . Sed contrarium est dicendũ isto casu,vt.s.non intelligat̃ vocatus hr̃s extraneus.Nã primo loco recepit donatarius,& stipulatus est pro hæredib.liberis vel descẽdentib.illa ergo verba ꝓ hr̃dib.liberis, &c. nõ cõprehendunt hæredẽ,qui nõ sit de liberis, quia verbũ liberis , iunctũ verbo hr̃dib.sine copula restringit significationem verbi heredib.ad hæredes,qui sint de liberis,sicut quando fit mentio de hærede legitimo , non uenit tunc hæres quilibet extraneus , sed hæres succedens ab intestato tantum,propter qualitatem importatã per illud uerbum legitimo, vt probatur in l.3.§.de illo. pro socio.& ita ẽt uult Alex.in l.ex facto.§.fi.in fin.ad Treb.Et aliud est,quando dictum esset pro liberis,ꝙ non stet restrictiue,sed quod æquè dicatur de utroq. facta mentio.l. duob.de leg. 1. & l. 1.§.cum ita.C.de cad. tollen.& tali casu loquuntur Doct. in contrarium alleg.Nec est uerum,ꝙ ista uerba pro hæredibus liberis,resoluantur in cõiunctam,si sit oratio soluta.d.triplici.quia,vt dixi,uerbum liberis,stat restrictiue & qualificatiue ad verbum p̃cedens,quo casu non loquit̃.d.l.triplici.& l.sæpe.eo.ti.sed quando exprimuntur duę personæ,vel duæ res sine copula,quæ per se stant,& una non uenit ad determinationem alterius,vt facile percipi tur ex exẽplis,de quib.in d.l.quæ illas declarãt.l.dãni ĩfecti stipulatio,de dam.infec.Et sic ex ista parte instrumenti hæres extraneus nõ põt dici vocatus,sed tm̃ liberi hr̃des vocãtur.Nec ob.secũda pars dicti instr̃i,in qua dr̃, ad habendũ & posidendũ, &c. & quicquid dicto Michaeli & dictis hæredib.vel descẽdentib.& liberis,&c.quia dũ fit mẽtio de dictis hr̃dib.intelligit̃ de liberis hęredib.ꝑp illã dictionẽ dictis,relatiua ad partẽ præcedentẽ,in qua de illis fuit facta mẽtio,quæ relatio inducit repetitionem cum omnib.suis qualitatib.s̃m Bar.in l.si quis seruũ.§.fi.de leg.2.& Doc.in l. si cui §.a filio.de leg.j.& altera pars alternatiuæ,s.vel descendentib.& liberis,verificatur in illis.qui non sint hr̃des.Et eodẽ mõ dicendum est de vltima parte instr̃i,in qua promittitur donatario & hæredib.vel descẽdẽtib.vel liberis , quia quamuis in hoc loco non habeatur expressa relatio ad præcedentia,sicut in alia parte,intelligitur tamẽ de eisdẽ hr̃dib.de quib.in prin.& pri.loco fuit facta mentio,per no. per Bar. in l.ex facto.§. si quis rogatus.ad Treb.vbi dicit,ꝙ si in vna parte instrumenti sit facta mẽtio de filijs naturalib. & in alia parte fiat mentio de filijs simpliciter,ꝙ intelligitur de naturalibus eo casu,etiã quod appellatione filiorum nõ uenirẽt naturales,arg.l. qui filiab.in prin. de leg.j.& faciunt no.per Bart.in leg.si ita stipulatus.§. Grisogonus, de uerb. oblig.ubi dixit,quòd si quis a principio comparuit tanquam procurator alicuius,& postea simpliciter compareat non expresso nomine officii, ꝙ intelligitur procuratorio nomine comparuisse,quia qualitas illa intelligitur repetita vñ & in casu nostro cum est idem dicendum.d.l.qui filiabus ꝑsertim quia non inconuenit, ꝙ uerbum illud hæredib. restringatur ad liberos,qui sint hæredes.d.l.ex facto.§.fi.& sicut etiam in feudis de illis intelligitur,q̃n fit mentio de hæredib.cap.1.de success.feu.& per Doct. in d.§. etiam si parente.& quamuis in dictis casib.illud verbum restringatur ex causa, in casu etiã nostro subest cã,quia (vt dixi) in præcedentibus pro hr̃dib.liberis solum fuit prouisum,ex quibus sequentia declarantur.Et tãto magis quia in ipso actu dotandi recepit p̃r ꝓ hæredibus liberis,q. est principalis,& sic principaliter,& de hr̃dib. simpliciter fit mentio,postmodum in clausulis,quæ veniunt accessorie 5 ad ipsum contractum.Et propterea † verba generalia prolata accessorie,debent restringi ad suum principale.l.p̃diis.in prin. & ibi no.Bar.de lega.1.& per prædicta remanet responsum ad omnia,quæ primo loco allegantur in contrarium . Non obst. etiam dum secundo principaliter dr̃,ꝙ testor prohibuit filiam plus petere , & ꝙ illa agnoscendo simpliciter iudicium patris intelligitur illud approbasse & sibi præiudicasse.c.cum ex officii.de test.& ꝑ nota.ꝑ Pau.de Cast.& Ale.in l.si compensandi. C.de hære.inst.quia cum pater sit stipulatus pro filiis hr̃dib.& etiam pro illis si non sint hr̃des,quamuis.d. Laura nõ possit ad mitti ad donationem tanquam hæres patris, quia non fuit vniuersaliter instituta,sed in re certa , nihilo minus põt ex vltima parte alternatiuæ venire tanquam filia,licet prohibita sit plus petere de bonis & hæreditate patris,ut decidit in terminis Ba. 6 in l.ut iurisiurandi.§.si liberi.de ope.libe.vbi uult † ꝙ si q.s recepit emphy. pro se & filiis , & filium uñiter instituit & filiam in certa re,& iussit ꝙ plus de bonis suis petere non possit,ꝙ filia non perdit ius petendi portionem sibi de iure contingentem in bonis emphyteuticis,vigore stipulationis paternæ,in nullo diminutam per dictam institutionem factam in certa re vel quãtitate,q̃a cum ista filia non habeat ut hr̃s patris,dispositio patris in hoc nihil ualet,alleg.c.1.de succ. feu. & actio de dote q̃sita filię ex stipulatione patris non potest minui per patrem,nisi illi filiæ tm̃ relinquat,quantum eam grauat.l.si cum dotẽ.§.pater so.mat.& sic vult Bar.primo, ꝙ non prejudicet filiæ ex defectu p̃tãtis,& dato etiam ꝙ p̃tãs non deficeret, & sic ꝙ filiam priuare posset: tamen illa uerba,ꝙ de suis bonis plus petere nõ possit,non important,ꝙ uoluerit eam priuare s̃m eum,sed debuit exprimere, ꝙ iura emphyteutica apud solum filium remanerent,per illum tex.Nam pater potest uni filiorum assignare libertum,& tamen si unum instituat in plus & alium in minus non expellitur institutus ĩ modico, quin cum alijs admittatur æqualiter.d.§.si liberi.& ita ĩ proposito.& adducit ẽt Bar. alias rõnes de quib.ibi per eum,quas alitet non refero. Nec ob.secundum Bar.ꝙ testator inserit cãm, ꝙ plus petere non possit de bonis suis,quia dicta verba dẽnt intelligi,quod plus de bonis defuncti petere non possit iure hæreditario , sed non põt priuari eo iure,quod hẽt ut filia: non ut hr̃s , ut iure patronatus & iure emphyteutico.& quia secundum Bar.in d.§.si liberi,in seq.q.& in fi.verbis,filia petit emphyteusim ut æs alienũ. Et propterea illa verba,ꝙ plus de bonis patris petere non possit,intelliguntur deducto ære alieno.l.subsignatum.§.bona,de 7 ver.si.& per hanc ultimam r̃nsionem infert etiam Bart.ꝙ † illa instituta in re certa,& prohibita plus petere de bonis paternis non repellitur a petitione dotium maternarum existentium apud patrem,& ꝑ easdem rõnes idem uoluit Bar. in cons.133. inci.Q̃ö.ista hẽt duo dubia,&c.& cum eo transit Bal. & Sal. in l.si adulta.C.de hær.act. & quamuis possit esse magis dubium an expresse possit pater dicto casu uni ex filiis præiudicare sp̃aliter & nominatim illum priuando dicta emphyteusi,per ea q̃ traduntur plene in l.apud Iulianum.§.si quis alicui.de leg.1.q̃uis etiam opinio magis communis sit cum Bar.secundum Ale. in cons.106.incip.Viso themate,cum seq.4.vol. nihilo minus quando nominatim non prohibuit filiam petere emphyteusim,sed generaliter plus petere de bonis & hæreditate sua omnes tenent cum Bar.qui uult,ꝙ dicta prohibitio non comprehendat emphyteusim,quam filia non habet iure hæreditario , & ita etiam tenet Ale.in consi.215.uol.in 5.col. uers. tamen hoc quartum fundamentum,&c. Quia ergo in casu nostro.d.

Laura

Laura tanquam filia & non tanquam hæres patris potest agere ex donatione, non intelligitur per patrem prohibita per illa uerba, quod plus de bonis & hæreditate patris petere non possit, quia sub tali prohibitione non includitur emphyteusis acquisita etiam pro filiis, quia ad illam vocantur vt filii, & non ut hæredes, secundum Barto. in locis prædictis. sic etiam & in casu isto non excluditur a donatione, quam recepit pater non solum pro filiis hæredibus, sed etiam pro filiis simpliciter, si veniunt vel venire possunt solum ut filii, prout uenit & venire tantum potest. dom. Laura solum ut filia, ex quo fuit instituta in re certa, & ut ex præmissis colligitur manifeste. Et ideo quia sub dicta prohibitione non continentur bona donata, isto casu non excluditur in totum uel in parte. Et non obst. allegata in contrarium, quæ habent locum, quãdo sub illis uerbis, quod plus petere non possit, continentur bona, de quibus agitur. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Contractus donationis regulariter non presumitur simulatus, nec in fraudem, etiam si donans in possessione remaneat, quando alia causa non subest. & nu. 8.*
2 *Ius tertij, quando non est exclusiuum iuris agentis, allegari non potest, & minus per agentem.*
3 *Fraus non arguitur; licet donans uoluerit donationem reuocare per adoptionem filij.*
4 *Ratificatio fieri debet re integra, & ante ius alteri quæsitum. vide tamen infra.*
5 *Legitimatus absens potest quandocunque ratificare, etiam post mortem patris.*
6 *Donator pœnitere non potest in preiudicium donatarij licet absentis, cui quæsitum est ius ratificandi.*
7 *Notarius stipulans pro donatario absente statim quærit ei utilem actionem etiam ante ratihabitionem. quod late & subtiliter probatur contra Pau. de Cast.*
9 *Constitutum tollit suspicionem simulationis, non autem fraudis contra tertium.*
10 *Statutum, quod medietas bonorum homicidæ applicetur hæredibus occisi, non prodest forensibus qui ex alio statuto prohibentur acquirere immobilia in loco.*
11 *Statuta forensibus non prosunt, sicut nec nocent.*

CONSILIVM CXIX.

PRIMO per ordinem videndum est, vtrum donatio, de qua agitur, dicatur ualida, vel an fuerit ab initio simulata, vel saltem in fraudẽ facta. Super quibus eleganter scripsit egregius Doc. d. Iulius Scarlatinus Regien. conciuis & olim discipulus meus charissimus, & puto resecatis superfluis, quod dicta donatio fuerit & sit ualida, & etiam rescindi non possit, non obstantibus his, quæ in contrarium allegantur & allegari possent, quibus respondebitur inferius. Nam de dicta donatione extat publicum & solenne instrumentum, & in dubio talis debet censeri contractus, qualis ex facie instrumenti appa-
1 ret. l. cum precib. C. de prob. & ꝙ regulariter † contractus non præsumatur simulatus, uel in fraudem factus, nisi probetur simulatio vel fraus, ut probatur ex not. per Bald. in l. rogasti. §. si tibi. ff. si cert. peta. & in c. j. §. si instrumentum. de natu. feud. & hoc etiam uult Soc. in cons. 264. incip. Viso instrumento donationis. in princ. Propterea fraus & simulatio non præsumitur etiam si ille, qui donauit in possessione remansit, qñ non subest causa, propter quam possit dicta donatio censeri simulata, sicut erat in casu. l. sicut. §. superuacuum. quibus mod. pig. vel hypothe. solui. vbi suberat creditor, ad cuius præiudicium & fraudem, lex præsumit, fuisse simulatam ex illa continuatione possessionis, secundum Bar. in consi. 75. incip. Petrus Nicolæ, &c. & in l. post contractũ. de don. in 1. & 2. præsumptione, &c. & licet ibi loquatur de alia præsumptione, idẽ tamen est in ista & in omnibus aliis, de quibus ibi per eum, in uer. quartus casus, &c. & idem Pau. de Cast. in l. fi. C. plus ualere quod agitur. & in l. iurisgentium. §. si dolo. de pac. & Alexan. consi. 28. in fin. 3. col. & in consi. 57. 5. vol. & Soc. in cõs. palle. & dicet etiam inferius. Et ideo qa tempore donationis, de qua agit, nõ suberat aliqua causa uel persona, ex qua, vel propter quã ista donatio possit argui simulata, cessat presumptio fraudis, etiam si donator remansit in possessione rei donatæ ꝯm prædictos, qui dñt, ꝙ ex sola possessione nõ p̃sumitur causa simulationis per iura, quę allegant, & ratione probatur ꝯm Bald. in l. illud. C. de sacr. san. eccl. in 4. q. quoniam agi. potest ad dandum rem donatã vsq. ad 30. annos. l. 1. C. de consti. pecu. Nec etiam alia ratione isti, qui prætendunt sibi ius fuisse quæsitum in bonis prius donatis post delictũ donatoris, possunt dicere dictã donationem in eorũ fraudẽ factam. sicut nec donatio præcedens dr̃ facta in fraudẽ creditorũ futurorũ, vt est expressũ in l. 1. C. de iur. fis. li. 10. qui etiam loquitur de fisco, qui factus fuit creditor donatoris, post donationem perfectã, qa utroq. casu est eadẽ rõ, ꝯm Bar. in d. l. post contractũ. q. in specie hoc mõ arguit, nisi causa subsit, quæ in casu nostro cessat ob delictum commissum. Et propterea etiam si fuisset facta donatio in fraudem creditorũ præsentium, futuri tamen creditores, vel alij, qui prætendunt sibi ius quæsitum ex delicto, non audiuntur allegando donationem in fraudem. Ex quo in eorum fraudem facta non fuit, quia illorũ nõ interest. d. l. 1. C. de iure fisci. & probatur ex illa
2 regula † ꝙ quis non põt opponere de iure tertij, quando non est ipso iure exclusiuũ iuris agentis. l. his consequẽter. §. 1. familiæ ercis cun. & no. Bar. in l. 2. de exceptio. rei iud. si igitur non potest reus per uiã exceptionis opponere de iure tertij, ut dixi, multo minus hoc potest actor per viam actionis, ꝯm Pet. de Anch. in c. super his. de accu. Nam actor niti debet ex iure proprio, & non ex iure tertij. c. conquerente. de cleri. non residen. & ibi no. Abb. & facit. l. qui liberis. §. testõ. de bono. poss. ꝯm tabu. Nec ob. quæ obijciũtur, & in primis dũ dicitur, ꝙ de fraude apparet ex pacto illo in donatione apposito, videlicet, ꝙ si donator in futurum habuerit filiũ legitimũ & naturalẽ, & legitimos tm̃, ꝙ donatio habeatur pro non facta, quia ergo ꝑ superuenientiã filij adoptiui donatio reuocatur, vt probatur ex illo verbo, & legitimos tantũ, quia adoptiuus dicitur, ꝙ detegitur fraus, per no. per Io. And. in Spe. de suc. ab intes. circa fi. & probatur in l. fi is cui. §. 1. de leg. 2. & in le. fideicommissum. de cond. & dem. vbi habetur, ꝙ fideicommissarius uocatus, si hr̃s decesserit sine filijs, non excluditur per filium adoptiuum. & hoc ne sit in ptãte grauati adoptando filium excludere, & fraudare fideicommissarium. Sed istud non facit ad propositũ, qa prædicta hñt locũ, quando in ptãte tertij esset excludere substi
3 tutum adoptando filium. † & sic de adoptiuo non intelligitur quando filij generaliter sunt in conditione positi. sed quando testator spãliter exprese filium adoptiuum in conditione poneret, non est dubium, ꝙ per illum substitutus excluderetur, quia testator potuit hoc velle, & sic disponere in auth. de nup. §. disponat. nec dicitur isto casu exclusio substituti pendere ab alieno arbitrio, sed a voluntate testatoris, & non datur isto casu occasio fraudandi substitutum, sicut in casu præcedenti. & istud exprese vult etiam Bar. in l. si cognatis. de reb. dub. in tertia lec. secundũ quã in legato facto cognatis includuntur ciuiles cognati, puta adoptiui vel arrogati. & contra quam Bar. ibi opp. de d. l. si is cui. §. 1. & de d. l. fideicommissum. & respondet ꝙ illa iura loquũtur de adoptato a tertio, puta ab hærede grauato. & hac ratiõe præallegata, ne sit in potestate illius ad optãdo filium excludere substitutum. sed tex. in d. l. si cognatis. loq. tur de arrogatis ab ipso testatore, qui potuit illos uocare. & in testatore cessat ratio prædicta, quia ab eius arbitrio pendet, utrum admittantur uel non arrogati. Idem ergo per omnia dicendum est in casu isto, in quo donator expresse & ab initio voluit reuocari donationẽ per superuenientiã filij adoptiui. Quia hoc pactum potuit apponere expresse ab initio in ipsa donatione, sicut & quodlibet aliud pactum. l. si prædiorum. C. de don. quæ sub mo. nec dicitur ex tali pacto fraudari donatarius, si a principio illi, vel ex post facto ratificando consensit expresse, quia uolenti non infertur dolus. l. transactionis. C. de transac. & quia in potestate donantis fuit non donare ab initio. l. sicut. C. de act. & obl. Nam & ab ipso initio potuit donans pacisci, ꝙ ei liceret donationem reuocare. & tale pactum sine dubio ualuisset. d. l. si prædiorum. quemadmodum ergo per hunc modum potuit a donatione recedere, ita etiam & per alium. puta ꝙ per superuenientiam filij adoptiui dicatur reuocata donatio, nec ex tali pacto inducitur aliqua suspicio fraudis per ea q̃

dicta

PRIMA donatio Almerici facta Aretinæ filiæ suę videtur fuisse ab initio de iure valida; † quia quamuis inter patrem, & filiam in potestate donatio inter viuos nõ valeat regulariter ab initio. l. 2. C. de inof. donationib. & l. donationes, quas parentes. C. de don. inter vir. & vxo. nihilo minus iuramento validatur & cõfirmatur, quia ex ea naturalis obligatio oritur. l. frater a fratre, de condi. inde. & ibi per Bar. in vlti. qõ. ergo iurm̃ talem obligationẽ reddit, & facit efficacem, ſm Bar. in l. si pro eo. in 6. membr. de fideiuss. & Doctores, in c. cum contingat. de iureiu. & in c. venissent. de institutio. & quia iurm̃ inter patrem & filium indistinctè operatur, ꝙ obligatio sit efficax, si turpe non continet. c. cum iuramento. de homicid. & ibi no. facit cap. quamuis. de pac. in 6. Et istud confirmatur tertio: quia iuramentum est de iure diuino. c. & si Christus, de iureiur. ergo in illo non attenditur patria potestas, quæ est de iure ciuili. l. item in potestate. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Et quòd talis donatio firmetur iuramẽto, voluit etiam Bal. in l. fi. ad fin. C. pro don. & in repetitio. l. 2. de de iureiuran. in 12. char. & idem sentit in l. si donatione. C. de collationibus & istud expressius ibi uoluit Alexand. per prædicta in 3. col. qui reprehendit Pau. de Cas. qui aliter consuluit, & idem ẽt Alex. in consi. 8. 2. uol. qui dicit, hanc opinionem esse cõem, & per prædicta in effectu istud ẽt uoluit Aret. in cõs. 77. col. pe. uer. circa tertium, &c. & eandem opi. prolixius prosequitur & tenet. d. Io. Bap. de S. Seuerino in repe. l. frater a fratre. de cõd. indeb. in 15. q. ubi refert alios plures idem tenuisse. Et rõne eiusdem iurĩ non potest dici nulla prædicta donatio ex defectu insinuationis, quia quamuis in ea sit insinuatio necessaria, quando excedit quingentos aureos & aliter ẽt non confirmatur morte. d. l. donationes, quas parentes. & l. sancimus. C. de don. nihilo minus qñ † super tali donatione iurm̃ interponitur insinuatio non est necessaria, quia iurm̃ est seruandum, ex quo seruari potest sine interitu salutis æternæ. c. cum contingat. de iur. & c. licet mulieres. eo. ti. li. 6. & d. c. quamuis. & ita ẽt tenet Io. And. in add. Spe. in tit. de inst. edi. §. porro, in ult. add. & est de mente Fed. de Senis in cons. 281. & Ang. in d. l. sancimus. §. j. dum se remittit ad no. per Io. And. in loco præall. & ita etiam consuluit Ang. in cons. 94. inci. Cum his, &c. & istã opiniõẽ tenet ẽt Bal. in d. c. cum contingat. in 6. col. per illum tex. & quia non est contra bonos mores, quorum trãgressio ĩducat peccatũ. De alijs ãt moribus ſm eũ, nõ est curandũ, qñ interpositũ est iuramentũ, & idẽ ibi ẽt tenuit Io. de Imo. in d. c. ult. mẽb. ubi de hoc plene ꝑ eũ. Nec ob. ꝙ uideatᷣ esse iurm̃ ꝯ ius, qđ publicã cõtineat utilitatẽ, q̃a ſm eũ hoc non reperitᷣ iure cautũ, sed tñ fuit cautũ, ꝙ ĩsinuatio debeat iterue nire ut tollatᷣ occasio procurandi donationes fieri per metum uel fraudem seu clandestine. l. donatio. & l. data. C. don. & licet dicatur interesse reipub. ne sua re quis male utatur, tamen in hoc uersatur publica utilitas solum secundario. & licet per simplex pactum huic derogari non posit. l. j. sol. mat. iuncta. leg. de die. & l. Attilicinus. de pac. do. & l. ius publicum. de pac. cum iuramento tamen bene potest derogari. d. c. cum contingat. iuncta. d. l. j. sol. ma. quamuis aliud sit, quando iuramentũ est interpositum contra id, qđ est principaliter inductum ad publicã utilitatem. c. si diligenti. de foro cõp. Et similiter quamuis per simplex pactum non posit derogari solennitatibus a iure inductis. l. nemo potest. de leg. j. Hoc tamen non ꝓcedit, qñ interuenerit iuramẽtum auth. sacra puberum. C. si aduer. uẽdi. iuncta. l. lex, q̃ tutores. C. de admi. tut. & l. magis puto. §. ne passim de re. eorũ. Et rñdet etiam Imo. in loco prædicto ad oĩa alia, q̃ pñt allegari in contrarium, & eandẽ opi. tenet etiam Abb. in eo. c. cum contingat & in dispu. inci. Stante statuto ciuitatis Senarũ, &c. Quia ſm eum, lex ciuilis non præsumit firmiter dolum in tali donatione non insinuata, sed prouisionem insinuationis induxit, ut euitaretur fraus, quæ posset interuenire insinuatione non facta. d. l. data. & sic emanauit prouisio prædicta, ut subueniret de exceptionibus priuatorum, ergo ualet iuramentum sup cõtractu interpositum, quia prẹsumitur q̃s informatus uenire adiurandum. c. 2. de pac. in 6. & c. ex rescripto de iureiur. Et ꝙ iuramentum suppleat insinuationis defectum, uoluit Ale. cõs. 21. 3. uol. ubi hoc prosequitur late, ubi etiam refert Io. de Ana. &

& quamplures alios Doc. pro hac parte cõsuluisse. & rñdet ẽt ad ea, ꝙ pñt in contrariũ allegari. & idẽ tenet late Aret. in cons. 2. per plura quæ non refero, qui similiter rñdet ad ea, quæ per alios in contrarium all. & idem ẽt tenet in d. consi. 77. in fi. & ꝓprie loquitur de donatione non insinuata, facta per patrem filio in ptáte. Cum ergo dicta donatio ualuerit a principio, & in ea sit appositũ constitutũ, ex ea fuit ẽt in filiam translata possessio & dñium. l. quod meo. in prin. de acq. pos. & ẽt per retẽtionẽ vsusfructus. l. quisquis. C. de dõ. & no. in l. 3. in prin. de acq. pos. & per ɔ̃ns non potuit reuocari. l. post perfectam. C. de do. quæ sub mo. & secundæ donationi hospitali factæ debet ꝑualẽre. l. quoties. C. de do. Sed præmissis non ob. contrarium de iure puto uerius, quia licet talis prima donatio facta filiæ per prędicta, posit dici ualida, est tamen aduertendum, ꝙ ex ea non fuit traslatum dñium. Nam facta fuit filiæ absenti, & notario

3 pro ea recipiente, & † ꝓpea non potuit per constitutum, uel ꝑ vsusfructus retentionẽ in filiam transferri dñium, nec possessio ante eius ratihabitionem, quia per similes actus, & talem fictam traditionem transfertur possessio & dñium, qñ ille, cuius nomine possidetur, est præsens & cõsentiens tempore, quo alius constituit se eius nomine possidere, vel quando usumfructum retinuit. sed si non erant præsens & consentiens, q̃ritur tunc sibi dñium non possessio, antequam superueniat ratihabitio. l. cõis. §. fi. de acq. pos. & l. si ego de neg. gest. & ita ẽt uult. d. Ant. in c. cum uenissent de rest. spo. & Alex. in d. l. quod meo. in prin. col. 2. vers. item illud quod hic dr̃, &c. Nec̃ dici põt, ꝙ hic

4 ratihabitio interuenerit, quia dicta filia donataria donationẽ in eius absentia factã ignorauit, & ignorasse præsumitur. l. qm̃ sororem. C. de iure deli. vbi probatur ẽm Bald. & Ang. ꝙ soror non præsumitur scire testm̃ fratris, & idem de quolibet coniũcto, ut sentit Bar. in l. is potest. de acq. hær. & in le. qui duos. de reb. du. & in l. qui Romæ. §. duo fratres. de uer. ob. in 3. q. qui loquitur in filio. Nec ob. ꝙ coniunctus ꝑsumat̃ scire facta cõiuncti, quia hoc intelligitur quantũ ad ea, q̃ respiciunt sanguinem & processum naturæ, ẽm Bal. in d. le. qm̃. & de quo per Alex. & alios in l. 1. si cer. pet. & in d. l. is potest. Quandiu ergo dicta filia donationem ignorauit, illam ratam hr̃e non potuit, quia ut quis posit ratum hr̃e & consentire, est necesse, ꝙ omnia gesta in eius absentia sint ei specificata, & per ostensionem instrumẽti, ẽm Spe. in tit. de emp. & uen. §. 3. uers. si uero. & Pau. de Cast. in consi. 150. inc. De casu, &c. Quia igitur ante secundam donationem factam hospitali non constat de aliqua ratihabitione dictæ filiæ donatariæ, & per ɔ̃ns ꝙ in eã fuerit dominium trãslatum, sequens donatio facta hospitali prædicto debet præualere, quia in illũ fuit dominium, & possessio prius translata me

5 diante constituto & vsufructus retentione, quod † constitutũ statim produxit dictum effectũ, ex quo dicta donatio facta fuit hospitali, & præsente & acceptante eius rectore, & cuius consensus fuit, quantum ad hoc, sufficiens, ut probatur ex not. per Bar. in l. si is qui pro emptore. in ultim. q. & in ultim. char. & in leg. ab emptione. in fi. de pactis. ubi tenent improbando Guli. de Cun. ꝙ si dominus & possessor constituat se possidere nomine procuratoris mei, ꝙ mihi acquiritur possessio, sicut si ꝑ me præsente & acceptante constituisset se possidere. & idem tenet Imo. & Alex. in leg. 1. in prin. de acq. pos. Nam hospitale potest per suum rectorem possidere, & dominium acquirere. l. 1. §. fi. cum l. seq. & cum ibi no. per omnes, de acq. pos. Si ergo dicto hospitali bona fuerunt prius tradita, quamuis præcesserit in tempore donatio facta filiæ, debet tamen secunda donatio hospitali facta præualere. d. l. qnoties, de rei uen. & l. siue au

6 tem. §. si duob. de pub. Et † ꝙ non tm̃ habent locũ, quando res donata prius fuit uere tradita secundo donatario, sed etiam qñ fictè & mediante constituto, secundũ Guid. de Suz. ibi, & in l. 2. C. de sacros. eccle. & Io. And. in add. Spe. in tit. de emph. & vẽ. §. sciendum. vers. & no. &c. & Anto. de Bu. in c. cum uenissent. de rest. spo. & Abb. in cap. 2. de consue. & Alex. cons. 141. uol. Nec prædictis ob. ꝙ dicta filia nunc uelit habere ratam dictam donationem, & factum notarij recipientis, & acquirentis nomine suo tanquam trahatur retro. Et sic ꝙ fingatur in cõsequẽtiam, ꝙ per constitutum in sua anteriori donatione appositum in eam fuerit prius translatum dominium, iuxta. l. fi. C. ad Ma-

7 ced. Quia cum † ante hanc ratihabitionem possessio, & dominium ad hospitale transierit, res integra esse desiit: ideo dicta ratihabitio nihil operatur, ar. l. bono. rem ratá. hab. & ita in terminis vult not. d. Ant. in d. c. cum venissent. de resti. spol. vbi concludit, ꝙ si anteq̃ ille, cuius noĩe possidetur mediante constituto ratũ habuerit, ille, qui constituit se possidere, expellat̃ de possessione, nõ poterit ille, cuius nomine possidere constituit, agere possessorio recuperandæ, etiam si postea ratificet. Et dicit Rotam ita tenuisse, quia illa ratihabitio non superuenit tpe debito, s. quo ille potuerit possidere, q̃a iam amissa erat possessio, & spoliatus ille, q̃ eius noĩe possedit, ꝑ dictã. l. bonorũ, & quãuis Bal. in disp. inci. Accusatus de vi turbatiua. de hoc dubitet, & nõ decidat, referatq; Old. & Cy. in d. l. si ego. de neg. gest. tenere contrariũ tñ idẽ Bal. sequitur primã opinionẽ, in c. j. in prin. quo temp. mil. & Ale. in prin. d. l. quod meo. in 2. col. & in consil. 110. 1. vol. quibus ratihabitio debet fieri re integra, ut notat Bar. in l. si uxor. §. si quis uxorẽ. de adult. & Bald. in d. l. fi. C. ad Maced. & præcipue hoc in terminis nostris confirmatur, & est verum, quia ad hospitale, ut dixi prius, transierat dñiũ, ergo ratihabitio superueniẽs nõ põt trahi retro in ꝑiudiciũ iuris iam q̃siti dicto hospitali, ẽm gl. in c. ratihabitionẽ. de reg. iu. in 6. & glo. & Bar. in l. si indebitum. §. fina. rem ratam haberi, & Paul. de Castro, & Alexand. in lege prima, C. qui admit. &c. & bene probatur ex not. per gloss. & Doct. in l. Gallus. §. & quid si tm̃. de lib. & posth. Nec similiter præmissis obstat, si forte dicatur, ꝙ ex quo notarius recepit nomine dictæ filiæ absentis, ꝙ etiam mediante cõstituto fuit dictæ filiæ acq̃sita possessio, q̃a licet receperit donõnẽ noĩe absentis, nõ tñ recepit cõstitutũ noĩe eius, sed simpliciter donator consti-

8 tuit se possidere absentis noĩe. Secũdo dr̃, ꝙ † ẽt si notarius cõstitutũ recepisset dicto noĩe dictæ filiæ, nõ fuisset possessio q̃sita ante ratihabitionẽ, ẽm quosdã modernos, quos refert & sequitur Soci. in l. 1. §. si iusserim. in fi. de acq. poss. qui dñt, ita consuluisse, quia licet inueniatur iure cautũ, ꝙ ea quæ quæruntur mediante cessione, vt obligatio & actio, quærantur per notarium sine cessione. l. 2. & ibi per Bar. rem pupil. saluam fo. non tamen inuenitur iure cautũ, ꝙ dñium & possessio per eum acquirantur, vnde non potuit acquirere, nisi tãquã negociorum gestor, per quẽ nõ acquiritur ante ratificationem. d. l. cõmunis seruus. §. fi. Et plus ẽt dicebant prædicti Moderni, ꝙ etiam ratihabitione sequuta, non poterat per notitiam recipientem cõstitutum alteri possessio quæri, per rationes, de quibus ibi. Quod ultimum aliter non prosequor, quia non est necessarium ex quo de aliqua ratihabitione non constat, & donationem secundam factã hospitali pręcedat. Et propterea cõcluditur, ꝙ dicta secunda donatio priori pręfertur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donationem recipiens pro filijs masculis, videtur fœminas exclusisse.*

2 *Hæredis masculi appellatione ueniunt soli descendentes, etiam in materia ad extraneos transitoria.*

3 *Pater stipulando filio quomodo illi acquirit, plures casus considerantur.*

4 *Stipulatione facta pro se & filijs, videtur facta pro filijs ut hæredibus, ideo uenit etiam extraneus, si ipse sit hæres, et non filius, & idem si pro filijs masculis.*

5 *Stipulatione facta pro se & filijs masculis, admittuntur etiam fœminæ solæ hæredes.*

CONSILIVM CXXII.

CASVS, de quo quæritur, prima facie uidetur satis dubius. Et uidetur, ꝙ bona & iura donata pertineant ad hæredes Antonię donantis, & non ad filias & hr̃des fratris sui donatarii, qm̃ d. Antonia donauit dicto fratri pro se & filijs suis ma

1 sculis. Cum ergo filios masculos † non requirit, sed filias fœminas, uidetur, ꝙ bona donata ad eas non transeant, sed ad donantem, uel ad eius hæredes reuertantur, quia recipiendo pro filijs masculis, fœminas exclusisse uidetur, per notata, per Bar. in l. cum auus. de condi. & demon. vbi dicit, quod licet filius intelligatur grauatus post mortem sub tacita conditione, si decesserit sine filijs, ut ibi. & in l. cum acutissimi. C. de fidei-

fideicommiss. si tamen illum grauauit sub illa conditione expressa, si decesserit sine filiis masculis, non subauditur & fœminis, per l. cũ ita. eo. ti. de cond. & dem. Secundo hoc confirmat, quia licet appellatione hæredis veniat hæres extraneus in materia transitoria ad quoscunq; hæredes, ſm Bar. & Doc. in l. Gallus. §. ẽt si parente. de lib. & posth. Si tamen sit facta mentio de hæredib. masculis, tunc non veniũt extranei, sed soli descendentes, ſm Bal. & Pau. de Cast. in d. §. ẽt si parente. per ca. 1. §. & si clientulus. de alie. feu. & idem tenet Bal. in l. Caius. sol. ma. in l. liberti, libertæq;. C. de operis liber. in vlt. col. & Io. And. in add. Spec. in rub. de test. ad fi. & cum hac opi. transit ẽt Ale. in d. §. ẽt. Quia dicit ipse, faciendo mentionem de filijs masculis excludi filias fœminas, ergo multo magis extraneos minus dilectos, ar. l. Publius. §. 1. de cond. & dem. & idem per eandem rationem tenet etiam Alex. in l. quod dicitur de verb. obl. col. 21. & sic dictis in locis Alex. præsupponit isto casu esse exclusos. & est de mente aliorum, de quibus supra, quia si nolunt, ꝙ propter qualitatem masculinitatis expressam excludantur extranei, in quibus dicta qualitas cadere potest quia possunt extranei non minus esse exclusi quam filij, multo magis debent filię feminæ intelligi exclusæ, quibus dicta qualitas repugnat, & non potest conuenire. Videtur ergo tacite actum, ꝙ si frater decesserit sine filiis, donatio resoluatur & ꝙ ad donantem bona donata reuertantur, per ea habentur in l. 1. de dona. Et quemadmodum feudum mortuo uasallo, reuertitur ad dominum, si uasallus sine filio masculo decedat. c. 1. de benef. fra. & c. 1. quemadmod. feu. ad fil. pertin. Nam uidetur hoc casu facta donatio, quandiu frater eius filij masculi extabunt, & sic ad tempus incertum prout ad certum tempus fieri potest l. 2. & 3. C. de do. quæ sub mo. & l. fi. C. de lega. quo finito ad donantem res donata reuertitur, vt in dictis iuribus habetur. & ẽ donatarius esset præmortuus, ad illius hæredem pertinet, vt declarat in proposito Pau. de Cast. in d. l. fi. C. de leg. & Bald. in le. Titia. §. fin. de legatis. 2. Sed tamen præmissis non obstantibus contrarium arbitror verius. Et est considerandum pro habenda veritate,† quod aliquando pater stipulatur filio non admista persona patris, ut quia simpliciter stipulatur dari filio & non sibi, & tunc in dubio videtur voluisse filio concedere rem in peculio, secundum Bal. not. in l. si tibi. §. si pactus. de pac. cuius dictum sic declarat & saluat Alex. in leg. quod dicitur. de verbo. oblig. col. 5. Si verò appareat, ꝙ sit stipulatus pro filio animo donandi, & tunc procedit dubium, vtrum videatur stipulatus pro filio, de quo per glo. & Doc. in dic. §. si pactus. & latius per Imo. in dict. leg. quod dicitur. & quia iste non est casus noster, illum aliter non prosequor. Aliquando & secundo pater stipulatur filio admista etiam persona patris, & hoc potest contingere duobus modis. Et primo quia stipulatur pro se, filijs, & hæredibus. Secundo, quia stipulatur pro se & filijs simpliciter, de hæredib. nulla facta mentione. Primo casu quando stipulatur pro se, filijs, & hæredibus, filius non admittitur, nisi sit hęres, tanquam sit preco stipulatus veluti pro hærede, & admitti etiam potest quilibet alius hæres extraneus, qui non sit filius, quando res sui natura est transitoria ad quemlibet hæredem, quia copula auget, & sic operatur, quod sub commemoratione hæredum extraneus comprehendatur. leg. ea tamen adiectio. de leg. 3. & ita declarat Alex. ex mente Doc. communiter in d. le. Gallus. §. etiam si parente. & in dicta lege quod dicitur. col. 8. ver. restat nunc solum concludere, &c. vbi postquam retulit omnes, sic concludit. Et idem est dicendum, quando pater stipulatur pro se, filijs masculis & hæredibus, quia ex quo copulatiue de hæredibus est facta mentio, ueniunt extranei, vt dixi. Et eadem ratione uirtute eiusdem verbi venire etiam possent filiæ fœminæ, quæ essent hæredes, quia uerbum illud non minus eis conuenit quam hæredibus extraneis. Et propterea filij masculi intelliguntur uocati specialiter, & fœminæ generaliter, quæ non possunt dici exclusæ dicto casu, ex eo, quod de filiis masculis in prima parte copulatiue sit facta mentio, ex quo in alia, quæ est adiecta ad augendum, comprehendi potest, sicut sub eadem extraneus includitur. & non dicitur exclusus per alteram partem, in qua de filijs simpliciter vel de filijs masculis est facta mention. & similiter iste non est casus noster, quia de hæredibus donatarii non est facta mentio. Secundo uero casu quando pater stipulatur pro se & filiis, & sic admista est persona patris, & filii, de hæredibus nulla facta mentione: & tunc intelligitur stipulari filiis vt hæredibus, ſm Bar. & doc. communiter in d. §. si pactus. & in d. l. Gallus. §. quidam rectè, & Alex. & Aret. in d. l. quod dicitur. Sed isto casu dubiũ est, si nõ sit hæres filius, sed extraneus, vtrum admittatur iste hæres extraneus, & Imo. in d. l. quod dr̃. in 2. col. & etiam inferius tenet ꝙ sic, quasi ꝙ intelligatur stipulari pro filio tanquam pro hærede: hñdo potius respectum ad qualitatem tacitam & subintellectam, per quam vt hæres vocari dicitur, quàm ad qualitatem filiationis expressam, & tanquam de illa fecerit mentionem, credens filios se habiturũ hæredes, & ideo si illi non sint hæredes sed extranei, illi intelliguntur vocati, per. tex. not. in l. tale pactum. §. fi. de pactis. & istud etiam approbat Alex. in d. l. quod dr̃, col. 9. & est etiã de mente eius in d. §. si pactus. vbi respondendo ad rationẽ Imo. qui hoc præsupponit, ab hoc præsupposito non recedit. sed Aret. in d. l. quod dicitur. in 10. col. tenet contrarium, & sic ꝙ extraneus hæres non admittatur, sed solùm filius, qui sit hæres, per l. auus neptis. de pac. & l. auus pactus est de pac. dota. vbi dicitur, quòd pactum de non petendo pro se & filio, non prodest alteri hæredi. & respondet ad d. l. tale pactum. vt ibi per eum. Sed prima opi. & sic ꝙ etiam extraneus dicto casu admittatur, est verior, per dictũ. §. fin. & ita vult gloss. in d. l. auus neptis. de pac. dum in una solutione dicat, quòd † ideo in casu, de quo in illo text. pactum non prodest omnibus, quia pater sciebat alios futuros hæredes, secus si credebat solum filiũ futurum hæredem, quia tunc alijs proderit, per d. l. tale pactũ. §. fina. Et quamuis glo. dicat, quòd alia solutio sit uerior, hoc est uerum quantum ad solutionem contrarij, sed prædicta est etiam uera quantum ad limitationem illius legis, ſm Pau. de Cast. qui dicit ex mente gl. ꝙ ille text. procedit, quando pater sciebat, vel scire præsumitur se habere debere filios hæredes, secus si credebat habere tantũ filiũ hæredem, per d. §. fi. & est singularis limitatio, secundũ eũ ad d. l. auus. Et quamuis non dicat, idẽ ẽt dicit Bar. in l. continuus. §. fi. de verb. obli. col. penul. vers. quæro quid si illũ, &c. & alleg. gl. in d. l. auus. qui proprie loquitur in terminis illius legis, & sic patet, ꝙ ille tex. quem in contrarium allegat Aret. non obst. nec similiter. lex auus. de pac. dota. ubi ponitur idem casus, & quod differentia, quam ipse facit inter casum nostrum, de quo d. l. auus. ex una, & casum, de quo d. l. tale pactum. §. fi. nõ est vera. Et cõtra gl. & Bar. & Pau. de Cast. in dictis locis, sicut ergo quando pater stipulat̃ pro se & filijs simpliciter, extraneus hæres admittitur, si filius non sit hæres, vt probatur ex præmissis, eodem modo dicendum, ꝙ idẽ sit, quando stipulatur pro se & filijs masculis, sicut factũ fuit in casu nostro, quia ex quo res, super qua fuit interposita stipulatio, est sui natura transitoria ad quoscunque hæredes, intelligitur absque dubio pater stipulatus pro filijs tanquam pro hæredibus unde de filijs masculis mentionem fecit: quos tunc non habebat, quia illos habere sperabat, & quod futuri essent hæredes, & multo magis hoc verisimiliter credebat si uiuebant, pręsertim cum ex forma statuti præferantur fœminis, ad quod pater præsumitur habuisse respectum, iuxta not. per Barto. in leg. ut iurisiurandi. §. si liberi. de operis liber. & in leg. hr̃des mei. §. cum ita. ad Treb. Et ideo si hæredes non fuerunt, extranei hæredes potuissent admitti. d. §. fin. per no. in d. l. auus. † Et eadem ratione filiæ fœminę admittuntur, si sint hæredes, quia sicut non excluduntur extranei per hoc, ꝙ pro filiis simpliciter, uel pro filijs masculis sit stipulatus, & tamen qualitas filiationis expressa tã primo, quam secundo casu extraneis conuenire non potest, ita non dẽt excludi filia fœmina, licet ei conuenire non possit qualitas masculinitatis expressa, & hoc quia illam qualitatem non expresit ad exclusionem fœminę, casu quo masculi non essent hæredes, sed quia credidit, & sperauit masculos solum futuros hæredes, & ubi credidisset hoc non contingere, pro hæredibus simpliciter, & sic etiam pro filiabus, quæ fuissent hęredes, uerisimiliter stipulatus fuisset, ideo hoc debet haberi pro expresso, d. leg. tale pactum. §. fi. cum gl. Et ista ratio apud me concludens est, & verissima: & quæ etiam inferius declarabitur apertius, & per quã colligitur responsio ad aliqua, quæ in contrarium allegantur. Quia dum dicitur, ꝙ per inclusionem masculorum intelliguntur fœminæ exclusæ, per no. per Bar. in l. cum auus de cõditio.

&

& demonstratio. hoc locũ non hẽt in istis terminis per rationẽ pdictã, ꝙ patet, quia (vt dictũ est) per inclusionem filiorum dicuntur extranei exclusi. l. cum prætor. in prin. de iud. & tñ in istis terminis non excluduntur, si sint hæredes, & hoc quia isto casu de filijs, aut de filijs masculis est facta mẽtio taxatiue, nec sub demonstratione expressa, sed principaliter sub alia tacita, & subintellecta demonstratione, per quem vt hæredes vocari intelliguntur, & psumuntur. d. §. fi. & prout ẽt declarat Are. in d. l. qđ dicitur. col. 12. Nec ob. ꝙ immo extranei excluduntur, & pñr filiæ fœminæ, ex quo de masculis est facta mentio, ſm Bal. in d. §. ẽt si parente. & fortius in casu nostro, qñ fit mentio de hæredib. masculis, quia Bal. & sequaces loquuntur, qñ facta est mentio in genere de hæredib. per qđ uerbum non apparet, ꝙ quis habuerit respectum ad certã psonã, seu crederet, ꝙ aliqua certa esset futura hæres, iõ tunc adijciendo uerbum masculis, hoc intelligitur expressum restrictiuẽ, & per pñs significatio uerbi generalis ratione adiũcti restringitur ad descẽdentes masculos, ex coniecturata mente disponentis per rationes quæ allegantur in dictis locis. Sed aliud est, quando quis stipulatur pro filijs masculis, quia in specie de filijs est facta mentio, & iuris interpretatione tanquam pro hæredibus videtur stipulatus & ꝙ sic fecerit, quia crederet omnino illos futuros hæredes vñ quia principaliter uidetur uoluisse prouidere sub qualitate illa importata per verbum hæredibus, subintellectum: & non sub qualitate filiationis & masculinitatis expressa, non excluduntur extranei, nec fœminæ, sed ex præsumpta, & coniecturata mente potius uocantur. Et ꝙ ista responsio sit vera probatur ratione, indicio meo, concludenti & necessaria. Nam ubi quis stipulatur pro se & filijs veniunt etiam extranei, si non apparet, ꝙ sciret alios hæredes debere succedere, ut dictum est. Et tamen etiam isto casu verba stipulatoris recipientis. Et tamen etiam isto casu verba stipulatoris recipienti pro filiis, de hæredibus nulla facta mentione, secundum ꝙ sonant, extraneis nõ conueniunt, nõ possunt illos comprehendere. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. Sicut ergo tunc propter qualitatem filiationis expressam non excluduntur extranei, ita etiam quando cum eo concurrit qualitas masculinitatis expressa, sicut in casu nostro non debet extraneos tam masculos quam fœminas excludere, & per consequens nec etiam filias fœminas, quia sola qualitas filiationis expressa nõ est minus potens & apta extraneos q nullo modo uenire possunt appellatione filij, ut patet ex diffinitione eius. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui, uel alieni iuris, quam sit qualitas masculinitatis, quæ exprimitur, excluderet feminas, & extraneos, immo qualitas simplex filiatiotionis magis repugnat extraneis, qui non possunt dici filij, quã sola qualitas masculinitatis, quæ potest cadere in extraneis sicut in filijs. Et tamen Baldus & sequaces uolunt, ꝙ vbi fit mẽtio de hæredibus masculis, ꝙ illa Doctrina non conuenit casui nostro, quia alias, ubi quis stipulatus esset pro se, & filijs, multo magis intelligeretur de descendentibus, & non de extraneis, quod est falsum, & contra glo. & Pau. de Cast. in leg. auus. & Barto. in d. leg. continuus. §. fin. & Imo. & Alex. in d. le. quod dicitur, hoc ergo contingit in casu nostro, quia credidit pater filios, pro quibus stipulatus est, debere esse hæredes. Et quia præsumitur, quod illis prouidere uoluerit principaliter, ut hæredibus absque consideratione filiationis, ideo uenit, ut quilibet hæres d. leg. tale pactum. §. fin. cum glo. & eadem ratione quando stipulatus est pro filiis masculis, idem est, quia & isto casu de eis facta est mentio, quia credidit solos filios masculos debere succedere, conformando se cum dispositione statuti, si aliud non apparet, & sic intelligitur eis prouidere tanquam hæredibus simpliciter, non habendo respectum ad masculinitatem, sed in casu Bald. & aliorum, ut dixi, quia loquutus est quis generaliter de hæredibus non cogitauit de aliquo certo herede, nec est uerisimile, quòd per uerbum masculis, adiectum cogitauerit, & in genere crediderit habere hæredem masculum, unde quia illud uerbum uerisimiliter non potest dici expressum ad hunc finem, ideo capitur alia coniectura. Et sic quod senserit de descendentibus, quia, ut dicit Alexander in dictis locis, si exclusit filias proprias per qualitatem masculinitatis expressam, dicto casu uerisimile est, quod uoluerit magis excludere extraneos. Et iõ ne sequat absurdum, ꝙ extranei minus dilecti pferant filiab. magis dilectis, uerba restringuntur ad descendentes contra propriam significationem. Vnde ex omnib. prædictis concluditur, ꝙ bona donata isto casu non reuertuntur ad hæredes donantis, sed quòd transeunt ad filias & hæredes donatarij. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio causa mortis dicitur, quando in præscriptionibus, & in actu donandi fit mentio mortis.*
2 *Pactum de non reuocando appositum in donatione causa mortis, quando faciat illam transire in donationem inter viuos, & nu. 5.*
3 *Et an ualeat, & illo non obst ante habeat locum pœnitentia, & num. 9.*
4 *Donatio causa mortis reuocatur per alienationem voluntatem, sicut & legatum.*
6 *Donatio inter viuos dicitur, quando facta est mentio hæredum donatarij.*
7 *Donatio causa mortis non reuocatur per superuenientiam liberorum, sicut nec donatio ob causam.*
8 *Actus iudicatur talis, secundum quòd exceptio facta potest ei conuenire.*
10 *Donatio, de qua hic, non potest dici facta in fraudem secundi mariti.*
11 *Hæres non potest allegare turpitudinem defuncti, nisi ut hic, & numero 13.*
12 *Coniunctus præsumitur ignorare factum coniuncti absentis.*

CONSILIVM CXXIII.

QVIA agitur de uiribus donationis factæ p do. Blancam fratrib. suis, est uidẽdum prius, quæ & qualis fuerit dicta donatio. Et uidetur dicẽdum prima † facie, ꝙ sit donatio causa mortis, quia & in præfationib. dicitur, ꝙ intendebat donare causa mortis, ex quib; declaratur intentio. l. fi. de hære. institu. & l. cum hi. in prin. de trãsac. Et similiter in ipso actu donãdi dr̃, ꝙ donat cau. mor. & deinde inferius subiungit, cedit pro quãtitate donata oẽs actiones, & quodcũq. remedium iuris etiam exequutiuum petendi, & consequendi post mortem ipsius donatricis quandocunque decedentis sine filijs masculis, &c. Et sic cum sit facta mẽtio mortis, ex hoc ẽt declaratur, ꝙ sit donatio causa mortis, ut nota. in l. Seia. de dona. causa mortis, & per Cy. in l. 2. C. de iure do. Nec uidetur obstare, ꝙ do. Blanca donauerat pure, mere, & irreuocabiliter, &c. † quia pactum de non reuocando appositum in donatione causa mortis, demũ operatur, quod transeat in donationem inter viuos. leg. ubi ita donatur. de dona. cau. mor. qñ actũ est, ut nullo casu reuocetur, vt ibi dr̃. & in l. si alienam. §. fi. in fi. cũ gl. eo. tit. sed ubi actũ est, quòd certo casu tantum reuocetur, puta donatario præmoriente, quamuis tunc videatur actũ, ꝙ non possit per pœnitentiam reuocari, arg. l. cum prætor. in prin. de iudi. tunc remanet donatio causa mortis, & non obstante illo tacito pacto de non reuocando, poterit reuocari, quia cum remanserit donatio causa mortis, non potuit sibi auferri potestatas reuocandi, secundum gl. in l. si alie. in uer. acceperit. per l. si quis in prin. testa. de lega. 3. per l. licet. §. diui. de iure cod. & cũ glo. transit ẽt Ray. ibi, & idem uidetur Dy. uellc. in l. senatus. §. mortis. eo. de dona. cau. mor. & Ang. in consi. 253. do. Antonia de Florentia, &c. quia ergo in casu nostro actum est, ꝙ ista donatio reuocetur certo casu, scilicet per superuenientiam filiorum masculorum, quamuis sit donatum irreuocabiliter, nihilo minus donatio causa mortis est, & reuocari potest. Quia pactum de non reuocando non ualet, & ita etiam in terminis uidetur Ange. concludere in prædicto consil. Et propterea etiam non obst. quod donatrix etiam promiserit perpetuo firma, rata, &c. & in nullo contrafacere, dicere uel opponere vel uenire, aliqua ratione uel causa, quia etiam si per talia † uerba diceretur facta promissio, de non reuocando, tamen non valet dicta promissio, & qua non obstante uult etiam Ang. in dict. consi. quòd habeat locum pœnitentia. Et ꝙ pp hanc clausulam donatio causa mortis non transeat in donationem inter uiuos, uoluit etiam Alex. in le. quæ dotis. solu. matr. in 6. fal. ubi alleg. ad hoc Bal. in l. cum quis, de cõdi. ob cau. quia secundũ eũ talis clau-

clausula intelligit secundũ naturã actus, super quo interponit l. si stipulatus. in prin. de usur. & leg. damni infecti stipulatio. in prin. de dam. infe. Quia ergo ista fuit dona. cau. mor. & reuocabilis, ut dixi, donatrix, nubendo iterum intelligit a tali donatione recessisse, & illã reuocasse, qm eandẽ quantitatẽ, quam dederat pcedenti marito, intelligitur ẽt tacite dedisse huic ultimo. l. pen. §. si uxor. sol. mat. & l. dotem q. in prin de iure dot. & le. cũ maritus. §. Titius. de pact. dot. & per Cy. in auth. sed quãuis. C. de rei uxo. act. in 3. q. & Bar. in dispu. mulier habens magnum patrimonium, &c. vñ † per talem alienationẽ voluntariã reuocat dicta donatio cã mortis, sicut & legatũ. le. fideicommissa. §. interdũ. de. le. 3. & istud in terminis no. vult Dy. in l. Stichũ q. meus erit. in prin. de. l. 1. & Alex. in l. 2. eo. ti. & dato ẽt ꝙ donatio hmõi fuisset inter uiuos, vr̃ tñ, ꝙ tanquã facta in faudẽ ueniat rescindenda. Nam, vt dictũ est, dos pcedentis matrimonij vr̃ repetita in sequenti, qa ergo post donationem pdictam intra mediũ tempus contraxit matrimoniũ, ex breuitate temporis præsumit, ꝙ dicta donatio facta sit in fraudem ultimi mariti. l. si ventri. §. in bonis. de priu. cred. & ad propositum per Bar. in l. post contractum, de don. ubi vult, ꝙ si incõtinenti post donationem cõmittatur delictũ, ꝙ præsumat facta donatio metu pœnæ delicti cõmittendi, & sic in fraudem fisci, per d. l. si vẽtri. & facit, qđ no. Bar. & Doc. in l. 2. C. de repu. hær. ubi dicit, ꝙ si post abstẽsionem filius incontinenti emat de bonis paternis, ꝙ inducit immistio, quia abstensio pcedẽs præsumit facta in fraudẽ, per eandẽ legẽ. Sed tñ pmissis non obstantibus cõtrarium puto uerius. Et dico prius ꝙ donatio ista fuit inter uiuos, & non mortis cã, quia † cũ donauit causa mortis irreuocabiliter, & sic actum sit, ꝙ reuocari non possit, pp hoc in donationem inter viuos transiuit. d. l. vbi ita donatur. de don. cã mortis. Et uerbum cã mortis expressum, significat potius cãm contractus, quam nomen eiusdẽ, vt ibi declarat Bar. Scđo istud pbatur, quia fratrib. & suis hæredib. donauit, cum † igitur facta fuit mentio hæredum donatarij, colligitur ꝙ intentionem habuit d. Blanca donandi inter viuos, ut probatur ex no. per Bal. in l. 2. C. de iure do. vbi vult no. ꝙ licet donatio cã mortis dicatur in dubio, quando mortis est facta mentio, ut no. in l. Seia. si tamen pro se & hæredib. donatarius sit stipulatus, dicitur tunc esse donatio inter uiuos, quia mentio hæredũ donatarij magis adaptatur ad donationem inter uiuos, cum illa transmittat ad hæredes, quam ad donationẽ cã mortis, q̃ non transmittitur ad illos, si donatarius ante donatorem moriatur. l. nõ omnis. in prin. si cer. pet. sicut nec legatum, si legatarius decedat antequam dies legati cedat. l. unica. §. sin autem sub conditione. C. de cad. tollen. & cum Bal. etiam transit Alex. in consi. 14. 1. vol. Tertio ex alio colligitur, ꝙ sit donatio inter uiuos, nam donauit causa mortis irreuocabiliter, nisi in casu superuenientiæ masculorum, &c. per quam superuenientam solet reuocari donatio uera, & propria inter viuos. l. si vnquam. C. de reuo. don. & no. in c. fi. de dona. Non autem dicto casu reuocatur donatio causa mortis quæ non est donatio proprie. leg. 1. ff. de dona. & ibi no. Bar. in fi. & in l. filiusfam. in 2. opposi. eod. tit. vnde in ea non habet locum d. l. si unquam. sicut non habet etiam locum in dona. ob causam, ratione prædicta. s. quia illa nõ est simplex & mera donatio, secundum Bald. in l. 1. C. de pactis. & Bald. & Ang. in d. l. si unquam. & Roma. in consi. 26. Pro decisione, &c. & in leg. si pater. §. fi. de dona. & in l. si uero. §. de uiro. solu. ma. in 48. fallen. Cum ergo † casus exceptus, de quo supra conueniat solum donationi inter uiuos, & non donationi causa mortis, donatio inter uiuos debet iudicari, ut probatur in l. Proculus. cum ibi no. per Bal. ff. de usufru. vbi per illum tex. vult, ꝙ si maritus legat uxori vsumfructum fundi, & prohibeat alienationem, ꝙ per hoc intelligitur reliquisse proprietatem, quia alias verba non deseruirent intentioni legãtis, quia usufructus non poterat omnino alienari absq; illa prohibitione. leg. si vsus fructus. de iure dot. quia ergo prohibitio talis non est de natura rei legatæ, uidetur proprietatem legasse, cui potest prohibitio conuenire, & idem etiam tenet Alex. in casu nostro, ut scilicet intelligatur de donatione inter uiuos, cui potest tãtum dicta exceptio conuenire, & bene facit, quod no. Bald. in d. leg. 2. C. de iure dot. cuius decisio, de qua paulo ante feci mentionem, fundantur in rõne prædicta. Nec prædictis ob. ꝙ ubi agitur, ꝙ certo casu dona. causa mortis reuocetur, non desinit esse donatio causa mortis, & ꝙ † reuocari potest, etiam si actũ sit, ꝙ in ea non hẽat locũ pœnitẽtia, per no. in l. si alienã. §. fi. de don. cau. mor. quia illud procedere põt, qñ casus ille, in quo conuentum est, ꝙ causa mortis donatio reuocet, est de casibus, ex q b. solet dicta donatio reuocari, & qui pönuntur in d. l. non oĩs. cum ibi no. ff. si cer. peta. in prin. quod non reperitur factum in casu nostro: in quo aliquis de casib. prædictis nõ fuit exceptus: & sic actum esse dr̃, ꝙ illo casu, quo solet reuocari donatio cã mortis, non reuocetur, ideo trãsit in donationem inter viuos. d. l. vbi ita donatur. & d. l. si alienam. §. fi. Sed ẽt dato, ꝙ ille casus exceptus esset de illis, in quib. solet reuocari donatio causa mortis, adhuc tñ esset donatio irreuocabilis: qa excipiendo illum casum tantum, ut dr̃ actum, ꝙ non posit per pœnitentiã reuocari. l. maritus. C. de proc. & quia exceptio firmat regulam in contrarium. l. quæsitum. §. denique de fund. instruc. & §. ve aũt, in auth. de non alien. & probatur in specie in d. l. si alienã. & quãuis gl. ibi dicat, ꝙ per pactum non potuit quis sibi auferre facultatem reuocandi donationem causa mortis, tñ contrarium vult gl. in l. senatus. §. mortis. eo. ti. & Ia. de Are. & Bar. in d. §. fi. qñ donatio est facta extra testm̃, vt in casu nr̃o, & idẽ ẽt tenet ibi Imo. & Rom. & Pau. de Ca. in conf. 99. In ista donatione &c. quia qñ certo casu tãtũ est facta donatio causa mortis: & est actum, ꝙ non reuocetur, vel ꝙ non contraueniatur, ad illum solum casum refertur pactum de non reuocando, iõ tãtũ debet operari, quantum operatur, qñ dicta donatio est facta in omnem casum, & est actum, quòd nullo casu reuocet, & sic ꝓm eum utroque casu dicitur donatio inter viuos, & dicit, quòd istud est ẽt de mẽte Bar. in d. §. fi. & idẽ ẽt psupponit Pau. de Castr. in conf. incip. Notandum est &c. In proposito igitur, quamuis casus ille exceptus, ꝙ reuocetur p superueniẽtiã liberorũ, conueniat ẽt donationi causa mortis: qa tñ in hũc euentũ habere p nõ facta in effectu: & in aliis omnib. casibus actũ dicitur, ꝙ habeat effectũ, ad quos pactũ de nõ reuocando, vel de non cõtraueniendo refertur: iõ dicitur esse donatio inter viuos ẽt isto casu, ꝓm Pau. de Cast. uel casu quo sit donatio causa mortis: dictũ pactũ de non reuocando adhuc valet, & in hoc sequitur dicta donatio magis naturam contractus q̃ vltimæ voluntatis, ꝓm Imo. in d. l. si alienam. §. fi. & p hoc patet, ꝙ Ang. in d. consi. 253. non bene loquit: quia gl. in d. §. p quã principaliter mouetur, est reprobata, ac etiam ipse ponderat multum, ꝙ in casu suo substantia, & executio donationis erat collata post mortẽ donatricis, qđ nõ est in casu nostro, qa d. Blanca donauit purẽ, &c. & executio sola est post mortẽ collata, ut ex uerbis instrumenti apparet. Item & in casu Ang. nõ fuit dictum irreuocabiliter, sed solum fuit promissio de perpetuò non contraueniendo, &c. q̃ intelligit ꝓm naturam actus, super quo interponit, & sic promissio talis hẽt effectũ durãte donatione, & rebus sic stantib. sed cessat, si reuocetur, secundũ Alex. in d. l. quæ dotis: sol. mat. qui (vt dixi) ad hoc alleg. Bal. in d. l. cum quis. licet alleget rõnẽ prædictam, tñ post modũ cõcludit, ꝙ immo per dictã clausulã vr̃ quis promisisse non reuocare, per l. si quis in prin. testamenti. de leg. 3. & idem etiam vult Pau. de Cast. consilijs prealle. Cum ergo donatio, de qua agitur, sit inter viuos, non potuit tacitẽ vel expresè reuocari. leg. post perfectam. C. de don. quæ sub mod. & sic durauit, quamuis donatrix secundo nupserit. Et per prædicta remanet respõsum ad illud primo allegatũ in cõtrariũ. Nec ẽt obstat ultimũ, uidelicet, ꝙ † dicatur donatio facta in fraudem secũdi mariti, quia pp donõnẽ nõ est factũ, quominus habuerit totã dotẽ pcedentis matrimonij, qa executio donationis collata fuit post mortem donatricis, & sic ea uiuente, & matrimonio cõstante totã dictã dotem consequi potuit, & consequutus fuit. Nec ẽt excluditur a lucro dotis sol. mat. quod defertur ex statuto, qđ non transcendit dimidiam, quæ ex hac donatione non reperitur diminuta, & ubi statutum aliter non disponat, consequi non posset ex dote, & ex ea lucrari plusquam haberet filia præcedentis matrimonij, secundum Bar. in dispu. inci. Mulier habens magnum patrimonium, &c. in principio solutionis, & idem etiam tenet in l. hac edictali in princ. C. de secun. nup. & ita statutum simpliciter loquens est interpretandum secundũ eũ, ex q bus sequitur, ꝙ aliquo respectu non põt dici, ꝙ dicta donõ facta sit in fraudem ultimi mariti, & ubi ẽt in fraudẽ eius dici posset facta, ꝙ tñ omnino non est uerum, nihilo minus ex quo

quo dictus maritus est hæres vxoris, non potest allegare dictã
11 fraudẽ & turpitudinem defunctæ, quia † sicut quis non põt propriam turpitudinem allegare, ita etiam nec hæres auditur allegans turpitudinem defuncti, vt est casus in l.si creditoribus C.de seruo pign.dat.manu.& ideo non potest allegari etiam ex cipiendo, nisi contrã illũ, q fuit particeps turpitudinis, ẽm Barto.in l.iurisiurandum qđ ex conuentione.§. fin. de iureiu.cum quo transeunt alij ibi. & in cap. tertio loco . de prob.& de qua fraude non potuerunt participare fratres saltem absentes do. Blancæ donatarij, quia coniunctus præsumitur ignorare factũ defuncti absentis, secundum Bar.in l.is potest. de acqui. hære.
12 & probatur in l.† Titius.§.Lucius. de libe.& posth. & ibi not. Doc.& si dicatur in contrarium quoad do.Petrum præsentem quasi ꝙ præsumatur sciuisse, ꝙ soror erat paulo post matrimonium contractura.l.octaui.vnde cogna. & l. de tutela.C.de in integ.resti.mino.adhuc tamen dictus hæres allegans fraudem alia ratione non debet audiri, quia, vt dixi, quoad lucrum, qđ statuto sibi defertur, damnum non patitur, & quoad residuũ,
13 qđ vult ut hæres retinere, vult lucrari, & ideo non debet † audiri, quia demum allegans turpitudinem excipiendo auditur contra participem turpitudinis, quando ille tractat de damno, & ille contra quem de lucro, & est secus, quando etiã allegans de lucro agit.l.viro atq.vxore.sol.ma & l.apud Celsũ.§. Marcellus.de doli excep.& declarat Bar.in d. §.fi. Præterea ex quo legauit do.Blanca fratribus suis in testamento libras septingentas, quoad legatum istius quãtitatis non uideo, quod oriri possit aliquod dubium. Et propterea contrarium ex præmissis videtur concludendum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Filio spurio pater nihil donare potest, etiam ex meritorum cã si de illis non constat.nu. 2.*
3 *Donatio eis causa finita, finitur & donatio.*
4 *L.si unquam.C.de reuo.dona. habet locum etiam quando alteri filio facta fuit donatio, nec in legitima firma manet, si facta fuit spurio.*
5 *Lex prædicta habet locum nedum si omnia bona, uel maior pars donetur, sed etiam si una res, cuius æstimatio non ascendat ad dimidium bonorum donantis.*
6 *Donatio facta filio spurio ualet usq. ad summam alimentorum debitam.*
7 *Dotem succedere in locum alimentorum, non est simpliciter verum nec de causa dotis ad causam alimentorum valet argu.*
8 *Donatio facta filio spurio censetur facta pro alimentis debitis, cum pater illorum sit debitor necessarius.*
9 *Promissio annua facta pauperi præsumitur facta ex causa alimentorum.*
10 *Expressio meritorũ in donatione facta spurio præsumitur simulata, si de illis non appareat.*
11 *Filium spurium nedum tenetur alere pater, sed etiam eius filios ex legitimo matrimonio natos.*
12 *Dispositio.c.cum haberet.de eo qui duxit in matrimo.quã polluit per adulter.non solum habet locũ in terris ecclesię, sed etiã in terris imperij.*
13 *Donatio facta filio spurio non reuocatur per superuenientiam filiorum legitimorum in eo, quod sibi debetur occasione alimentorum.*
14 *L.si unquam.C.de reuocan. dona. solum habet locũ, quando res donata est talis, quã verisimiliter arbitrio boni viri pater non donasset, si filium postea natum tunc habuisset.*

CONSILIVM CXXIIII.

VIDETVR prima consideratione dicendum ꝙ donatio quingentorum ducatorum facta filio spurio per patrem ab initio non ualuerit, quia
1 tali filio † pater donare non potest. leg.j. C. de natur. liber. auth. ex complexu. C. de incest. nup.per Bar.in l.fin.§.si a socero.quæ in fraud. cred. & in leg. fi.de his quibus vt indig.& quamuis Bar. in dictis locis dicere videatur, qđ valeat vsque ad mensuram alimentorum quæ filio spurio hodie debentur, per cap.cum haberet. de eo q. dux. in matri. quam pollu. per adulter. tamen illa dispositio iuris canonici locum habet duntaxat in terris ecclesiæ, sed in terris Imperii remanet dispositio iuris ciuilis, secundum quam filio spurio nihil põt relinqui, uel donari, ut in prædictis iurib. ꝓ ut declarat & voluit Imo.in l.ex facto.§.si quis rogatus.ad Tre. & Alex.in l.1.in fi.4.col.soluto matrimonio, in l.cogi.§. hi qui solidum.ad Treb.& in consi.74.aliàs 71.inci.Circa primũ.vlt.
2 col.3.volu. Præterea † in casu nostro non est facta donatio ex cã alimentorum, ut dicit etiam Alex.in d.consi.immo in hoc casu allegatur alia cã, s.meritorum ipsius, quę etiam non iuuat, si de meritis non constet, quia in fraudem legis hoc dictum fuisse præsumitur.l.qui testamentũ.de probatio.l. cum quis decedens.§.Titia.de leg. 3.gl.per Docto.approbatam in l. si donatione.C.de collatio. cum concor. de quib.ibi late per Alexan. & propterea cũ de meritis non appareat, præsumitur donatio simulata adeo ꝙ non potest ualere, ut simplex donatio, & sic in cãm alimentorũ cedere non põt, secundum Ang. & Roma. in d.l.si donatione.per gl.ibi, qui per hoc dicũt, ꝙ si filio in potestate donauit pater propter benemerita, & de illis non constet, ꝙ donatio tanquam simulata non confirmabitur morte, & per alia, de quibus ibi per eos, & ubi etiam pro alimentis ualuisset, tamen per mortem filii cã alimentorum fuit finita.l. cũ
3 hi.§.modus.de transac.& consequenter † finita cã, dẽt donatio finiri.l.Titia.§.usuras.de lega. 2. & quasi in terminis per Abb. consi. 50.& consi.115.2.vol.vbi concludit, quod mortua filia spuria, cui pater dotem dedit, reuertitur dos ad patrem, vel ad hæredes patris, ex quo causa alimentorum cessat, propter quam apud eam dos remanebat, & interim remanere potuerat, iuxta nota. per Barto.in dict. authent. ex complexu.& in dict.§. si a socero.& in dict.leg.fin.& loquitur Abb.in ult.consi. etiam quando extabant filii ex dicta filia præmortua, & probatur ex no.per Bal.in l.cã quam. C. de fideicõ. vltra medium, dum dicit, ꝙ legatum prædium filio spurio pro alimẽtis ad hẽdes non transit.per d.leg.cum hi.§.modus. Et dato, ꝙ
4 † talis donatio ab initio etiam ualuisset, tamen per superuenientiam liberorum fuit ipso iure reuocata.l.si unquam, ẽm communem intellectum.C.de reuocan.dona.quæ locum hẽt etiã, qñ alteri filio esset facta donatio.l.si totas.& ibi Bar. & Bal. & alii communiter.C.de reuo.dona.& quamuis ibi dicatur, ꝙ vsque ad legitimam firma maneat, tamen in filio spurio hoc dici non potest, cui aliqua legitima non debetur.d.auth. ex complexu.iõ reuocari debet in totum, ac si cuilibet extraneo facta fuisset, quia pro extraneo reputatur, cum non sit nominãdus filius d.auth.ex complexu.& hinc est, ꝙ appellatione filii indistincte non continetur spurius rõne pmissa, secundum Bar.in d.l.ex facto.§.si quis rogatus ad Treb.& similiter per prædicta non potest pater filio spurio exemplarie substituere, secundum Bar. in l.ex facto.de uulg.& pup.& Bald.in l.humanitatis.C.de impu. & aliis subst.& ꝙ in odium sui habeatur pro extraneo, uoluit etiam Ray.& Cy.in l.fi. C.de natu.liber.de quo etiam ꝑ Alexa. in consi.præalleg.col. 2. ideo in eo locum uidetur habere sim-
5 pliciter dispositio.d.l.si vnquam.quæ locum † hẽt, nedũ si omnia bona uel maior pars donetur sed etiam si donetur una res, cuius æstimatio nõ ascendat ad dimidiam bonorum ipsius donantis, secundum Bar.in l.Titia.§.Imperator.de leg. 2. & Imo. in c.fi.de don.Rom.in l.sicut certi.C.de test.mili.Aret. in l. Titius.in prin.de libe.& posthu.& Ale.consi.71.inci.Consideratis his quæ narrantur.4.vol.mouentur per d.l.in verbo, partẽ aliquam quod verbum aliquam, in qualibet minima parte uerificatur, secundum gl.in cle. 1.de foro compe.& probatur in l. Gallus.§.in omnib.& ibi ponderat Areti.de lib.& posth.idem etiam tenet Soc.consi.215.incip.Visa prædicta facti, & c.vbi refert, sic fuisse consultum per plures solennes Doct.Idem ergo est dicendum, quando donauit certam quantitatem, vel speciẽ ascendentem ad quantitatem certam, sicut in casu nostro. Sed præmissis non obstantibus contrarium uerius arbitror, & in
6 primis dico, ꝙ talis donatio a principio ualuit usq; ad summã alimentorum debitam huic filio spurio, quam ista donatio nõ excedit habito respectu ad patrimonium patris donantis, & ad eius facultates, secundum quas alimenta taxantur.d.c.cum haberet.in fin.& ibi no.l.si quis a liberis.in prin.& §.si quis. de libe.agn.& C.de alien.li.l.ulti.quod autem ualuerit donatio ꝓbatur ex no.per Bar.in d.l.fi.§.si a socero.& in d.auth.ex complexu.& in d.l.fi.dum concludit, ꝙ dos, quæ apud filiam spuriã

debet

debet esse ex titulo lucratiuo.d.§.si a socero. apud eam remanet etiam soluto matrimonio morte uiri pro quantitate alimẽtorum necessaria,& sic quamuis tradita sit a patre ex cã dotis retinetur tamen pro alimẽtis, sic ergo quamuis in casu nostro non possit ualere propter causam meritorũ expressam, habebit tamen locum retentio, & petitio ex cã almentorum. Nec 7 obstat,ꝙ † cã dotis succedat loco alimentorum, quia hoc non est verum simpliciter, nec de dotis causa valet argu. ad causam alimentorum,secundum Ang.in l.a filia.in prin. ad Treb. in fi. C.de dot.promis.Sal.in auth.res quæ.C.commu.de leg.Imo.& Pau.de Cast.in l.1.sol.mat.& latius per Alex.ibi in 3. & 4.co-8 lum.per plura quæ alleg. Præterea † cum pater sit debitor alimentorum necessarius ipsius filii.d.c.cum haberet.in dubio videtur donasse pro alimentis debitis,& animo compensandi ꝓ eis,sicut quãdo debitor necessarius legat creditori.l.si cum dotem.§.si pater.solu.matri.& ibi Doct. in auth. præterea. C. de vnde vir & vxor.& in l.huiusmodi.§.cũ pater.de lega.1.& ꝓ sertim in casu nostro,in quo donatio valere non potest, nisi ex cã alimentorum,ideo ut actus valeat ob illam causam, & animo compensandi,cum illa,præsumi debet facta donatio.l.quoties. de reb.dub.& l.quoties.de uer.ob.& no.in l.veterib.de pact.ad hoc facit,quod.no.Bar.& Ang.& Doc.communiter in l. si Sti-9 chum.§.1.de ver.obl.ubi concluditur† ꝙ promissio annua facta pauperi præsumitur facta ex causa alimentorum, sicut dicitur de annuo legato pauperi relicto. leg.legatum. cum glo.de capit.dimi.leg. si cui.& ibi nos.& l. codicillis, cum ibi not. de annuis leg.& leg.cum hi.§.si in annos.& ibi etiam per Bart. de transac.quemadmodum ergo in casu Bar.ex qualitate personæ & ex modo legandi præsumitur causa alimentorum, sic in casu nostro debet præsumi,ex eo quod donatio aliter valere non possit, & quia ad alimenta pater tenetur ex dispositione legali & bene facit.l.triticum.de uerb.obliga. & quod ibi nota. Barto.ubi dicit, ꝙ stipulatio sine causa præsumitur facta ex causa præcedentis contractus, siue incontinenti præcesserit, siue ex interuallo,& sic patet,quod promissio,quæ aliàs ualere non potest, conualidatur ex causa, ex quo oritur præcedens obli-10 gatio.Non obst.expressio alterius † causæ,scilicet meritorium quia cum de meritis non appareat expressio, illius causæ præsumitur simulata, & quod nõ fuerit motus ex illa causa expressa,sed ex alia, uidelicet, alimentorum, ex qua donare potuit, & non annullatur donatio propter causam expressam,sed sustinetur ex cã præsumpta,ut concludit Ale. in d.l. si donatione. C.de colla.col.5.dum vult,quod donatio facta filio in potestate ob merita confirmetur morte,quamuis de meritis non constet,prout uoluit ẽt ibi Nic.de Mattha.Bal.& Raph.ibi,& glo. in l.2.§.filiũ.pro hær.& in l.1.§. si pater. pro dona. quia ꝯm eũ expressio cãæ meritorum,de quibus non apparet,est simulata & dicuntur partes fingere donationem esse remuneratoriam, cum in ueritate sit simplex, vnde debet ualere tanquã simplex donatio,ut per totum tit. plus uale.quod agi. & quia utile per inutile non uitiatur,& subdit, ꝙ cum pater sciret causam meritoriam subesse,dicitur adiecisse illam qualitatem meritorum, ut donatio esset efficacior, unde nõ debent operari contrariũ effectum.l.si mancipa.de fun.instruc. quæ rõnes locum habẽt in casu nr̃o,adhuc etiam not.per Pet.& Cy.in l.1.in fi. C. de sacrosan.eccl.& ꝑ Bar.in l.cum quis decedens.§.Titia.de lega. 3. dum dñt,ꝙ quando maritus confitet̃ se debitorem uxoris, talis confessio dr̃ facta in fraudem legis,& sic animo donandi,& non impeditur morte confirmari, facit ẽt,qđ no.Bar.in l.j. de don.cau.mor. ubi dixit,quod si quis donat absenti causa mortis,talis donatio,quæ ualere non potest, ut agitur, ualebit ut legatum. Et per hæc tollitur unum, quod allegabatur in contrarium,dum dicebatur;quod talis donatio facta ob merita,de quibus non constabat,nõ poterat etiam ualere ob causam alimentorum.ꝯm Ang.& Rom.in d.l.si donatione, quoniam qđ ipsi dicunt,est falsum,& contra communem opi.de qua supra prout ibi declarat Ale.Item non obst.quod per mortem filii cã alimentorum sit finita.l.cum hi.§. si modum.de transac.& per consequens,quod donatio facta ob alimenta ad hæredes non possit transire,secundum Bal.in d.l.eam quam.& Abb.in con-11 siliis in contrarium allegatis,quia pater nedum † tenetur alere filium spurium,sed ẽt eius filios natos ex legitimo matrimonio.d.c.cum haberet.in fi.ubi dicitur, quod tenetur subministrare necessaria liberis suis secundũ ꝙ eius suppetunt facultates.Appellatione autẽ liberorũ, de quib.in tex. veniũt omnes descendentes ex filio.l.liberorũ.de verb.sign.immo etiam si ille tex.de filijs loqueretur,adhuc nepotes venirent, quia in dispositione legis facta fauore filiorum ueniunt nepotes, vt late probat Bar.in d.l.liberorũ.& Pe.de Anch.in cle.j.de baptism. in c.1.de consti.circa med.& Cardi.in c.3.de verb.sign. cũ suis concor.Hinc etiam uidemus, ꝙ pater nõ solum tenetur alere filium,sed ẽt eius filios & vxorẽ,vt no.in l.si quis a liberis.§.nõ tantum.de liber.agnoscẽ. Cũ ergo pater in casu nostro donauerit filio stipulanti pro se,& heredib.suis,ad filios filij stipulatio porrigitur,& in illis verificatur, quia in materia sui natura non transitoria ad hæredes extraneos veniunt filij,ꝯm Bar. & Doc.in l.Gallus.§.etiam si parente.de liber.& posth.& per cõsequens censetur esse duplex donatio ex cã alimentorum.s. in persona filij,& alia in persona nepotũ. l.stipulatio ista.§.si qs. ita.de ver.ob.& sic dicti nepotes veniunt ex propria donatione,& non ex donatione patris,quæ erat personalis & cũ persona finiebatur.d.§.si quis ita.& hoc etiã vult expresse d.Abb. in 12 consi.50.Non obstat insuper,dũ † dicebat̃,ꝙ dispositio iuris canonici,de qua in d.c.cum haberet. locum non habet in terris Imperij,sed solum in terris ecclesiæ, secundũ Doc. in locis in ꝯtrariũ alleg. quia hoc est falsum,& cõtrariũ tenet do.Abb. in d.c.cũ haberet, quia ecclesia statuit sic ex quadam æquitate naturali,ne filij priuati alimentis pereant,& dicit ita etiam sentire Bar.in d.auth.ex complexu.& idem tenet in d.cons.115.dũ concludit,ꝙ decisio illius.c.locum habeat in ciuitate Senarũ, quę non est de terris ecclesiæ.& Bal.consi.456.incip. Recolo, &c.5.vol.idẽ tenet in decreto Mediolani, qđ est de terris Imperij,idem expresse tenet d.Bal.nouellus in trac.de dote, speciali.157.partis prin.ita.ꝙ ista opi.est magis communis,& verior,per rõnes assignatas in dictis locis, quas aliter nõ refero. Et propterea vbi dicta donatio nõ sufficeret pro alimentis debitis istis nepotib.ex filio spurio dico ꝙ supplemẽtum petere possent ab hr̃dib.aui p̃rni,quia onus alimentorũ trãsit ad eos. l.si quis a liberis.§.idem rescriptũ.de libe. agnos.Itẽ ex ꝑmissis constat clarè,ꝙ ubi donatio nõ ualuisset ab initio, vel vbi fuisset reuocata ex post facto,ꝙ alimenta deberẽtur dictis nepotibus,quæ venirent taxanda ꝯm facultates aui præmortui, d.c. cũ haberet. Postquã igitur vidimus dictam donationẽ ab ini-13 tio valuisse, videndũ † restat, vtrũ per superuenientiam filiæ fuerit reuocata,& indubitanter arbitror ꝙ non,quia,vt in ꝓcedentibus dictum est,alimenta debentur filio spurio & nepotibus ex eo,quando aũt vni ex filijs donatur, per superuenientiam liberorũ nõ reuocatur donatio quoad legitimam debitã donatario,sed in eo tantum, qđ hẽt supra legitimã.l.si totas, & ibi per Bar.& alios.C.de inoff. don. sicut ergo firma manet donatio respectu eius, ꝙ debetur occasione legitimæ debitæ, eadem ratione debet firma manere quoad id, qđ filio debetur occasione alimentorũ quia vtroq; casu est eadem ratio. Nam quoad legitimam,& quoad alimenta,quæ ex necessitate debẽtur,non potest dici mera,& vera donatio,quia in necessitatib. nemo liberalis existit.l.rem legatã.de adimen.lega.ideo in tali donatione facta ob causam necessariam locum non habet.d.l. si unquam sicut videmus, ꝙ locũ non habet in donatione ob merita,quando de meritis constat,quia subest causa descendẽs ex obligatione naturali,ad antidora,iuxta no.in l.sed si lege.§. consuluit.de peti.hære.ut uoluit Bal.& Ang.in d.l.si unquam. Bal.& Moder.in l. j.C.de pac.Old.consi.inci.Titius dedit,&c. Rom.in l.si uero.§.de uiro.solu.mat. in 48. fallen. & in consi. 23.inci.Pro decisione,&c.circa. 3. col. ubi etiã dicunt,ꝙ d.l.si unquã locum hẽt in simplici & pura donatione,non autem in donatione ob cãm,quia ergo ob cãm tacitam & subintellectã, s.alimentorum ꝑsumitur hæc donatio facta,ut dixi. supra, nõ potest habere locũ d.l.si unquã.& quia cã alimẽtorum,ob quã facta fuit,erat necessaria,d.l.si totas.immo in casu nostro facilius debet donatio conseruari, quã in casu illius.l. in quo non reuocatur quoad legitimam, quæ non est eius filio debita. l. j. §.si impuberi.de coll.bono. At alimenta filio debẽtur a patre, dum uiuit.d.c.cum haberet.iõ conseruari debet facilius ista donatio pro concurrenti quantitate alimentorum. Præterea di-14 spositio.† d.l.si unquã,est in hoc fundata, quia lex præsumit, ꝙ si pater de filijs cogitasset,non donasset,ꝯm Doc.in d.l.si unquam.

quam.& Bar.& alios in d.l.si totas.& ubi dicta ratio,cessat,cessat dispō.l.adigere.§.quāuis,de iure patr.& ideo dicit Soc.ī d. cons.215.ꝙ cū ista.q.verteretur in ciuitate Senarū, cōclusum fuit, ꝙ res donata debet esse talis, quam uerisimiliter arbitrio boni viri pater non donasset,si filium postea natū tunc habuisset.& idem refert,& uoluit clarius in alio cōsi.incip. Visa facti contingentia,&c.qđ est nu.147.col.pen.& ibi dicit ita tenere do.Io.Baptistā Caccialup.in l.si cum vel in vtero.C.de test.milita.dicentē ita fuisse iudicatum Senis,alleg.ēt Aret. ita velle in l.Titius.in prin.de libe. & posth. Non est autem dubium, ꝙ si tempore donationis habuisset filiā postea natā,ꝙ suis nepotibus ex filio spurio,& etiā ipsi filio habenti iam dictos nepotes donasset dictam summā ducatorū quingentorū,cū non excedant modū alimentorū,nec ēt ascendāt ad illā,ad quam ipse erat obligatus,facultatib.ēt eius attentis,iō non dēt dicta donatio reuocari,& eo magis quia filiā vnicam suscepit,quę potest sibi cōmodius prospicere cū minori patrimonio quam masculus,vt experientia docet,propterea ꝑ hanc solam filiam minus non donasset,ēt si tpe donationis superuixisset,præsertim cum ad alimenta,vt sæpe dictū est,teneretur, & hanc ēt vltimā considerationem habuit in proposito.d. Pet. Philip. Corne.in consi.4.inci.Dubia satis visa, &c. 3.vol. De insinuatione nihil dico,tum quia de iure communi non est necessaria,& quia nō excedit summam ducatorum quingentorum.l.sancimus.C.de dona.& quia est ob causam.s. alimentorum.l. Aquilius.de dona.& ibi per Doc.tum etiam quia statutum hoc casu aliter non disponit,nec isto casu loquitur.Ex quib.concluditur,ꝙ huiusmodi donatio per superuenientiam filiæ non fuit reuocata,& ad d.l.si vnquam.multiplex responsio colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio uidetur facta in fraudem legis quādo donatarius intra triduum donat filijs donantis.*
2 *Actus in frandem legis est nullus ipso iure, in fraudem vero hominis ualet, sed reuocatur.*
3 *Donatio nulla ex defectu insinuationis non potest morte confirmari,etiam vsq. ad legitimam summam.*
4 *Turpitudo propria excipiendo allegari potest,vt hic.*
5 *Fraus seu simulatio quando allegari possit,per illam committē. distinguuntur casus.*
6 *Iuramentum firmat contractum in fraudem legis factum, licet secus sit in simulato.*
7 *Et sicut repellit donantem, quia ualidat actum,ita & eius hæredem.*
8 *Iuramentum supplet defectum insinuationis.*

CONSILIVM CXXV.

VISO themate, & omnibus, quæ proponuntur in facto,& etiam in iure per eximios Doc.patres hono. adhuc dubium facit, quod donatio 1 † facta per do.Iac.de Pizinardis d.Balthasar,de Melijs de Cremona videtur in fraudem legis facta, quæ annullat donationem factam inter patrem & filium. leg. antepe.C.de don. inter vir. & vxor. & de qua fraude constare dicitur, quia dictus d. Balthasar intra triduum eandem possessionem sibi donatam donauit Io.Georgio ac Leoni filijs dicti do.Iac.donatoris,vt probatur ex no.per Bart.in leg.2.C.de acqui.hære.vbi dicit,ꝙ si filius, qui se abstinuit ab hæreditate patris,postea mala fide bona paterna emat, uidetur suam abstensionem reuocare, & ſm eum de mala fide potest ex tribus apparere, & inter alia, si post abstensionem emit incontinenti, per leg. si ventri. §. in bonis. de priui. cred. & idem probatur ex no.per Alexan.post Bart.in leg.si is qui.de vulg.& pup.vbi concludit Bar.quod si filius spurius emit ab illo, cui pater uendidit,fraus præsumitur,& quamuis aliqui contradicant, tamē aliquib.casib.opi.Bar.sustinetur per Alex.& præsertim quādo pater vendidisset extraneo,& extraneus ille incontinenti vendidisset filio spurio, quia ex actus continuatione, secundum eum,fraus præsumitur.d.§.in bonis. multo ergo magis hoc dicendum est,quando donatarius extraneus incontinenti donauit filio donatoris,& faciunt notata per Bar. in leg.post cōtractum.de donatio.videt,enim dominus Iacob.filio donasse per interpositam personam,ut sentit Bar.in d.l.si is qui.post Iaco. de Are. dum alleg. leg. 1. C.de natura. liber. ideo talis donatio non ualuit.leg.si sponsus.in princip.de donationibus inter virum & uxorem. Si ergo in fraudem legis facta præsumitur donatio, ergo est nulla,quia licet 2 † alienatio facta in fraudem hominis ualeat ipso iure, & eo plus sit reuocatoria, facta tamen in fraudem legis est ipso iure nulla. leg. si libertus in princ. de iure patron.ubi probatur dicta distinctio, & ibi nota. Bartol. Nec iuramentum præstitum ipsi dom. Balthasari videtur aliquid operari in fraudem filiorum ipsius dom.Iacob.donantis. Quia iuramentum vni præstitum non prodest alteri, nec nocet.cap.sicut,& capitulo intellecto.de iureiu.& leg.3.ver. pen. ff. eodem. & per Ioan.Andr. in addi. Spec.incip.Ordine quo supra, &c. & per Barto.in leg. Titia. §. Imperator.de legat. 2. & in leg.hac edicta.in princ. C. de secun.nup.& Bald.in leg. j. C.de inofficio. dona.licet enim ex breuitate temporis, ut dictum est, præsumatur filio pater per interpositam personam donasse,tamen quia fuit interposita a patre & non a filio,non potuit filio quæri.d. leg. si sponsus. in princip. iuncta gloss. 1. 3 † Nec videtur etiam ualida dicta donatio propter defectū insinuationis.leg.sancimus. C. de donatio. & propter hoc facta filio non potest morte confirmari.d.leg.antepenult.C. de dona.inter uirum & uxorem.ubi probatur,quòd non confirmatur etiam usque ad legitimam summam,& hoc ibi uult no. Sali.& ratio secundum eum assignatur ibi in gl.quia caret duob. adminiculis,scilicet ratione rei & personæ, & sequitur Soci.in l.1.solut.matrim.in penult.char.ver.circa secundum articulū. & refert se ita consuluisse, & cōsilium a collegio Pisano approbatum fuisse,&c.Nec obst.ꝙ allegari non possit, donationem esse factam in frandem,nec per d.Iac. nec per eius hæredē, qa allegaret propriam turpitudinem, vel defuncti, quod non licet.leg.cum profitearis.C.de reuo.don. & l. si creditorib.C.de seruo pign.da.manu.& per Bar.in cons.65.incip.Factum tale est,Petrus Nicolæ,&c.quia illud procedit, quando quis agendo vult fundare intentionem suam ex turpitudine allegata, sed 4 † replicando,vel excipiendo pōt contra eum,qui fuit particeps turpitudinis,si tractet de lucro & aduersarius de dāno.l. apud Celsum.§.Marcellus.de doli exceptio.& declarat Bar.cum quo transeunt alii communiter in l.iurisiurandum, qđ ex conuentione.§.fi.de iureiuran.& Doct.in cap.inter dilectos. de dona. & do.Anto. in c.cum super. de concessio. præben. & quamuis in casu nostro Ioannes Georgius, & Leo eius frater non diceretur fraudis participes,quia inter eos & patrem donantem nihil gestum est,quia tamen habuerunt cām a domino Balthasare,qui participauit de fraude,potest ꝯ eos fraus allegari replicando uel excipiendo,sicut allegari potuisset contra eorum auctorem,a quo prætendunt causam lucratiuam.d.l. apud Celsū §.si cum legitima.& per Bar.in l.doli clausula.de noua.quinimmo ex no.per Bar.ibi probatur,idem esse,etiā si.Io. Georgius causam habuisset onerosam a d.Balthasare, & idem probat latius & tenet Soci.in consi.264.inci.Visis instrumentis in 5. q. &c.quod aliter non prosequor.quia ad rem nostram non pertinet.Præterea,quis non potest allegare fraudem & turpitudinem propriā,quando contractus factus in fraudem ualet, sed vbi est nullus,licet etiam interuenit fraus sicut in casu nostro donatio ipso iure non tenet, quia in fraudem legis facta non prohibetur quis fraudem indistinctè allegare,ſm Bal.in d.l.cū profitearis.C.de reuocan.dona.tex.cum gl.in l.præses.C.de re uo.his quæ in frau.credi.& Pau. de Cast.in l. contra legem.ff. de legi.& in consi.82.inci.Visis his,&c. qa secundum eū principaliter deducitur nullitas,& fraus per uiam causæ,ut quia petitur declarari contractum nullum,quia factus est in fraudem & iō primum,quod est permissum,iuxta no.ꝑ Bart.in l.q. sub conditione.de cōditionibus institutio.trahit ad se aliud ꝓhibitum.l.is qui duos.de libe.lega.Sed ꝓmisis non ob.contrarium puto uerius,& probabilius,& ultra allegata per alios.d.consultores est aduertendum,ꝙ 5 † aliquando contractus est factus in fraudem hominis,puta creditorum, & isto casu ualet, & nō pt per illum,qui fraudem commisit, allegari turpitudo propria, ſm Bar.in d.l.post contractum.& in d.l.iusiurandum,quod ex conuentione.§.fi.de iureiu.& per Doct.in locis præallega. Aliquando & secundo contractus est simulatus tantummodo,& de fraude non participat,& tunc est nullus.l.imaginaria.de re. iuris.

iuris.& l.nuda.de contrahen.emp.& ꝑ Bart. in locis præalleg. & isto casu potest indistincte simulatio allegari, quia non fundat quis se in aliqua turpitudine, sed in nullitate dũtaxat, & hoc casu loquitur Bar.& Sal.in d.l.filius.& Pau.de Cast.in l.contra legem.Quãq; & tertio contractus est nullus, ac etiam fraudem, & isto casu est subdistinguẽdum, quia aut nullitas non cãtur a fraude, sed a simulatione, quæ facit abesse consensum, sicut cõtingit, qñ partes non habent animum contrahendi, & hoc constat, sed fingunt contrahere, puta donare in fraudem hominis. d.l.præses.C.de dona.& tunc si nullitas proponatur principaliter, & fraus allegetur per modum cãæ, admitti posset, secundum Bal. in d.l.cum profitearis.& Pau.de Cast.in d.consi. qui hoc casu loquuntur, vel forte & melius dici potest, ꝙ fraus allegari non possit, quando concurrit cum simulatione, vt vr̃ satis aperte velle Bart. in d.l. post contractum, & Aret.clarius in consi.96.ver.circa tertium, & c.vel saltem dicto casu seruari debet distinctio Bar.in d.l.iurisiurandum.§.fi. prout ẽt uult & late declarat Soci.in d.consi.& satis vr̃ esse de mente Are. in cõs. 65.& quia iste non est casus noster, aliter non insisto. Si vero nullitas contractus non causatur a simulatione, sed a fraude, sicut quando quis habet animum contrahendi, puta donandi, sed iõ non ualet donatio, quia facta est in fraudem legis, puta de persona ad personam.l.si sponsus.in prin.de dona. inter vi. & vxo.& no.in d.l.contra legem.& isto casu simulatio non cõcurrit cum fraude, quia non abest animus ꝯtrahendi, sed ꝯtus dr̃ mere & simpliciter factus in fraudem, & iste est proprie casus nr̃, qui d.Iacobus volebat donare. Si ergo quæritur, an donans isto casu, vel eius successor possit allegare contractum eẽ factum in fraudem legis, & est dicendum, ꝙ non, ad fundandũ intentionẽ agentis.d.l.cum profitearis.quę ẽt hunc casum cõprehendit, & colligitur ex no.ꝑ Bar.in d.l.post contractũ.& in d.consi.incip.Petrus Nicolæ, &c. & clare ẽt sentit hoc Paul.de Cast.in d.consi.quia hoc casu cessat rõ ibi assignata ꝑ eum ex quo de simulatione non participat, sed solum de fraude sed replicando vel excipiendo posset regulariter allegari contra illũ, qui fuit particeps criminis, & hẽt cãm lucratiuam, ſm Bart. in d.§.fi.& similiter etiam contra eius successorem ex cã lucratiua.d.l. apud Celsum.§. si cum legitima. sed tamen in casu nr̃o dico, ꝙ donans uel aliquis hæres illius speciali rõne non debet audiri allegando fraudem, quamuis do. Balthasar donatarius participauerit de fraude, & illi successerit Ioannes Georgius ex causa lucratiua, & hoc rõne iuramenti, seu ꝑꝑ iuramẽtum præstitum per dom. Iacobum donantem, qui iurauit semper & omni tempore firma, rata & grata habere omnia & singula in instrumento contenta, & quod non contrafaciet, nec contraueniet auxilio alicuius legis, nec beneficio alicuius statuti, 6 &c. quamuis † igitur iste contractus fuerit in fraudem legis factus, & sic sit nullus, iuramento tamen firmatur & ualidatur, & in hoc differt a contractu simulato, qui non habent consensum, quia ille non firmatur iuramento, ut nota, in leg. emptor. C. plus valet. quod agi. sed factus in fraudem legis iuramento firmatur in præiudicium iurantis & fraudem committentis, ut nota uult, & declarat Paul. de Castr. in dicta leg. contra legem.in fin. & præsertim in casu nostro hoc procedit, quia fraus, quæ fit legi, isto casu est contra illud, quod est introductum de iure positiuo, & prohibitum per legem ciuilem, ideo talis fraus de præterito remitti potest per iuramentum, per no.per Bald.in leg.C.de colla.in 9.quæst. & per Imol.in c. cum contingat. de iureiuran.& Alex.in leg.pactum. quod dotali. C. de pact. & sicut etiam per iuramentum confirmaretur donatio inter patrem, & filium, secundum Alexand.in leg. si donatione.C.de colla.per alios in locis ibi ad allega.per eum, 7 & do.consultores, & † sicut repellitur donans, quia iuramentum ualidat actum, sic etiam debet eius hæres repelli, secundũ Barto.in l.si quis pro eod.in princip.de fideiuss.& communiter Doct.in cap.cum contingat.de iureiuran.& Ang.& Moder.in l.qui superstitis.de acqui.hæred.Et propterea non potest fraus allegari contra participem, fraudis, quamuis tractet de lucro, etiam excipiendo, uel replicando, quia donãs iurauit non contrauenire prout dictis casibus contraueniri diceretur, secundum gloss.in leg.qui bona.§.cum inter.de dam.infect.& Bart. in l.si vnus.§. pactus. de pact. & facit.leg. si quis maior.C. de transact. & quod nota. Barto. in leg. amplius non peti. rem rat. habe. quia igitur contra dom. Balthasarem non potuit per do.Iaco. neque per aliquem suum hæredem fraus allegari, & hoc uirtute dicti iuramenti, minus etiam allegari potest contra dictum Ioan. Georgium habentem causam ab eo, & qui non fuit particeps fraudis, quoniã secundũ Bar.in d.§.fi. cõtra illum, qui non est particeps fraudis, non potest propria turpitudo allegari, & quamuis hic fuerit particeps fraudis auctor Io.Georgij, quia tamen propter iuramentũ cõtractus cũ eo factus valuit, & fraus etiam cõtra eũ allegari non potest, vt dixi, quoad eius successorẽ, est perinde ac si cãm nõ haberet ab eo, qui de fraude participasset, & ex his sequitur, ꝙ collatio nõ habet locũ, quia Io.Georgius non habet rẽ donatã a patre, sed a socero, cui prius donauerat do. Iaco. & quæ donatio quãuis in fraudem legis facta ꝑpter iuramentũ valuit, & propter qđ fraus allegari quoquo modo nõ põt. Nec ẽt obst.ꝙ per superuenientiã liberorũ sit reuocata dicta donatio etiam iurata, ſm Bar.in l.Titia.§.Imperato. de leg.2.& Bal.in l.1.C.de reuo. dona. & Doc.in c.fi.de don.quia ſm prædictos non inducitur dicto casu reuocatio, si de liberis nascituris tempore donationis fuit cogitatũ, nec isto casu secundum eos locum habet.l.si vnquam.C.de reuo.don.& prout etiam dixerunt alij do.consulẽtes, qui etiam dicunt, & bene, ꝙ in casu nostro de liberis apparet fuisse cogitatum, ex illa conuentione incontinenti facta inter do.Iac.& d.Balthasarẽ, per quam promisit dictus d.Iac.ꝑdictos filios suos iã natos non facere inæquales alijs filijs nascituris, si quos nasci contingeret, qđ autem ista conuentio sit facta immediate post ipsam donationem, & per consequens qđ tempore donationis sit de filijs nascituris cogitatũ, probatur ex eo, quia promissio & dicta conuentio facta est eadẽ die, eodem loco, & coram eisdem testib.ſm Bal. no.in l. pen.§. si vir. sol.mat.& in l.legem.C.de pac.Non ob.postremo defectus in 8 sinuationis, quia propter † iuramentũ suppletur, & illud operatur, ꝙ propter omissam insinuationẽ donatio nõ vitietur, ſm Io.And.in addi.Spe.in tit.de inst.edit.§.porrò.in vlt.addi.& Fede.de Senis in consi.281.& Bal.& Abb.in c.cum contingat.de iureiu.& Imo.ibi hoc latius prosequitur in x.mẽbro. & Abb.ĩ dispu.Stante statuto ciuitatis Senarũ, &c.& Alex.in consi.21.in 3.uol. vbi refert alios plures idem cõsuluisse, & Are.in cõs.77. in fi. Præterea ista donatio, vt dicunt D. cõsultores, facta fuit ob illã causam de futuro, vt do. Balthasar collocaret filiam suã in matrĩ Ioan.Georgio, ideo donatio facta ob illam vel aliam similem causam non indiget insinuatione, ſm glo.in §. illud in auth.vt fra.fi.& ibi Ang.& Bar.in l.Aquilius.de do.cum concor.de quibus per Alex.in d.cõsi.qui idem tenet, & sic cõcluditur, ꝙ donatio tenet, & ꝙ conferri non debet. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Verbum succedere, conuenit ultimæ voluntati, et est uerbum cõmune dupliciter.*
2 *Appellans aliquem suum hęredẽ in contractu, videtur illum instituere, quod procedit in milite & inter liberos.*
3 *Testamentum etiam inter liberos non valet iure testamenti, si in eo non sit institutio.*
4 *Verbum succedere, adiectum uniuersitati bonorum, importat institutionem, secus si rebus particularibus.*
5 *Conuentio reciproca de inuicem succedendo in certis bonis ob honestam causam ualet.*
6 *Donatio reciproca inter coniuges, si contingat alterum præmori ualet.*
7 *Conuentio de succedendo inuicem in bonis mobilibus, & immobilibus ualet, quia non ueniunt nomina debitorum.*
8 *Insinuatio in donatione ob causam non requiritur.*
9 *Nec ubi adest iuramentum in donatione.*
10 *Notarius stipulando acquirit ipso iure absenti, & ignoranti sine alia ratihabitione, reuocabiliter tamen.*
11 *Neptis ex filio masculo dicitur de linea masculina, sed contra nume.13.*
12 *Quando exclusus per existentiã filiorum in conditione positorũ remaneat perpetuo exclusus, vel non.*
14 *Donatio facta a principe sine testibus ualet.*
15 *Et etiam facta principe absenti, saltem in uim legati.*

CONSILIVM CXXVI.

PRIMO videndum est, quæ & qualis sit ista cõuentio facta inter illustr. do. Prosperum, & Marcum Antonium de Columna, & videtur prima facie dicendum, ꝙ sit vltima uoluntas qđ ex duobus apparere videtur. Et primo, quia actum est, ꝙ in omnibus dominijs & alijs bonis immobilibus eorũ succedant, & succedere debeant oẽs descendentes illorum, & cuiusq; eorũ masculi tantum in infinitum, qđ verbũ succedant, conuenit vltimę uoluntati, & est commune † ad successionem ex testamento & ab intestato, vt in rub. & in l. 1. & 2. C. cõmu. de succes. & l. & in personam. C. de fideicõ. & l. quamquã. C. ad le. Falc. & per Sali. in auth. præterea. C. vnde vir & uxor. & est verbum commune, hoc est directũ & obliquum, vt in dictis iuribus, & in l. restituta. §. fi. ad Treb. & ibi no. Bar. & in c. Raynutius. de testa. & per Bar. in l. centurio. de vulg. & pup. in vlt. col. Secundo ex alio idem probatur, id est inquantum prohibent detractionem Trebellianicæ, quia talis prohibitio esset superflua in dispositione inter uiuos, de qua non fit talis detractio, sed solum de vltima voluntate. institutio. de fideicõm. heredi. ꝑ totum, & ff. & C. ad Treb. per totum. ex qualitate ergo oneris iniuncti, i. dictæ prohibitionis, declaratur, ꝙ dicta conuentio non est actus inter viuos, sed ultimæ uoluntatis, ut bene probatur in l. Proculus. de vsufru. vbi habetur, ꝙ si leget testator vsumfructum domus cum hoc, ꝙ non possit altius tollere, ex hoc intelligitur relicta proprietas propter naturam inserti oneris, seu appositæ seruitutis, qđ onus cõuenit proprietario, & non usufructuario, qui altius tollere non potuisset, ẽt absq. illa prohibitione expressa, secundũ gl. ibi, & Bal. intelligitur ergo ꝯm eum de usufructu causali, qui est annexus proprietati, & proprietas illi, qđ est no. dignum ꝯm eum, qui etiam ex hoc infert, ꝙ si testãt legat vxori vsumfructũ fundi hoc adiecto, ꝙ ipsa nõ possit fundũ vendere, uel alienare ꝙ ꝑ hoc vř sibi relicta proprietas, q̃a ꝓhibitio qñq. ampliat, vt aliq̃d operetur, & in arg. alleg. l. si stipulatus, de vsur. & istud dictũ Bal. approbat ẽt Alex. in l. si cõstante. in prin. sol. mat. in 1. col. vñ vř, ꝙ p̃dicti simul sint testati, prout possunt duo simul testari. l. patris & filij cum ibi no. per Bart. de vulg. & pup. & quod inter liberos proprios valuerit testamentũ cuiuslibet, q̃uis fuerit imperfectum ratione solẽnitatis testium. l. hac consultissima. §. ex imperfecto. C. de testamen. & bene, probatur ex no. per Bar. in l. 2 tale pactum. §. fi. ff. de pact. vbi dicit notabiliter, ꝙ † si quis aliquem appellat hæredem suum in contractu, ꝙ videtur in illũ supremũ iudiciũ cõferre, & illũ hæredẽ instituere, qđ dicit ꝓcedere in milite, & inter liberos, per l. licet. C. de pactis. & ibi ꝑ Alexan. qui transit cum Barto. Quantum ergo ad liberos proprios dispositio uniuscuiusq. potest habere effectum, sed inter seipsos, ex quoad liberos alterius non potest dispositio vnius eorum, quæ est imperfecta respectu numeri testium, habere effectũ, & sic ex dispositione illustr. D. Prosperi non potest venire illustr. D. Marcus Antonius nec sui descendentes & econtra. & multominus possunt admitti illustris. d. Fabritius, & sui descendentes masculi. d. §. ex imperfecto. & ubi esset talis conuentio, dispositio inter uiuos, uidetur, quòd non valeat tanquam de futura successione, qđ non valet. l. pactum dotali. & l. fi. C. de pact. l. cum donationis. C. de trans. & l. hæreditas. C. de pact. conuen. & non videtur etiam ualere dicta conuẽtio quia per illã auferetur libera testamenti factio, cũ sit de oĩb. bonis acquisitis & in futurum ꝑ eos acquirendis. l. stipulatio hoc modo concepta. de uer. obl. & ibi ꝑ oẽs. & vbi ẽt ualeret inter prædictos, tamẽ quoad alios, puta. D. Fabritium, & suos descẽdentes, qui erant absentes, non ualuisset. l. absenti. de dona. & alia rõne non vř dicta conuentio ualere ut donatio, uidelicet, ex defectu insinuationis ultra quingẽtos aureos. leg. sancimus. C. de dona. & l. fi. de dona. ante nup. quæ loquitur in donatiõe propter nuptias facta in recompensatione dotis receptæ, & sic ob causam. Sed præmissis nõ ob. puto ꝙ ualeat dicta cõuẽtio & in primis dico, ꝙ prædicti illustr. D. non dicuntur voluisse testari, nec conuentionẽ valere iure testi, ꝙ patet, quia in illa non est facta institutio heredis, sine qua testm̃ valere non potest. l. proxime. de his quæ in testa. delẽ. l. fi. de condi. & inst. de 3 leg. §. ante hæredis, quod † etiam locũ habet inter liberos, ĩter quos non ualet testamentum iure testĩ, si testãt non dixit instituo, sed assigno, vel similia uerba, ꝯm Cy. in l. quoties. C. fam. ercis. & dicit gl. in l. fi. §. in ver. intestato. eo. tit. & ibi expressius Bal. ꝙ testamentum imperfectum inter filios ualet demum iure testĩ, qñ apparet, patrem uoluisse testari, ut quia fecit institutiones, secus si fecit legata, vel alias dispõnes, & ista etiam approbat Ale. in d. §. ex imperfecto. in princ. Non obstat, si forte dicatur, ꝙ uerbum succedat, quo vsi sunt p̃dicti, & quod est cõmune, ut dixi, importat institutionẽ, iuxta no. ꝑ gl. in l. his uerbis. in prin. de hr̃di. insti. quia illud est uerum, quando adiicitur 4 vniuersitati bonorum, sed hic fuit adiectus † rebus particularibus puta castris, dominiis, & bonis immobilib. quo casu non p̃t institutionem importare. l. cogi. in prin. uer. & generaliter. ad Treb. & ibi no. Doc. qđ procedit, si illud uerbum etiam sit appositum in persona filii & certę rei, uel quantitati, ut. s. etiam tunc trahatur ad institutionem. §. aliud quoq; capitulum. in auth. ut cum de appel. cogno. iuncto. §. cæterum. & prout firmat gl. Bar. Bal. & Ang. in d. l. his uerbis. & Richar. Malumb. in qua dã dispu. ut ibi refert Bar. & gl. in c. si pater. de testa. in 6. quam Bal. ibidem sequitur in repe. & dicit hanc eẽ communem opi. Citramon. quam etiam sequit̃ Ioa. Andr. de But. & Imo. in d. c. Raynutius. de test. cum cõcor. aliis, de q̃b. in d. l. cogi. ꝑ Rom. & Ale. qui dñt hanc esse communem opi. Nunq̃d autem dicta cõuẽtio ualere possit indistincte, id est quo ad oẽs iure codicillorum, p̃t eẽ magis dubium, & põt probabiliter dici, ꝙ sic, ex quo interuenerunt sex testes. l. fi. C. de codicil. & uerba ẽt p̃nt satis codicillis conuenire uerum, quia inter p̃dictos fuit facta cõuẽtio ꝑ stipulationem, & sic ꝑ uiã contractus, puto ꝙ nõ ualeat iure codicillorum. l. uerba contraxerunt. de uer. sig. & uerbum testandi de quo in tex. capit̃ large, & sic põt exponi, id est codicillandi, ꝑ no. insti. de test. in prin. & in l. 2. C. commu. de leg. q̃uis etiam si iure codicillorum ualeret dicta dispositio, haberemus intentum Nec ob. uerbum succedat, quo usi sunt prædicti quia potest etiam ad contractum & singularem successorẽ ex contractu adaptari. l. fluminum. §. adiicit̃. de dam. infe. Nec ob. prohibitio Trebellianicæ, quia facta fuit ad abundantem cautelam, quę non nocet. l. qui mutuam, in prin. ff. manda. & l. testamentum. C. de testa. Puto igit̃, ꝙ dicta cõuẽtio sit cõtractus, & promissio reciproca facta ob honestam cãm, secundũ Old. in cõs. 139. ad habendã aliquã notitiam, &c. in 2. dubio. ubi cõ5 cludit † ꝙ si duo adinuicem conuenerunt, ꝙ si quis eorum decederet sine filiis, altero superstite vel filijs eius ille hẽat certas res de bonis præmorientis, ꝙ dicta conuentio tanquam facta ob honestam cãm ualeat, & per l. 1. de donatio. & de qua cã honesta magis apparet in casu nostro, s. vt bona prædicta conseruentur in illa domo illustri de Colũna, ad decorem & cõseruationem ac augmentum illius, & istud etiam latius uult Ang. in cons. 79. Visis p̃dictis instrumentis, &c. in 1. col. vbi loquitur de conuentione mutua bonorum facta inter fratres post mortem descendentis sine filiis: & concludit, ꝙ valeat, si liberam testi factionem non auferat, ut quia expresse uel tacite lcã sit solũ de bonis p̃sentib. ꝑ gl. in l. fi. C. de pac. & per no. ibi ꝑ Petr. Iacob. Cy. Bar. & ꝑ gl. penul. in l. hæreditas. C. de pact. conuen. & incipit actio contra hæredem promissoris, nec hoc est nouum ꝯm eum, per l. 1. C. ut actio. ab hæred. & contra hæred. & ad hoc ẽt alleg. gl. in l. 1. de testamen. & plus uult Ang. ibi, ꝙ etiam si conuentio facta sit de omnib. bonis præsentib. & futuris valeat, q̃uis per illam prima facie uideatur auferri libera testamenti factio, quod tamen postmodum negat, vt ibi latius ꝑ eum, & qđ ultimum non prosequor latius, quia, ut dicetur inferius, in casu nostro cessat ista dubitatio. & de omnibus bonis nõ fuit facta conuentio, sed de bonis tantum immobilib. per quam dici nõ põt, ꝙ ablata sit testamẽti factio, & ꝙ sit ualida, præsupponũt etiam alii infra allegandi, & ultra omnes istos idem etiam vult Cy. Bal. Sali. & Moder. in l. si pater puellæ. C. de inoffi. testamẽ. 6 vbi dñt, ꝙ valet donatio † reciproca inter coniuges constante matrimonio, & facta isto modo, si contingat alterum p̃mori, alter hẽat bona, quia non est mera liberalitas, & q̃a (vt dictum est) non fuit facta talis conuentio, nisi de bonis immobilibus, & non de mobilib. nec de nominib. debitorum, dici non p̃t pactum de futura successione, quamuis ẽt de acquirendis sit actũ immo si conuenissent de omnib. bonis mobilib. p̃sentib. & futuris, non diceretur pactum de futura successione, sed de reb. certis

7 certis,quia sub dictis † uerbis continerentur nomina debitorũ ut probatur ex not. p Bar.in l.centurio.de uulg.& pup.in 2. q. prin.uers. item quid si testator,&c.vbi vult,ꝙ substitutio facta in omnibus bonis mobilibus,& immobilibus non dicatur uniuersalis,sed facta in certis rebus,quia sub illa non continentur iura,quæ feciunt tertiam speciem.l.quam Tuberonis. §. fin.de pecul.& l.a diuo Pio.§.in uenditione,de re iudi.& Iac.de Aret. in l.mouentium.de uer.sign.quia ergo prædicta conuentio est de certis rebus non põt dici pactum de futura successione, ſm Old.in consi.& Ang.in d.consi. 179. & Alex.in consi.82.Visa facti narratione,&c.in 2.uol. ubi plene mentionem facit de dictis consiliis Old.& Ang.cum q̃b.transit,& etiam rõne p̃dicta apparet,ꝙ non aufertur testamenti factio secundum p̃dictos, quia de mobilibus & nominib. debitorum, quæ in promissione non ueniunt,potuerunt testari,& ut uolunt Doc. in d.l.stipulatio hoc mõ concepta.& in d.l. fi. C.de pac.dum dicunt,ꝙ donatio p̃sentium, & futurorum bonorũ valet, & non aufert testamenti factionem,q̃n donator aliqua sibi reseruabit,de q̃bus testari possit.Nec etiã ob. ꝙ ex defectu insinuationis non valet promissio,quæ dr̃ esse donatio vltra quingentos aureos. 8 l.sancimus.C.de don.quia † cum sit vicissitudinaria, & ob cãm & non simplex donatio,non fuit necessaria insinuatio.l.Aquilius Regulus.& ibi per Bar.Im.& Ro.de dona.& p Gul.& Bal. in l.illud. C.de sacros.ecc.& Old.consi.5.inci. Titius,&c.& ꝓprie in istis terminis istud firmat Oldr.in consi. 139. p̃alleg.in fi.& Io.And.in add.Spe de instru.edi.§.porro.circa vlt.colum. Ang.in consi.de quo supra,& Alb.& Sal.in d.l.fi.C.de pac.col. pen.ver.iuxta hoc quæro,&c.& Alex.in d.consi.& in l.licet.in fi.C.de pac.Nec ob.l.fi.C.de dona.ante nup.quia est sp̃ale in illa donatione propter nuptias, ſm Ang. vel potest r̃nderi ſm Alex.in d.consi. p no. p Sal.in auth.eo decursum.C.eod.tit.alia rõne insinuatio non fuit necessaria.s. quia fuit iuramento fir-9 mata,vñ p p † uirtutem iuramenti potuit insinuatio omitti,& per iuramentum suppleri,ſm Io. And.in Spec.in d.§.porro.in vlt.addi.cum quo transit Ang.in l.sancimus.in fi.C.de dona.& idem tenet Fed.in consi.281.inci.Casus talis est,statuto cauet, &c.& Inn.in c.cum contingat.de iureiur.in 10.& ult.membro & Alex.in consi.p̃alleg.& latius in consi.213.volu.& Areti.in consi.2.& 77.Non obstat ẽt,dũ dr̃,ꝙ ex ista conuentione non potuit acquiri ius aliquod illustri.D.Fabritio & suis descendẽtibus masculis.l.absenti.de dona.& cap.si tibi absenti. de p̃ben. lib.6.quia immo sibi quæsitum fuit ius, & quæri potuit ex stipulatione notarii,& qui stipulatus est nomine omnium. quorum interesset, aut quomodolibet in futurum interesse posse. l.3.& ibi per Bar.rem pup.sal.fo.& l.nam ita diuus.& l.his uerbis.de adop.est verum,ꝙ Pau.de Cast.in consi.197.incip.Visis his quæ narrantur,&c.in nouis.vr̃ velle, ꝙ non quæratur per notarium,nisi sequuta ratihabitione,quoniam secundum eum notarius potest alteri stipulari, quantum ad hoc ut illi queratur actio sine cessione,post tamen ratihabitionem,& nõ prius. per no.in l.si ego.de neg.gest.& hoc,modo secundum eum dẽt intelligi.d.l. 3. & alia iura de hoc loquentia,& in hoc dicit ipse differt notarius ab aliis,qui stipulari possunt pro alio,quia quo ad illos est necessaria cessio, iuxta ea quæ habentur le. possessio quoque.§.& si possessio.de acqu. poss.& pro ista parte con suluerunt etiam quidam. Sed contrarium puto uerius sine du-10 bio,& sic † ꝙ per notarium ipso iure quæratur absenti & ignoranti per tex.vbi est casus,in d.l.3.rem pupil.sal.fore iuncta.l.j. & 2.ubi text. parificat, ꝙ seruus pupilli, vel infantis stipuletur pro domino,uel quod notarius illi stipuletur,hoc tamen excepto,quia per notarium quæritur utilis, sed per seruum quærĩt directa.per notarium ergo alteri quæritur ante ratihabitionẽ, sed per seruum q̃ritur domino etiam ignoranti, & antequam hẽat ratum l.si seruus vetante.de uer.ob.l.placet.de acq.hæred. & instit.per quas perso.nob.acq.Præterea in dictis iuribus dr̃, ꝙ per notarium infanti acquiritur,& tñ ratum tũc hr̃e nõ põt, quia consensum nõ hẽt.l.1.C.de fal.mon.& idem probat expresse,non diuinando & non cauillando,tex.in l 1.§. plane,de magist.conue.& hoc etiam est de mente gl.in §.si quis alii,insti.de inuti.stip.& Bart.& aliorum,in leg.stipulatio ista.§.si stipuler. de uerb.oblig.ubi enumerantur plures personæ, quæ possunt alteri stipulari, & inter quas nominatur filius, seruus tutor vel curator, & notarius, & sic per gloss. inter unum & alterum non sit differentia quãtũ ad modũ acquirendi.sicut ergo quæritur patri,vel domino ignoranti ipso iure & sine ratihabitione.d.l.placet.& d.l.placet.& d.l.si seruus vetãte,& ẽt p tutorẽ,& curatorẽ pupillo.l.quoties.in prin.de admi. tuto. ita etiam per notariũ acquiritur ipso iure, & hoc modo proprie arguit Bar.in d.l.3.rẽ ratã habe.vbi uolens probare,ꝙ per notariũ quæritur nõ solũ ex p̃torijs, & iudicialib.stipulationibus sed etiam ex conuentionalib.dicit,hoc esse de mente gl. in d. §. si quis alij.dũ ponit illum inter alios, per quos alteri quæritur indistincte,& istud etiam aperte probatur in l.eũ qui.§.si actori.de consti.pecu.dum ibi dicitur,ꝙ curator quærit furioso,in quo non cadit ratihabitio.l.in negotijs de reg.iur.& istud etiã est de mente Bar.in l.postquam liti.C.de pac.in vlt.col.& Bal.ĩ l.cum a socero.C.de iure dot.cum quo transit Imo.& Alex. in l.qui Romæ.§.Flauius.de ver.obl.& Aret. plenius in consi.74. & pro ista parte cõsuluit etiam Corne.in consi. 50.1.uol.& in consi.24.vol.& dum Pau.de Cast.dicit,ꝙ quantum ad cessionem differt notarius ab alijs,qui cedere tenentur,in hoc etiam minus recte sentit,quia immo etiam alij,qui possunt alteri stipulari,& de quibus in d.§.si quis alij.& in d.§.si stipuler. acquirunt sine cessione,& in hoc non differunt a notario, secundũ Bar.in d.§.si stipuler.ergo nec etiam notarius differt ab alijs in hoc,de quo agitur.Nec est etiam verum,ꝙ Bal.in le.nec ei.§.1. de adop.in hoc aliter sentiat,sed loquitur,quando ille,pro quo notarius est stipulatus,contradicit,& non vult sibi acquiri.Nã licet sit uerum,ꝙ per notarium quæratur ipso iure,& ante ratihabitionem,non tamen quæritur irreuocabiliter.rati ergo habitio est necessaria ad acquisitionem irreuocabilem, sed non ad acquisitionem simpliciter,sicut etiam uidemus in seruo, q acquirit domino ignoranti.d.l.si seruus uetante.de uer.obl.nõ tamen irreuocabiliter,sed reuocabiliter,quia dominus non cogitur retinere,ſm gl.in d.l.si seruus,& sicut etiam uidemus, ꝙ legatario acquiritur ignoranti ipso iure.l.cũ pater.§. surdo. de leg.2.& tamen intelligitur reuocabiliter, & ad acquisitionem irreuocabilẽ necessaria est acceptato,ſm gl.in l.si quis ita hæredẽ.de cõdi.insti.& in casu nostro aliter sentire mihi semper visum fuit somnium.Præterea etiam si ratihabitio esset necessaria,nil tamẽ impedit, quo minus d.Fabritius,uel filius eius nõ possit adhuc habere ratũ,& si forte dicatur,ꝙ debuit sequi ratihabitio viuentib.adhuc contrahentibus & non illis mortuis, quasi ꝙ tũc res desierit esse integra, iuxta.l. bonorum.rẽ rat. haber. istud non est verũ, quia prædicti uocantur finita linea vtriusq. cõtrahentis,& D.Fabritius,& sui descendentes masculi sub dicta cõditione, q̃a igitur in illud tp̃s differtur dispositio quoad D.Fabritiũ,& eius descendentes,satis est, ꝙ illo tẽpore sequatur ratihabitio.Postquã igitur cõstat de validitate conuẽtionis,& ꝙ ex illa uocatur D. Fabritius, & descendentes illius masculi,per prædicta.Superest videre vtrũ extãte nepte ex filio masculo dicti D. Prosperi admittatur filius masculus dicti illustris.D.Fabritij,& ex duob.videtur dicendũ, ꝙ non, & primo quia.D. Prosper decessit dum filio masculo,qui in dictis bonis successit patri, & D. Marco Antonio,qui decessit sine liberis, & per quem filium.D.Prosperi fuit exclusus dictus Do.Fabritius cũ suis descendentib.masculis,quia ergo semel fuit exclusus perpetuo remanet,exclusus.l.ex facto.§.pe.ad Treb. & per no.per Bal.in c.j.§.cũ esset.in ti.epis.uel abb.& per Old. cons. 21. & consi.41. vbi volunt, ꝙ illa conditio,si hæres decesserit sine filijs, deficiat per superexistentiam filij tempore mortis hæredis grauati,& ꝙ substitutus remaneat perpetuo exclusus licet ille filius postea decedat sine filijs.Secundo,quia deficien-11 te † eorum linea masculina uocatur D.Fabritius & sui descendentes masculi,neptis autem ex filio masculo.D.Prosperi dicitur de linea masculina,ex quo nata est ex filio masculo,licet ipsa sit fœmina,vt probatur ex no. per gl. in l.Gallus.§. nunc de lege.de libe.& posth.quam ponderat Bal. ad hoc, ꝙ neptis ex filio masculo dicitur descendens per uirilem sexum, & ex hoc infert, ꝙ si quis recepit emphy. pro se, & suis descendentibus per uirilẽ sexum,admittitur in dicta linea neptis ex filio,illa ergo superstite nõ defecit linea earum,& sic adhuc nõ est impleta conditio,sub qua vocatur Do.Fabritius,& sui descẽdẽtes. Sed prædictis non obstantib. cõtrariũ sine dubio puto verius. Nã eorum linea masculina deficiente uoluerunt.bona deueniread do.Fabritium & ad suos descendentes masculos,quia ergo

qua simpliciter transeunt Doc. ſm Are. ibi, & pcipue procedit, qñ donatio fit in fine teſti, vt in caſu noſtro, & non inter ipſum actũ teſtandi, ſm Bal. ibi Imo. & alios Moder. vel ſm eoſdẽ qñ contractus eſt connexus cum teſtamento, vt quia legatur pars rei, & altera pars donatur, ſecus ſi fieret cum perſona, q non eſſet de ſerie teſtamenti, quia ergo in caſu noſtro perſonæ inſtitutæ in bonis immobilib. donantur inter viuos eadem bona, dr. iſte contractus connexus cũ teſtõ, quia perſona, cui donatur, eſt de ſerie teſti, nec dici põt donatio talis facta in pœnam mutationis teſtamenti, & ſic q non valeat. l. ſtipulatio hoc mõ cõcepta, de ver. ob. ex quo pure & ſimpliciter donatur, & ſic ſiue reuocetur teſtamentũ, ſiue non, vt no. voluit Bal. in c. 1. §. ſi q̃s. in fi. de feu. dato in vic. leg. commiſſ. vbi vult, q ſi quis fecit teſtamentũ, ad fauorẽ vxoris hoc acto, q ſiue mutaret teſtamẽtũ, ſiue non, vxor iure donationis inter uiuos haberet quandã domũ, & ille mutauerit teſtamentum, de dicta donatione nulla facta mentione vxor dẽt habere dictã domum, q talis donatio ſimplex eſt pura, quia dixit, ſiue mutauero teſtamentũ, ſiue nõ, & iõ non eſt appoſita in pœnam teſti mutati. Idẽ ergo in caſu nr̃o, in quo teſtõr expreſsè donauit pure & ſimpliciter, nec rõne contrarietatis vitiat, quia aut teſtamentum reuocatur, & donatio firma manet, ut dicit Bal. aut non mutatur, & tunc hæredi dr̃ data electio, vtrum velit capere dicta bona ex inſtitutione vel ex donatione, arg. l. recuſare. §. Titius. ad Treb. & prout etiã in caſu Bal. Quia uxor teſtõ non mutato habet electionẽ petẽdi domum ex teſtõ, vel ex contractu, prout ẽt hoc mõ dictum Bal. declarat Are. in d. l. hęredes palam. §. fi. de teſta. per d. §. Titius. & in propoſito probatur melius in l. non ad ea. de cond. & dem. & in l. fi. cum gl. C. de cond. Quamuis. n. ſit impoſſibile, q ex inſtitutione quis eandem rẽ conſequatur, tamen iſto caſu, quo copula ponitur inter compatibilia, copula reſoluit in diſiunctam. l. ſi Titio fundus. de vſuf. l. & per Bar. in l. ſi is qui ducenta. §. vtrum. de reb. du. & ſic intelligitur hæredi pariter & donatario data electio. Nec † ẽt dici poteſt, q talis donatio ſit nulla, tanquam dicatur auferre liberam teſtamenti factionem. d. l. ſtipulatio hoc mõ concepta, quia cum ſit facta de bonis immobilib. tm̃, & cum reſeruatione vſusfructus, non poteſt dici, q auferat factionem teſti, quæ durat, & remanet in reb. reſeruatis, ſicut hac ratione dr̃, q ſi quis legat unam rẽ, & ſi reuocauerit legatum, eam donat, q valet donatio, quia in aliis reb. non aufertur teſti factio, ſecũdũ Ro. cũ quo tranſit Alex. in d. l. ſtipulatio. ar. l. cum ita legatum. de cond. & dem. Et probatur ſecundũ Alex. ex no. per Bar. & Doc. ibi, dum volunt, q donatio omniũ bonorum præſentium valeat, quia quo ad futura bona teſtamenti factio non dicitur ablata. Et dicit etiam Alex. q hoc eſt de mente Bald. in l. fin. C. de pac. & hanc opi. tenuit etiam Bar. in l. iubemus. in fi. C. de ſac. ſan. eccl. in quibuſdam recollect. ut refert Pau. de Caſt. in d. l. ſtipulatio. & idem velle videtur Imo. in d. l. hæredes. §. fin. dum dicit, q ſi in codicillis dicatur, ſi non valet iure codicillorum, ualeat iure donationis inter viuos, quod talis clauſula operatur, quia tunc quò ad omnia non aufertur teſti factio, ſecus ſm eum ſi apponatur in teſtõ. Et probatur iſta opi. in l. vbi ita donatur. de do. cau. mor. vbi hr̃ quod pactum de non reuocando dona. cau. mor. quæ ſui natura eſt reuocabilis, non vitiatur. Et hoc quia licet impediatur reuocatio donationis, non tollitur tñ teſti factio. Nec ẽt dicitur donatio iſto caſu facta de futuris bonis immobilibus ſed de præſentibus tm̃, & ſic ẽt iſto reſpectu non dicitur auferre teſtamenti factionem, ſicut donatio ſimpliciter omnium bonorum intelligitur de pręſentib. & valet, quia teſti factionem nõ aufert, ſecũdum Bar. & Doc. in l. ſtipulatio. & in l. fi. C. de pac. licet. n. inſtitutio de bonis immobilibus trahatur ad omnia bona. l. 1. §. ſi ex fundo. & l. ex pacto. la grande, de hære. inſti. tamen eſt ſecus in donatione, quæ ſubſequitur, arg. l. cum quidam. de lib. & poſt. iuncta. l. veterib. de pac. Et † propterea quamuis teſtamentum, in quo eſt facta dicta donatio, ſit reuocatum per aliud teſtamentum, firma tamen manet donatio inter uiuos, quia eſt irreuocabilis, licet facta ſit in teſtamento, ut probatur ex no. per Bar. in l. cum quis decedens. §. codicillis. de le. 3. ubi uult, quod ſi quis confiteatur in teſtõ ſe debitorem alicuius ex aliqua cauſa. & ille ſit præſens, vel notarius ſtipuletur pro abſente, quod talis confeſſio tanquã facta inter uiuos non poterit reuocari. Licet ergo donatio in caſu nr̃o facta fuerit abſenti, quia tamen notarius eſt pro eo ſtipulatus, donatio reuocari non poteſt, nec iſto caſu loquitur. l. abſenti. de dona. & q notario pro abſente recipiente non poſſit reuocari donatio, uult etiam Bal. in l. cum a ſocero. C. de iur. dot. & Imo. in c. potuit. in pen. char. de loc. & Raph. & Alex. in l. qui Romæ. §. Flauius. de uer. obl. maximè col. antepe. per no. in l. ſi ego. de neg. geſt. Sed præmiſſis nõ ob. contrarium puto verius: † quia ex quo teſtator prædictos prius inſtituit in bonis immobilib. & eiſdem immediate donauit dicta bona purè, ſimpliciter & inter viuos, talis donatio pſumitur facta in fraudem legis, & ad impediendum reuocationem teſtamenti, & inſtitutionis præcedentis, & propterea nõ dẽt ualere. d. l. ſtipulatio hoc modo cõcepta. Ex quo. n. incepit teſtator ab inſtitutione, ex hoc ſatis declaratur, q donatio facta fuit ad finem, ut non poſſit cũ effectu ab inſtitutione diſcedere, & vt donatio remaneat, caſu quo ab inſtitutione recedat. Et iſtud etiam tenet Are. in d. l. hæredes palam. §. fi. contra Bal. & præcipuè iſtud eſt uerum in caſu iſto, in quo donatio eſt pciſè facta de eiſdem reb. de quib. in inſtitutione pcedenti. Nam quamuis per illam non tollatur facultas teſtandi, & ex hoc capite nõn poſſit dici nulla, per allegata in cõtrarium, tollitur tamen facultas reuocãdi inſtitutionem factam in certis reb. quã facultatem directè, uel per indirectũ ſibi auferre non põt. l. 1. C. de ſacroſan. eccl. & l. ſi quis in principio teſtamenti. de leg. 3. & prout vult Bal. in l. ſancimus. in fin. C. de teſta. ubi uult, q ſi lego vnam rem, & ſi reuocauero legatum, eandem dono inter viuos, q donatio, per quã aufertur facultas reuocandi legatũ, non ualet tanquã facta in fraudẽ. Et idẽ p iſtã rõnẽ tenet etiã Are. in d. l. hæredes palã. §. fi. & idem uult Pa. de Caſt. in d. l. ſancimus. in quibuſdã lect. ut refert Alex. in d. l. ſtipulatio hoc modo concepta, ubi ẽt Bal. idem tenet. dum concludit, q ſi dicã volo, q habeas hoc caſamentum poſt mortem meam, & ſi nõ poſſes habere, ex nunc tibi uẽdo iuſto precio, q uenditio tanquã facta contra bonos mores non ualet, pſuppoſito q habuit alia bona, quia illa lex nõ curat de q̃titate, ſed de uoluntate, & eandem opinionẽ tenet ẽt Ang. in conſ. 66. col. vlt. inci. Comes Robertus, & c. ubi poſt argumenta ad partes concludit, q nõ põt adimi per hominẽ, nec per laudũ libera facultas teſtãdi ẽt ſup vna re ſingulari, per d. l. ſi quis ĩ principio teſtamẽti. vñ ſm eũ ſicut teſtando nõ põt quis diſponere ſuper habilitate & inhabilitate ſui teſtamenti, ita nec contrahendo, hoc eſt, donando in euentum reuocationis, aliàs poſſet lex de facili circumueniri, & fraus fieri, ut ibi per eũ latius. & idẽ eſt de mente Bar. in l. cũ precario. de preca. ex cuius uerbis colligitur, & per exẽpla quæ ponit, q quis nec ĩ totum, nec p parte teſtamenti factionẽ ſibi põt auferre, & idẽ ẽt clarè vult Bal. in d. c. 1. §. ſi quis. dũ vult, q ſi quis relinquat medietatẽ bonorũ ſuorũ pauperib. & ſi cõtingat fieri aliud teſtm̃, eãdẽ medietatẽ donat, donatio nõ ualet, & tñ loquitur in legato ſingulari, q a legatũ partis bonorũ eſt particulare, ſm Bar. in l. ſi quis ſeruũ. §. fi. de leg. 2. & non auferebatur in caſu Bal. nec in aliis caſib. pmiſſis facultas teſtandi in totum, ſed ſolũ in parte, & cõfirmatur pdicta opinio cõcludẽter iudicio meo. Nã ſi q̃s dicat, & ſi teſtm̃ reuocauero, ex nũc dono oĩa bona mea, donatio non ualet, ſm Bar. in d. l. ſi q̃s in prĩ. teſta. in l. cũ duob. §. idẽ rñdit. p ſoc. & in d. l. ſtipulatio. & tñ p hoc non priuatur facultate teſtandi, quia donatio talis intelligit ſolũ de bonis pſentib. & nõ de futuris, ſicut qñ extra teſtm̃ donãtur omnia bona, intelligitur tm̃ de pſentib. & ideo ualet, ſm Bar. & Doc. in dictis locis, & in d. l. fin. C. de pac. ſed ex alio capite eſt nulla. ſ. quia tollitur potentia reuocandi inſtitutionem per indirectum, & q dicto caſu non ualeat donatio facta in teſtamento, quamuis ad futura non porrigatur, vult expreſsè Pau. de Caſt. in d. l. ſtipulatio. & Alexan. latius in conſi. 25. 3. vol. Quemadmodum ergo donatio facta caſu, quo reuocetur legatum factum de certis reb. non ualeat tanquam in fraudem facta, & animo & intentione auferẽdi ſibi facultatem reuocãdi ultimam uoluntatem. Eodẽ mõ in caſu nr̃o, in quo teſtõr inſtituit in bonis immobilibus quem hæredem, & ſtatim ei donauit inter uiuos eadem bona in eodem teſtõ, non debet donatio ualere, tanquam ẽt iſto caſu præſumatur facta in fraudẽ. Et eo propoſito inſtitutio, quæ immediate pręcedit, efficiatur irreuocabilis, nec ad alium põt dici facta, quia ubi teſtm̃ reuocetur, donatio firma manet, & per conſequens per hãc uiam abſtulit ſibi facultatem reuocandi inſtitutionem factã in eiſdem rebus,

& non

& nō minus ac si dictū fuisset,& si reuocauero, dono. Quia ergo in hunc ēt euentū donatio succedit,& illud, quod ex institutione reuocata quis capere non pōt, capit ex donatione, fraus p̄sumit, argumento.l.qui testm̄.C.de probationib. & non minus quā in casib. p̄missis, q̄a nō est dare rōnē diuersitatis. Nec
5 ob.allegata in contrariū. Et † primo dū dr̄, ꝙ valet donatio rei legatæ casu, quo legatū reuocet, q̄a non aufertur testi factio. Quia hoc est falsum,& contrariū volūt oēs allegati pro hac ultima parte. Nā duplex est potentia, s.testādi,& legatū reuocandi,& q̄libet cōsistit in libero arbitrio.l.1.C.de sacrosf.eccl.& d. l.si quis in principio testamenti.nec potest quis sibi auferre potentiā reuocandi, sicut nec testandi, ut ibi & in l.1.& l.diuus.§. licet.de cod.& l.cum precario.de prec.& in c. fi. de procurato. li.6. quāuis ergo p̄ donationem rei legatæ factā casu, quo legatum reuocetur, non auferatur testamēti factio, quia de alijs bonis testari potest, aufertur tñ facultas reuocandi legatum, quæ debet esse libera,d.l.1.& ideo dicto casu non valet donatio, ut probatur per ea quæ superius dicta sunt, nec ēt debet valere isto casu, quia militat eadem ratio. Nec obstat ratio Alex.in d. l.stipulatio hoc modo concepta.dum dicit, ꝙ donatio omniū bonorum ualet, quia per illam non aufertur testamenti factio de bonis futuris, quæ non ueniunt in donatione, quia hoc uerū est, quando est facta extra testamentum, quia tunc non tollitur ēt potentia reuocandi illud, quia institutio, de qua in illo, est de alijs bonis, sed in casu nostro secus est,& iō donatio omnium bonorum facta in testamento casu, quo illud non valet, quamuis per eam non auferatur testamenti factio cum ad futura non porrigatur,& hoc quia facultas & potentia reuocandi testamentum per directum tollitur, secundum Bart. Pau. de Cast.& Alex.in locis superius allegatis. nec Imola contrariū dicit in d.l.heredes palam.§.fi.quia loquitur de donatione facta casu, quo codicilli non valeant,& sic per eam non impeditur testamenti factio, nec codicillorum reuocatio, quæ non cadit, & interuenire non potest, vbi sint nulli.l.decem.de verb.obl. & l. manumissiones.de iust.& iure. Nec etiam obstat, quod uoluit Bald.in d.ca. 1.§.si quis.dum dicit, ꝙ donatio facta, siue mutauero testamentum, siue nō, valet, quia non potest dici factum in pœnam mutati testamenti. quia Bald. loquitur in donatione facta vxori, quæ ab initio nōn valet, sed morte confirmatur.leg.antepenu.C. de donationibus inter virum & uxorem. & quę potest reuocari.leg.cum hic status. §. 1. de donationibus inter virum & vxor. Et propterea illo casu non auferetur testamenti factio, quia est facta solum de vna re, nec impeditur reuocatio etiam respectu illius rei donatæ, dic. §. j. sed solum morte confirmatur donatio, si non reuocetur. Sed in casu nostro aliud est, quia licet non sit nulla donatio ex illo capite, quia sit ablata facultas testandi, est tamen nulla, quia sublata est potentia reuocandi institutionem, quę idem continet quod donatio. Præterea Bald. non loquitur, quando donatio est de omnibus bonis in testamento relictis, sed dicit, ꝙ erga vxorem fecerat testamentum,& sic forte erat instituta in totum, & siue mutaret illud, siue non, donauit quandam domum. Hoc enim casu quo est tantum donata vna res ex pluribus comprehensis sub vniuersitate, non subest tanta suspicio fraudis, etiam si esset ualida & irreuocabilis, quia per illam non impeditur absolute reuocatio institutionis, quæ multas res & iura continet sub se, sed in casu isto omnia, de quibus in institutione donauit inter viuos,& irreuocabiliter, ex quo oritur suspicio & præsumptio, quod sic factum sit, vt ab institutione discedere non possit. Sic etiam donatio omnium bonorum præsumitur in fraudem facta,& non quando est de parte bonorum.l. omnes.
6 §.Lucius. de his quæ in frau.cre. † Secundo principaliter dico, ꝙ talis donatio non habet effectum, etiam si fuisset valida, q̄a per vltimum testamētum fuit reuocata,& potuit reuocari. Sed si specialiter non voluisset testōr reuocare tantum donationē in testō factam,& non ipsum testamentum, tunc reuocari nō posset, si valeret,& suspicio fraudis cessaret, prout hæc distinctio probatur ex notatis per glo. Iacobum. de Aretio,& Barto. in l.si alienan.§.j.de donationibus causa mortis. Dicitur enim ibi in text. quod ita donari potest causa mortis, ut nō aliter redatur, quam si prior ille, qui accepit, decesserit, & in leg.senatus consuluit placere.§. mortis cā donatio.eodem titulo,& sic intelligitur factum pactum de non reuocando extra casum expressum, ut ibi not. Dicit ergo glos. in d.l.si alienam.§.1. ꝙ specialiter reuocari non potest, sed si pœniteat in totum prioris uoluntatis, intelligitur etiam donatio reuocata. Et hoc est verum secundum Iaco.de Are.& Bar. quādo dicta donatio fuit facta in testamento, quia in hoc sequitur naturam ultimæ uoluntatis,& sic ut dicto modo sit reuocabilis, per iura quæ ibi allegātur. Et licet ille tex. videatur loqui in donatione causa mortis, tamen re vera est inter uiuos propter pactum de non reuocando, sicut quando simpliciter donatur causa mortis, apposito pacto de non reuocando.l.ubi ita donatur.de donatio. causa mortis,& prout istos casus æquiparat etiam tex. ubi Bart. in d.§.1.& ꝙ primo casu donatio sit inter uiuos, & de qua d.§.1. uult expressè Pau.de Cast.in consi.99.incipien. Domina Apollonia,&c. aliàs incipit, In ista donatione, & quamuis loquat, quando talis donatio est facta extra testamentum, tamen non negat, quin ēt facta in testamento dicatur inter uiuos, sed solū uult, ꝙ tunc sapiat naturā donationis causa mortis & ultimæ uoluntatis in hoc.s.ꝙ per reuocationem testamēti intelligatur etiam reuocata dicta donatio,& idem sentit Pau.de Cast. in cōsi.101.& probatur, quia si esset donatio causa mortis, specialiter etiam reuocari posset. Et licet Imo.& Ro.in d.l. si alienam. §.1.intelligant, ꝙ per reuocationem testamenti dicatur reuocata donatio prædicta, de qua in illo, quando facta fuit absenti, quo casu habet uim relicti, ut no. Barto.in l.1.eo.tit. Et est secus.s̄m prædictos, quando esset facta præsenti propter pactū, de non reuocando, quod operari debet, ut non sit reuocabilis, per no.in d.l.hæredes palam.§.fi. Et sicut quando simpliciter agitur, ꝙ donatio causa mortis non reuocetur. d.l.vbi ita donatur. arguendo de toto ad partem. l.quæ de tota.de rei uendica. ueruntamen Barto. post Iaco.de Aret. loquitur etiam, quando facta fuit a præsenti, quia si esset facta in absentia,& si haberet solum uim legati, reuocari posset, sed nedum generaliter mediante reuocatione totius testamenti, sed etiam specialiter firmo remanente testamento, sic legatum tantum reuocatur in testamento factum, absque reuocatione testamenti. l.3.§.fi.de adimen.lega.cum concord. Et tamen prædicti faciunt differentiam inter unam reuocationem & alteram, & uolunt, quòd donatio prædicta specialiter & sine testamento reuocari non possit, & quod secus sit, si testamentum reuocetur in totum, & expressius sic declarat & vult Ang. ex mēte prædictorum in consi.253.inci. Dña Antonia de Florentia,&c. Quæ differētia nō pōt esse vera, nisi q̄n donatio fit a p̄sente, p̄senti, vt dixi. Nec ob.ratio Imo.& Rom. quia non inconuenit, ꝙ cōtractus in testamento factus quo ad reuocabilitatē sapiat naturam ultimæ
7 voluntatis, sicut stipulatio † quæ sui natura est reuocabilis.l.sicut.C. de acti.& oblig.& l.ex placito.C.de rer.permu.interposita ex causa vltimæ voluntatis efficitur reuocabilis, & sic in hoc assumit naturam illius secundum Are.in l.sciendū.de verb.obl. per l.cum quis decedens.§.1.cum ibi no.per Bar.de leg.3. & p̄ no.per Bar.in l.fin.de solutionib. Sicut ergo, vt ex p̄missis colligitur, volunt prædicti, ꝙ licet donatio facta in testamēto sit inter viuos propter pactum de non reuocando, possit tñ reuocari,&c. reuocetur per reuocationem totius testamenti, tanquā in hoc illius naturam assumat,& ꝙ specialiter & sine testamento reuocari nō possit, ergo dicendū est, q̄n expressè donatur inter uiuos & irreuocabiliter. quia concedendū est, ꝙ non possit sola donatio reuocari, & ꝙ isto casu propriam naturam retineat, sed q̄n pœnitet totius prioris uoluntatis & testamenti, tunc reuocatur etiam donatio inter uiuos facta in illo, quasi ꝙ habeat in se tacitam conditionem ex natura ultimæ uolūtatis, nisi pœniteat totius ultimæ uoluntatis, secundū Ang.in d.cōs. Et hoc præcipuè arbitror verum in casu nostro ex duobus. Et
8 primo † quia donatio est unita cum institutione per copulam, & respectu rerum, ergo sapere dēt in hoc eius naturam.s.vt reuocari possit simul cū ipsa institutione, sicut substitutio pupillaris unita cū iure accrescendi illius naturā assumit. l.qui patri. & ibi per Doc.de acq.hær. Et sicut ēt videmus, ꝙ actio stricti iuris unita cū rei vēdicatione datur solū contra hæredem, qui possidet cōtra propriam naturā, s̄m Bar. cum quo alij trāseūt, in l.4.§.Cato. de uerb.obl.in tertia op.per d.l.qui patri.& Pau. de Castro, in l.in conditione. de condi. fur.per glo.ibi. & Aret. in l.colonus. in fin, de acquiren.possess. & sicut etiam dicimus, ꝙ actio stricti iuris unita cum actione bonæ fidei assumit il-

lius naturam.l.2.& ibi per Bal.C.de pac.inter emp.& vendi. & Alc.in l.pacta quæ contra.in fi.de pac. Secundo dicta cõclusio probatur.Nã (vt est dictum) hæres idemq; donatarius habet electionem consequendi bona immobilia ex institutione, vel 9 ex donatione. Si ergo donationem eligat,donatio talis subrogatur loco institutionis,iõ quò ad reuocabilitatẽ dẽt illius naturam sapere.l.si eũ.§.qui iniuriarum, si quis cautionibus, & magis in specie probatur per tex.no.in leg.gñali.§.hæredib.de vlusfructu l.vbi dicitur ẽm intellectũ Dy.& Bar.ꝙ si legata sint decem annua,aut vsufructus fundi,& sic erat electio hæredis. l.plerũq;,in fi.de iure dot.& legatarius consequutus sit vsumfructum,& moriatur in principio anni,ꝙ ad eius hæredem ꝑtinent fructus uel pensio totius anni,contra naturam vsusfructus.l.defuncta.de vsufruct. sed istud est secundum prędictos quia vsufructus electus subrogatus est loco annui legati,ideo in hoc sapit illius naturam.sic ergo per eandem rationem idẽ est dicendum in casu nostro. Et propterea inquantum actum est,quod ista donatio sit inter viuos,& ꝙ reuocari non possit, hoc est intelligendum,quòd sola & per se non reuocetur, & isto casu verificatur pactum,& uerba contractus,sed reuocata institutione mediante reuocatione totius testamenti intellitur ẽt prædicta donatio reuocata, & ita concludo.Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Confessio dotis facta per maritum constante matrimonio, præsumitur animo donandi facta,maxi mè quando renunciatum est exceptioni non numeratæ dotis, etiam si ante matrimonium.*
2 *Confessio prædicta a marito sene facta vxori iuueni,quando pręmatur animo donandi.*
3 *Maritus tenetur alere uxorem etiam indotatam.*
4 *Iuramentum licet alias firmaret donationem inter uirũ & uxorem, illud procedit in uera,secus in simulata.*
5 *Donatio morte confirmata habet uim relicti,& minuitur propter æs alienum.*
6 *Confessio & augmentum dotis cõstante matrimonio,an noceat creditoribus.*
7 *Donatio omniũ bonorũ,uel maioris partis præsumitur in fraudem.*
8 *Excussio non requiritur,quando agitor remedio.l.fin. C.de acq. pos.*
9 *Statutum licet prohibeat secundum decretum per uiam adiudicationis, non tamen prohibet per uiã uenditionis pignoris.*
10 *Legari possunt immobilia alias incapacibus, ita ut illa uendãt & precium habeant.*

CONSILIVM CXXX.

1 AD dubia,ꝙ proponuntur, conabor rñdere pro veritate,& compendiosè omissis superfluis,& quo ad primum,ex quo ꝑsupponit,ꝙ † maritus ꝯfessus est cõstãte matrimonio dotẽ recepisse,dico, ꝙ ista cõfessio facta præsumit animo donandi, ẽm Io.And.in Spe.in rub.de donationib. inter uirum & uxorẽ,per l.quod de suo.C.de dot.cau.non numerata. Si vero facta fuisset ante contractũ matrimoniũ, tunc ẽm eum ꝑsumeretur facta sub spe futuræ numetationis,& dicit, quod isto casu locum habet titulus.C.de dote cau. non numerata,& cum hac opiniõe trãseũt ẽt Bal.& Ang.in l.penul.§.si muli.sol. ma. etiam in primo casu,idẽ vult Bar.in l.si diuortio.de verb.obli. & Soc.in l. 1.sol.ma.in pen.char.ver.quinta conclusio,&c.qui ẽt dicit,hanc esse cõmunẽ opinionẽ,& ibi respondentomnib. Imo. Are.& Alex.tenentium cõtrariũ in d.l.si diuortio.quem aliter non refero.Et istam opinionẽ ẽt latius prosequitur Mari.in cõs.65.circa primã. q. &c. qui allegat ẽt quã plures alios idẽ tentes,& qui ẽt dicit,istã opi.esse cõem.Et tãto magis ista opinio est vera,quando renunciatum fuit exceptioni non numeratæ pecunię,vt dicitur factum in casu nostro,ẽm Imo. in l.si constante.in prin.sol.matrim.in ult.char.& Are. & Ale.in d.l.si diuortio.& Aret.in cons.86. &c. & stante tali renunciatione hoc procedit etiam si confessio de dote recepta pręcederet matrimonium secundum prædictos,& Soc. in loco præallegato,versi.quarta conclusio. & per consequens talis ꝑsumpta donatio non ualuit ab initio,& quo ad pręiudicium mariti.l.1.& per totum de don.inter virum & vxo.& l. antepenul. C.eod.& hoc verius,si ẽt lapsum sit tempus ad opponendum exceptionem non numeratæ dotis, quia si præsumitur donatio,& simulata confessio lapsus dicti tẽporis nihil potest operari.quia obstat exceptio simulationis, quæ est perpetua, & quamuis Bart.in l.assiduis.§.exceptis.C.qui potio.in pign. habeã.videatur aliter velle,qñ lapsum est dictum tempus, uel est renunciatum exceptioni non numeratæ dotis,tamen non loquitur isto casu,sed de confessione facta ante matrimonium, ꝙ nunc non ꝑsumitur facta animo donandi,sed sub spe futuræ numerationis. Et ita intelligit Bald.in rub.C. de priuileg. dot.& Imo.in d.l.si constante.in prin. in ult.char. & Aretin. in §.fuerat.instit.de acti.& ita etiam alias fuit consultum per do.Io.Petrum & Benedic.Capram,ut refert & sequitur Soc. in d.leg.1.in vlt.char.uer.secundo limita,&c. Præterea, quando fuit renunciatum exceptioni non numeratæ dotis, confessio etiam ante matrimonium præsumitur simulata, & facta 2 animo donandi ẽm Doc.superius allegatos.Sed † prædictæ cõclusioni dicitur obstare,quia maritus erat senex & uxor iuuenis,unde isto casu uidetur,ꝙ præsumpta donatio ualeat, quia præsumitur facta marito animo remunerandi,& quæ fieri potest ex hac causa inter uir.& uxo.l.ꝙ autem.§.si vir. de dona inter uir.& uxo.& ita uult Bart.& alii communiter in d.leg.si diuortio.& in d.l.j.sol.ma.Ad ꝙ duob.modis rñdet.Et primo ꝙ ꝑdicta habent locũ,qñ cõstat de aĩo donandi, & remunerãdi,secus aũt in dubio, quia tũc ꝑsumitur potius facta honoris cã & simulationis,ẽm Cy.& Bal.post gl.in l.si uoluntate. C. de dot.promis.& Ro.in d.l.si diuortio.& ista opinio saltem est vera in confessione facta cõstãte matrĩo,ut.s. tunc non videatur facta in dubio aĩo remunerandi a marito sene uel ignobili, ut per plura probat Soc.in d.l.j.sol.matr.in 15.col ver.2. conclusio,&c.& dicit ꝙ ita est de mente Cy.& Bar.in d.l.si uoluntate licet aliter velle uideantur, quando cõfessio facta fuit ante matrĩũ, ꝙ eo casu sit donatio remuneratoria ex cã necessaria, vt nobilẽ vel iuuenẽ habeat uxorẽ, sed cõtracto iã matrimonio nõ est donatio necessaria ob cãm matrimonij,sed uoluntaria, ideo non ualet dicta confessio tanquam donatio simplex,maxime in dubio.Et si adhuc instet,& dicatur, ꝙ vbi apparẽt indicia nnmerationis,ꝙ cõfessio non præsumitur simulata, ẽm Bal.in rubrica.C.de priui.dot.ut quia uir diu uxori tanquã dotatæ alimenta exhibuit, ẽm eundem Aret.in l. cum ultra C. de non num.pecu.Ad istud ẽt respondetur, ꝙ talis cõiectura nõ videt sufficiens,ẽm Bal.Nouel.in trac.de dote. q.10.col.7.versi.4.limita,&c.& contra istam limitationem tenet etiam latius Soc.in d.l.j.col.17.uersi.5.limita,&c. per plura, de quibus per eum ibi, ad quẽ me remitto, & ibi loquitur quoad præiudiciũ mariti, multo minus ergo prædicta opinio procedit in præiudicium.tertii,& creditorum,ẽm eundem Soc.in d.l.1. col. 22. ver.septimo limita,&c.qm ẽm eum facile potest stare,ꝙ maritus exhibuerit alimenta, & tñ nulla fuerit soluta dos,uel quia fuerint exhibita amore coniugali,arg.l.2.de dona. inter uirum & uxo.& arg.l.si seruus.eo.ti.& glos.fi.in l.sed si ego.ad Velle. uel quia habuerit animum repetendi alimenta,iuxta no.in l.de diuisione. solu. matr. igitur talis coniectura non uidetur esse urgens.leg.non hoc.C.unde cog.& uidetur per contrarias præsumptiones tolli.argu.not.in l.diuus.de in integr. resti. mino. & istud fortius confirmo. Nam (ut est dictum) ex tali confessione tanquam simulata præsumitur donatio,& non probatur 3 dotis traditio.Si ergo † maritus vxorem duxit sine dote, tenetur illam alere,secũdum Inn.in c.per vestras. de don.inter uir. & uxo.per tex.in auth.quibus modis natu.efficiun.legi.§.pen. uers.quid enim agat.& Cy.& Bal.in l.pro oneribus.C. de iure do.quia personam suam dotis loco dedisse uidetur, & Alexan. in l.quod in uxorem.in fin. C. de neg.gest. Præstatio ergo alimentorum non arguit,quòd dicta confessio probet dotem datam contra iuris præsumptionem, ex quo alimenta sunt præstanda uxori per maritum,siue dotata sit,siue indotata.Et propterea etiam in præiudicium mariti nihil operatur præstatio dictorum alimentorum, & multo minus in pręiudicium creditorum,ut etiam dicit Soc.in loco pręallegato. Aliud tamen uĩ magis obstare,uidelicet,iuramentum præstitum per maritũ non solum assertorum de pręterito, sed ẽt promissorium de fu-

futuro,per quod donatio inter virum & vxorẽ vr̃ firmari, ſm Bar.in l.ſi quis pro eo.de fideiuſſ.& l.Seius & Augerius.ad leg. Fal.cũ concordantib. de quib.ibi per Alex.Sed ẽt ad iſtud rñde tur,ꝙ prędicta opinio vr̃ dubia,& quamplurimi tenuerunt cõ trarium,quos plenè refert Marian.in dic.conſi.65.circa primã q.& c.dicens ẽt,ꝙ cõis opinio videtur eſſe in cõtrarium. Et da

4 to ꝙ prima opinio† eſſet vera,tñ procedit ſolum quando iurm eſt interpoſitum ſuper expreſſa donatione facta inter virũ & vxorem,ſed qñ eſt ficta & ſimulata, tunc non validatur iuro ꝑ no.per gl.in l.emptione.C.plus vale.quod agitur. & ita diffuſè probat & concludit Maria.ſpecialiter in caſu noſtro in d.cõ ſi.65.& idem tenet Bar.Soc.in conſi. ſeq. quod incipit.Fruſtra plenitudini,&c.& de quo conſ.etiam mentionem facit idẽ Soc. in d.l.j.ſol.mat.in vlt.col.vbi adducit eaſdem rationes, & dñt ꝑ dicti,ꝙ ſicut iuramentum præſtitum ſuper dictam confeſſione ſimulata nihil operatur, ꝙ ẽt omnes aliæ clauſulæ acceſſoriæ non valent,& nihil operantur,ac ſunt inefficaces,per l.ſi ab ſentis.cum ibi no.per Bal.C.ſi cer.pe.& per Bald.in l.etiam.C. de exec.rei iud.cum multis alijs concordantibus, de quibus ibi per eos. Et ideo ex mente prædictorum dico,ꝙ quamuis præſtitum ſit etiam iuramentum promiſſorium de futuro,hoc eſt, de faciendo & obſeruando omnia & ſingula, ꝙ iſto caſu nihil operetur,quia venit acceſſoriè ad iuramentum aſſertorium,& ad contractum ſimulatum nullum & inualidum, ideo ẽt dictũ iuramentum acceſſorium ſequitur naturam principalis, & ſic caret conſenſu ſicut principale,& præſumitur præſtitum ſimulatè, arg l.fin.C.de non nu.pec.& probatur ex no. per glo. in l. ſi patronus patronum . ſi quid in frau.patro. quæ in ſpecie loquitur de iuramento acceſſorio,& vult ꝙ non valeat,ſi principale non tenet,& illam gl.etiam ad hoc allegat Bal. in l. j.C.de off.aſſeſ.in 5.col. Quantum ergo ad dotem cõfeſſatam ſatis ex præmiſſis conſtat,ꝙ etiam marito & eius hæredi non præiudicatur,& multo minus creditori ipſius mariti, quamuis ẽt eius

5 morte donatio fuerit confirmata† quia hoc tantum præiudicare poteſt viro & hæredi ſuo, quia talis donatio ſic confirmata habet vim relicti ut no.gl.in l.cum hic ſtatus.§.1.de don. inter virum & vxor.ideo ſicut æs alienum minuit alia relicta. leg. final.§.licentiam.C.de iure delibe.& leg.in imponenda.C.ad leg. Falci. ita etiam minuit dictam donationem morte confirmatam.Et per prædicta patet, ꝙ vxor Baptiſtæ non poteſt virtute dictę conceſſionis de dote recepta impedire. do. Ianninum, quo minus conſequatur ſibi debitum,& qui uirtute inſtrumẽtorum,in quibus continetur hypotheca expreſſa, poterit agere contra tertios poſſeſſores. Et alia ratione dicta confeſſio nõ nocet dicto creditori,vt dicetur ſtatim. Quantum autem ad augmentum dotis factum a marito conſtante matrimonio prædicta vñr ceſſare,quia certum eſt,ꝙ maritus voluerit illud vxori donare,& quæ donatio potuit cõfirmari iuramento, ſm opinionem Bar.& ſequacium,de quo ſupra.Sed tamen ex alio augmentum prædictum non nocet dicto creditori, nec reſpectu crediti præcedentis,nec etiam ſequentis. Et idem eſt etiam dicendum de confeſſione dotis prædicta.& eſt circa hoc animaduertendum,quia aut confeſſio dotis præceſſit matrimonium, quo caſu præſumitur facta ſub ſpe tamen futuræ numerationis & non animo donandi,nec etiam in fraudem creditorum, vt tactum eſt ſupra,& iſto caſu an talis confeſſio noceat creditoribus vel non,tangitur per gl.in ver.data.in l.aſſiduis.§.exceptis.C.qui potio. in pig.hab.& per omnes moder.in d.l.e. j.ſol. mat.& dicto caſu dubium ſtat in hoc,vtrum priuilegia competentia doti vere conſtitutæ competant doti confeſſatæ, & de

6 hoc non agitur in caſu noſtro . Si verò confeſſio † & augmentum dotis interuenit conſtante matrimonio , quia tunc confeſſio & augmentum factum a marito eſt donatio uera uel preſumptiua,quæritur,vtrum noceat creditoribus . & Barto. in authen.ſed iam neceſſe.C.de don.ante nup.dicit, quod talis confeſſio non nocet creditoribus præcedentibus, & quod futuris etiam nocet, ſi apparent aliqua indicia, ex quibus poſſit fraus præſumi.leg.ſi maritus.qui & a quibus & ibi Cy. in 4. q. dicit,quòd illa auth.& quod ibi dicitur, non habet locum ante matrimonium,quia tunc non eſt tantus amor inter coniuges.ſicut poſt,& ideo non eſt tanta ſuſpicio,quod ſponſa conſentiat fraudare creditores ante,ſicut poſt matrimoniũ,& vult etiam,ꝙ ille text.locum habeat in dote ẽt de nouo cõſtituta in rebus mobilib.cõſtante matrimonio.& idem etiam dicit, Bar. in d.l.ſi conſtãte.in 4.q. quartæ partis princ.qui loquitur ẽt de confeſſione dotis,& in quo caſu tranſeunt Doc.communiter. & ex hoc infertur,ꝙ quãuis ille tex. loquatur in augmento dotis facto ab vxore in reb.mobilib.multo magis locum habet in augmento dotis facto a marito animo donandi,ut in caſu noſtro,qa ſi illa auth.ſed iam neceſſe. q̃ loquitur de augmẽto dotis facto in reb.mobilib.hẽt ẽt locum in dote de nouo conſtituta uel cõfeſſata in dictis rebus, multo magis locum habebit in augmento facto a marito expreſsè animo donãdi, quamuis loquatur in augmento facto a muliere in quo cadit ſolum præſumpta, & non vera donatio, & ſic quantum ad debita præcedentia non præiudicat creditoribus confeſſio dotis, nec illius augmentum.Nec ẽt ꝑiudicatur do.Iannino in creditis etiã ſequentibus,quia in fraudem illorum, & confeſſio & augmentum iſto caſu ex coniecturis probatur facta & factum, nã qa poſt iſta de nouo contraxit debitũ Baptiſta incontinẽti, ꝑſumitur fraus.l.ſi ventri.§.in bonis.de priui.credito. & per not.per Bar.in l.poſt cõtractũ de don.& in l.2. C. de repud.hæred.vbi dicit,ꝙ ſi filius poſt abſtenſionẽ de bonis paternis emit incontinenti,ꝙ reuocatur abſtẽſio, quia ꝑſumitur mala fides,per d. §.in bonis.& incontinenti non tm̃ dicitur,qđ ſequitur ſine interuallo,ſed ẽt q̃nq; illud,qđ fit poſt tempus ẽt non modicum ſm ſubiectam materiam,vt plenã traditur per Imo. Roma. & alios mod.in l.1.§.qui præſens.de ver.obl. & bene facit, quod no.gl.& Bar.in l.4.§.cum igitur. de vi, & ui arma.ubi habetur, ꝙ quis dicitur incontinenti rem ablatam per uim recuperaſſe,quando id fecit captata occaſione.& ſic etiam ex interuallo, & de quo etiam per Aret.in dict.§.qui præſens. & hoc totum committitur arbitrio iudicis.arg.leg.1.§.fin. de iure deliber.& not.per gl.in c.quam ſit de elect. in uer.quam citius.in 6.& in c.an ſit.de appel.& per prædictos vbi ſupra, unde in caſu noſtro ſatis incontinenti dicitur contraxiſſe habito reſpectu ad tempus, & ad qualitatem rerum , quæ non potuerunt ita de facili parari per dom.Ianninum, & ſuſpicionem fraudis etiam auget,quia cũ prius contraxiſſet debitum ſatis magnum, contraxit poſtea alia debita ſequentia cũ eodẽ antequã primũ cẽt extinctũ & ſolutum . quod vtiq; factum videtur ſub clypeo cõfeſſionis & donationis præcedentis,arg.ẽt eorum, q̃ dicerent ſtatim,& iſtud ẽt efficaciter cõfirmatur . Nam tꝑe cõfeſſionis de dote,& eius augmenti Baptiſta erat in magna quãtitate debitor d.do.Iannini,& quatenus erat debitor,eatenus erat diminutum patrimonium ipſius Baptiſtę.l.ſubſignatum.§.bona.de ver.ſig.& l.fideicommiſſum.§.tractatum.de iudi.ſtante ergo tali diminutione reperitur Baptiſta donaſſe vxori tacitè, & expreſsè quaſi totum reſiduum,& per cõſequẽs quaſi oĩa bona,

7 q̃ tunc tꝑis habebat, ideo hoc† factũ ꝑſumitur in fraudẽ creditorũ etiam futurorũ.l.oẽs.§.Lucius.de his,quæ in fraud. credi.& no.per Bar.in l.poſt contractum.& in d.l.2. C.de repud. hæred. & quamuis Bart. in dictis locis loquatur de donatione omnium bonorum,prout etiam loquitur d.§.Titius.nihilo minus idem eſt,ſi donauit quaſi omnia, ſm gl.& Bar.in l.nomẽ. §.1.de leg.3.& idem vult Bal.in l.1. C.ſi quid in fraud. patr. & in l.ſi vnquam. C.de reuo.don. & in l.1.in ulti.col.C.qui bon. cede.poſſ.& in l.fraus.de legi.& Alex.in d.l.2.poſt Ang. & Fulgo.vbi dicunt,ꝙ per alienationem & donationem maioris partis bonorum reſultat ſuſpicio fraudis eo caſu , quo reſultaret ex alienatione omnium bonorum. facit.l.propter litem.de excuſa.tuto.in patrimonio etiam erat tãto minus,ex quo domus magna non poterat alienari,neque pignorari creditori prædicto ex forma ſtatuti, ſicut quantum ad eum dicta domus non erat quodammodo in bonis, quod ſciens Baptiſta præſumitur facilius habuiſſe animum fraudandi dictum dominum Ianninum,tanto magis hoc procedit, ex quo donatio huiuſmodi facta fuit coniunctæ perſonę,id eſt vxori,& ipſe donans non deſijt etiam uti & frui , nec fuit priuatus commodo quãtitatis donatæ,per no.per Bar.in d.l.poſt contractum. qui hæc & ſimilia in propoſito adducit & ponderat , & iſtud iudicio meo ſufficit ad probandum indicium fraudis,& concludit . Nec iuramentũ Baptiſtæ præiudicat.d.Iannino creditori,quãuis ẽt confirmaret donationẽ expreſſam uel tacitã in ꝑiudicium ſuũ ; qa iuranti tantum præiudicant & nõ alteri,in cuius detrimentum tendit.c.quamuis. de pac.in 6.ibi, in alterius detrimẽtum, &c.

& c.eum contingat.de iur.& prout hr in l.Titia Sei.§.Imperator.de.l.2.& in l.hac edictali,in prin.C.de secun.nup.Stantibus igitur præmissis,de quibusdam alijs frustra quæritur,quia cum confessio dotis & eius augmentum non noceat.d.Iannino,ipse pôt agere hypothecaria contra tertio possessores, & ēt sibi magis expedit agere remedio.l.fi.C.de acq.poss. ex quo instris publicis adest constitutum,quia † agendo tali remedio nō erit necessaria aliqua excussio,ſm Ang.in l.exitus.de acq.pos.vbi dicit,ꝙ creditor potest agere contra tertios pignorum possessores etiam non facta excussione, qn̄ debitor obligauit omnia bona sua,& constituit se posfidere nomine creditoris,& sic transtulit possessionem in creditorem.l.quod meo.in prin.& l. īter dum.de acq.pos.Nam ſm eum,si bona alienauit debitor,poterit creditor priuatus sua possessione per talem alienationem agere contra possessorem condictione ex d.l.fi.& alleg.Iac.de But.qui hoc tenet in auth.si debitor.C.de pig.& cum Ang. trāsit Imo.Rom.& alij moder.in d.leg. exitus. & idem etiam vult Iac.But.in l.fin.cum auth.ibi posita.C.de act.& obl.& Ang. in d.l. fin.C.de acqui.poss.& Bald.in leg.1.C. de reuo.his quæ in fraud. cred.vbi dicit hoc esse uerum,quando intentatur condictio.ex do.l.fin.secus si ageretur hypothecaria,per d. auth. hoc si debitor. & idem dicit Ang. in leg. 2. §. in hac actione el 2. ui bo.rap. in fin. dicens hanc cautelam inuentam fuisse ab Vberto de Bobio,& idem repet Bald.in l.1.in fin.pro soc.in lec. antiq.& per ista remanet rn̄sum ad vltimum dubium in quo quæritur,utrum dicto casu necessaria sit excussio. Circa secūdum dubium frustra laboratur,in quo deducitur,an d.Ianninus possit offerre dotem & supra dotem vxori Baptistæ & cōsequi bona cum cessione iurium suorum,qm̄ cum supra sit conclusum & probatum, ꝙ confessio & augmentum dotis non nocet creditoribus,& ꝙ ad bona etiam alienata ipsius Baptistæ debitoris creditor hab et aditum absque ꝙ offerat vel soluat,& perinde ac si de dicta dote & augmento nihil appareret,non est opus de dicta oblatione quærere,& esset potius damnosum quā uti le ad istud confugere,ideo circa hoc non est insistendū. Quantum ad tertium,scilicet,an.do. Iannino aliquo remedio sit consultum in domo maioris ipsius debitoris, quæ ex forma statuti non potest in illum transferri, nec illi in solutum adiudicari, neq; hypothecari, nisi præstita cautione de habitando perpetuo in ciuitate Pisauri,& puto ꝙ si agatur contra hæredem Baptistæ,& condennetur,ꝙ pro executione dictæ snię poterit capi dicta domus,non obstante dicto statuto, nō ad effectum,vt in solutum adiudicetur dicto creditori,sed ut uendat̄ & distrahatur alicui,quæ caueat ſm formam dicti statuti, & de precio satisfiat dicto dño Iannino,& prout de iure cōi fieri pôt l. a diuo Pio.§.in venditione.de re iud.quia istud per† statutum non est prohibitum,sed solum ꝙ non possit in tenntam ex secundo decreto,vel in solutum capere seu accipere,&c.quæ nō important,ꝙ non possent capi pignora etiam in tali domo pro executione rei iudicatæ ad finem vendendi,vel si instr̄a hn̄t executionem paratam ex forma statuti,& sic vim sentētiæ,poterit post commissam executionem capi ista domus loco pignoris pro actuali executione dictæ commissionis, & vendi emptori, qui velit cauere,quia istud pignus, quod capitur pro dicta executione,& quod appellatur iudiciale,ut debent Doc.in d.§.in vēditione.non est prohibitum quo ad dictum effectum per statutum,sed tantummodo pignus conuentionale,immo nec pignus prætorium est prohibitum,hoc est primum decretum le. 1.C.de præto.pign.nec etiam secundum decretum, quando interponitur per iudicem iubentem, ꝙ bona vendantur. Nam & isto modo potest etiam interponi.leg.Fulcinus. §. 1. ex qui. cau.in poss.eatur.& in leg.cum proponas. C. de bonis authori.iudic.pos.& qui modus perueniendi ad secundum decretum non est per statutum prohibitus,sed alius modus interponen. secundum decretum,sed per adiudicationem in solutum. Et ꝙ prædictis diuersis modis interponatur secundumdecretum,declarat etiam Bar.in leg.si finita.§.Iulianus.de dam.infec.in ulti. col.quia ergo isti casus non sunt in statuto comprehensi, non intelliguntur prohibiti,& remanent in dispositione iuris communis. leg. commodissimè. de liber. & postu. & leg. si extraneus.de condit.ob cau. & confirmantur præmissa ex not. per dom.And. Barb.in rubr.de rebus ecclesi. non alienand. col. 4. versi.5.limitata, &c. ubi concludit,quod stante statuto, ꝙ res immobilis non possit alienari in forensem & non subditum, quòd poterit dari non subdito cum hoc,ꝙ vendat & capiat p̄cium,per no.per Bal.in l. cum quæstio.C. de leg.vbi dicit,ꝙ licet † fratres prædicatores sint mendicantes,eis pn̄t legari immobilia cum hoc, ꝙ illa vendant, & de precio viuant, alleg. gl.sing.in c.j.de relig.domi.lib.6.& idem vult Imo. in l. apud Iulianum. §.fi.de leg.j.vbi idem dicit, quando res immobilis legatur fratribus minoribus,qui erunt capaces, non ad finem retinendi pro se,sed veneendi & conuertendi precium in necessitatibus suis, & cum eo transit Alex. qui ad hoc etiam alleg.Bald.idem tenentem in auth.ingresi. C.de sacros. eccl. & Rom.in l.Antistius.§.1.de acq.hær.& pro hoc etiam Barba.in loco prælleg.alleg.in arg.no.per Bar. & alios in l. filiusfamilias.§.si quid alicui.de legatis.1.ubi uult,quod si statutum prohibet rem immobilem alienari non allibrato, & forensi legetur fundus, ꝙ ille poterit agere ad æstimationem, per illum tex.& idem tenent alij communiter in d.l.apud Iulianum.§.fi. quicquid ibi dixerit Bar.& propter ea si d. Ianninus non uult cauere secundùm formam statuti,potest dicta domus capi loco pignoris pro executione sententiæ, uel instrumenti, uel p̄ primo decreto, non quidem ad finem ut adindicetur, uel in solutum detur dicto creditori, sed ut uendatur alteri, qui caueat de habitando in dicta ciuitate. Et ita in præmissis concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1. *Præsentia in dubio præsumitur,vt verbum promitto,inter partes prolatum importet stipulationem.*
2. *Promissio de dando rem soluto precio non dicitur promissio de vendendo, sed contractus innominatus.*
3. *Verbum promitto, in contractu innominato non importat stipulationem.*
4. *Donatio nō valet,licet in instrumento dicatur,talis donat tali,nisi de præsentia donatarij constet.*
5. *Etiam si postea donatarius ratificet.*
6. *Epistola & scriptura,quæ mittuntur absenti, non potest ratificari mortuo scribente.*
7. *Pœnitentia habet locum in contractibus innominatis re integra etiam de iure canonico.*
8. *Et etiam si super illo apposita sit stipulatio, & etiam facta oblatione ab altera parte.*
9. *Quantitas precij dat intelligere, quid senserit disponens.*
10. *Demonstratio falsa vitiat legatum.*
11. *Conditio potestatiua adiecta legato debet adimpleri per legatarium quàm primum potest.*
12. *Paria sunt, esse certum, uel de facili posse certificari.*
13. *Legatum conditionale mortuo legatario pendente conditione ad hęredem non transmittitur.*
14. *Expensæ factæ in re propria restitutioni subiecta non compensantur cum fructibus.*
15. *In diuisione rei communis portio meliorata sumptu, & labore vnius ex socijs est ei assignanda.*
16. *Ad intellectum statuti Bononiensis, de præsumptione iurante debitore,&c.*
17. *Præscriptio statutaria currit, quando debitor non tenetur satisfacere, nisi interpelletur, & altero implente.*
18. *Conditio substitutionis, si alter decesserit, &c. purificatur per professionem in religione incapaci.*
19. *Scriptura priuata non probatur esse manu alicuius per solam literarum comparationem, et quomodo testes deponere debeant in huiusmodi probatione.*

CONSILIVM CXXXI.

VISIS, ac ponderatis diligenter omnibus, quæ ad præsentem pertinent consultationē. Primo uidendum est de viribus priuatæ scripturæ manu, ut dicitur, Guidi Antonij, in qua promisit pro se, hæredib.suis, dño Egano, & su is hæredibus dare dimidiam cōmunaliū emptorū ab hominibus Podij pro certo precio, cum pacto, ꝙ ipse exburset dimidiam denariorum, expensarum, & interesse, quod occurrisset, & cū pacto ꝙ ipse soluat gabellam, &c. Nā ex hmōi scriptura & contentis in illa, si p̄supponatur esse

esse manu dicti Guidi Antonij, videtur quod sint obligati eius hæredes dare dictam dimidiam hæredibus dicti domini Egani paratis adimplere ex parte sua oia, de quib. in eadem scriptura, quia verbum promisit, de quo in illa, importat stipulationem. §. si scriptum. insti. de inuti. stip. & l. 1. C. de contrah. & cõmit. stipul. l. Titia. §. pe. de uer. obl. & no. plene omnes in l. sciendũ. eod. tit. & quamuis dicatur in dictis iuribus, hoc esse verum, si 1 promissio sit facta inter præsentes, tñ in dubio † præsentia præsumitur ſm gl. in d. l. 1. cum qua transit Bar. & Ang. in l. Titia. §. pen. de ver. obl. & etiam Imo. Pau. de Cast. & Are. ibi in apodissa, quæ solet fieri parti, & de qua agitur isto casu, & dicunt ēt prædicti, quod ista est communis opin. Ex ista igitur stipulatione oritur actio, etiam si reperiatur interposita super contractu innominato, vel super actu, qui esset contractus innominatus, si per stipulationem non fuisset factus. l. ex placito. & l. cum precibus. C. de rerum permuta. & ubi etiam per nudum pactum diceretur facta dicta promissio, adhuc tamen ex illo de iure canonico oriretur actio. c. j. de pac. & ibi not. Doc. communiter, quod ius canonicum seruatur in terris ecclesiæ, vt no. in c. j. de oper. noui. nunc. & in c. 2. de arbi. io 6. Et casu etiam quo promissio prædicta effectum non posset habere, ut quia deficeret ius vel probatio, debetur tamen hæredib. dicti d. Egani dicta dimidia ex codicillis Vlisis filij dicti Guidi Antonij, qui grauauit hæredem suum reuẽdere seu vendere, vel iura sua remittere filijs d. quondam. D. Egani dicta communialia, pro rata ipsũ tangente satisfaciendo eidem prius de precio, expensis & interesse ac gabellis, iuxta & secundum fomam eiusdem scripturæ olim factæ manu dicti Guidi Antonij, &c. cum ergo dimidia dictorũ bonorum spectaret ad dictum codicillantem, tota uenit & continetur in dicto legato. cum grauauerit hæredem pro rata ipsi tangenti, & per consequens vbi ex scriptura & codicillis agi possit, comes Cornelius tenetur ex ꝑsona sua ad quartã partẽ, & ex persona fratris, & tanquam hæres illiud ad dimidiam, & oblato precio si recusat illud recipere, statim est perfecta uenditio l. Labeo scribit, si mihi bibliothecam. de contrah. emp. & no. Bar. & Doc. in l. si fideiussor. §. meminisse. de leg. j. & in leg. uxorem. §. agri plagam. de leg. 3. & facta dicta oblatione transit etiam dominium ipso iure in legatarium pro parte relicta, ſm opin. Dy. & Bart. in dictis locis, cum quibus trãsit etiam Ang. in l. j. C. comm. de leg. Sed præmissis & alijs omnibus non obstantibus contrarium omnino puto uerius, & præmitto, quod 2 promissio † de dando dimidiam dictorum communalium cũ pacto de exbursando dimidiam denariorum, expensarum, & interesse, & de soluendo gabellas, non dicitur promissio de vẽdendo, quia de natura venditionis non est, quòd venditor teneatur dare, sed tradere. l. ex empto in prin. de act. emp. & prædicta probantur in specie in l. fi. & ibi not. omnes de condi. ob caus. & ibi etiam habetur, quod talis conuentio diceretur simplex cõtractus innominatus, si in stipulatione non esset deducta, uel super illa non esset interposita stipulatio, & probatur in l. cum mota. cum ibi no. C. de transac. hoc igitur sic præsupposito dico, quod isto casu uerbum promitto. prolatum in dicta scriptura non importat stipulationem, quia stipulationem importat, quando apponitur in contractu nominato per alle- 3 gata in contrarium, sed † quando apponitur in contractu innominato, non debet præsumi stipulatio, ſm Bal. no. in l. sicut. C. de act. & obl. quia stipulatio repugnat, & apposita est cõtractui innominato, vt patet ex dic. l. placito. uni probatur, quod natura unius apposita est naturæ alterius, & idem tenet Bal. in l. si pecuniam. in prin. de cond. ob cau. & licet Sali. in d. l. sicut. & Roma. in d. l. sciendum. de uerb. obl. aliter dicant, tamen Alex. ibi in j. col. sequitur opi. Bal. quia secundum eum, vbi apparet, & est certum, quod iuxta contractum innominatum est adiecta stipulatio, tunc illa retinet naturam contractus nominati, d. l. ex placito. & d. l. cum precibus. eo. tit. & l. siue apud acta. C. de trã sact. & saltem quoad hoc, ut quis efficacius obligetur, non recipit naturam contractus innominati, ut probatur in l. miles. §. decem. de re iudicata. & ibi nota. Imo. & est de mente Barto. in l. 2. C. de cond. ob cau. si uero super contractu innominato exprimatur simpliciter uerbum promitto, quod est aptũ ad stipulationem & ad pactum nudum. l. sciendũ. §. dictum. de ædil. edicto, vt quia in instrõ dicatur, quod Titius promisit permutare, vel quod promisit dare speciem cum pacto, quod altera pars det pecuniam, ut in casu nrõ, dẽt intelligi de nuda conuentiõe, quia hoc est de natura contractus innominati, qm̃ ante implementum non parit actionem. l. naturalis. in prin. §. 1. de præscr. ver. & d. l. ex placito. sed si intelligeretur ꝑ stipulationem ante implementum oriretur actio contra naturam contractus innomina. d. l. ex placito. iuncta. d. l. si pecuniam. & ultra Ale. ista opi. confirmatur ex no. per Imo. & Arc. in d. l. Titia. §. pe. de ver. ob. ubi dñt, quod licet uerbum promitto, in scriptura pr olatũ soleat stipulationem importare, quia tamen de necessitate non importat stipulationem, sed põt etiam pactum importare. d. §. dictum si proferatur in epistola non præsumitur præsentia ꝑ ꝯñs nec stipulatio, ut vr̃ probari ibi, & in d. l. 1. C. de contrah. & commit. stipu. quia epistola solet communiter mitti absenti, est enim unus modus contrahendi. l. 1. in prin. de procura. l. consensu. de act. & obl. unde oritur præsumptio ex eo, quod solet fieri cõmuniter. l. certi conditio. §. si nummos. si cer. pet. Quemadmodum ergo ex qualitate scripturę sic continentis non ꝑsumitur dicta solennitas intrinseca, ita etiam ex qualitate cõtinenti, id est contractus innominati, qui in scriptura continetur propter uerbum promitto, non debet præsumi alia solennitas, uidelicet, quod præcesserit interrogatio. & quod incontinenti fuerit sequuta responsio. & ea ratione, qua in alio casu non præsumitur præsentia, prout in specie de uno ad aliud infert Aretin. in dic. §. penult. quia uerba non minus capiunt interpretationem ex natura actus super quo interponuntur, quam ex eo, quod fieri consueuit. l. si uno. in princ. locati. & l. si olei. C. eo. & l. insulam. de præscri p. verb. & l. si stipulatus. in princi. de vsur. Nec obst. allegata per Sali. & Rom. in locis præal. quia secundum Ale. in d. l. secundum. loquitur quando incertũ, est stipulationem fuisse interpositam, nos uero loquimur in casu dubio, & tunc non est præsumendum, partes uoluisse incontinenti recedere a contractu innominato. l. non ad ea. de condi. & dem. vel est dicendum, & forte melius, quod in dubio verbum promitto, sui natura æquiuocum intelligitur secundum naturam actus, super quo interponitur, sicut ex qualitate scripturæ interpretatur taliter, quod cessat præsumptio præsentiæ, & stipulationis. Quia igitur isto casu non probatur stipulatio, sed cõtractus, de quo in scriptura priuata dicitur & est innominatus, vt ex prædictis colligitur, sequitur, quod promissio valuit, ex quo nõ constat uere uel præsumptiue, quod facta fuerit præsente do. Egano, ut in terminis decidit Pau. de Cast. in l. illud. C. de sacros. eccl. ubi dicit uidisse casum, quia in instrumento continebatur, quod talis donauit, & non dicebat præsenti & recipienti, nec de eius præsentia apparebat, vnde dicebat, quod donatio non ualebat, per 4 gl. in d. l. illud. & quia postquam non † apparebat de præsentia, non præsumebatur fuisse præsens sed absens, cum illud consistat in facto, & facta non præsumuntur, ut no. in l. quæcunque. §. j. de publ. & per consequens non potuit fieri non interueniẽte nuncio vel epistola, quæ requiritur, quotiescunque contractus geritur inter absentes, ut dicit gl. in d. l. consensu. Alii tñ, vt refert Pau. de Cast. dicebant, quod ualebat, quia ꝑsentia præsumit, per no. per gl. in d. l. 1. C. de contrah. & commit. stipu. sed non ob. quia secundum eum loquitur, quando instrumentum facit mentionem de actu, qui non potest fieri nisi inter præsentes, vt si dicat, quod Titius fuit stipulatus nisi dicatur, quod tunc fuerint præsentes, notarius diceret falsum. leg. 1. in princip. de verb. ob. sed donatio potest fieri inter absentes, dummodo interueniat nuncius uel epistola, & posito quod non interueniat notarius tamen non dr̃, falsum, & pro ista parte fuit consultum, ut dicit Pau. de Cast. est ergo idem dicendũ in casu nostro, in quo verbum promitto, non importat stipulationem, sed pactum nudũ quod inter absentes fieri potest per nuncium uel epistolam, sicut & donatio, per no. in d. l. consensu. & iõ ex illo non probat, neque præsumitur præsentia, sed potius absentia, & per ꝯñs nõ valuit promissio, sed procedit, etiam si constaret quod postea do. 5 Eganus uel eius hæredes notitiã habuerint de illa † promissione, & illam acceptauerint, ut determinat expresse Bar. cũ quo alii transeunt in l. absenti. in prin. de donatio. vbi concludit, quod si ego existens in domo dico, dono Titio fundum, & ille hoc audito dicat, hoc mihi placet, nõ erit perfecta donatio, ex quo non interuenit nuntius vel epistola, per d. l. consensu. & l. 1. §. fi. de contrah. emptio. & per no. per gl. in d. l. illud. tunc enim cõsensus donatarii uel eius, cui promittitur, superueniens, & eius rati-

ratihabitio prodesset,& actum validaret, si alius noīe absentis recepisset,iuxta no.in l.si ego.de neg.gest. & aliàs acceptatio & ratihabitio nihil pt operari,etiam si promissioni præsentes fuissent mille testes,ſm Pau.de Cast.in d.l.illud. per glo.ibi,& alia rōne non potest in casu isto operari ratihabitio, videlicet post mortem Guidi Antonii,qui dr̄ scripsisse apodissam,de qua agitur,quia † epistola & scriptura,quæ etiam mittitur mihi absenti,nō potest acceptari, neque ratificari per me mortuo illo scribente,seu illo,qui ad me scripturam dirigebat, ut singulariter decidit Antonius de But.in c.fi.de confes.circa 5.col. cum quo ibi transit Im.& qui reputat hoc singulare, quia mortuo eo nō potest dici,ꝙ scriptura eius loquatur,alleg.c.fi. cum ibi not.p Inn.de succes.ab intest.& ita limitat no.p Bar in l.nuda.de dona.& cum prædictis ēt transit Ale.in cons.24. Ponderatis his, quæ in themate narrantur.in 5.vol.Ex alio etiam dicta promissio & conuentio, quæ (vt dixi) est contractus innominatus, potest resolui,uidelicet per pęnitentiam comitis Cornelii,quę in contractibus innominatis locum hēt,re adhuc integra,sicut esse reperitur integra isto casu.l.dedi.§.j.& d.l.si pecuniam. & ibi per gl.& omnes de condi.ob cau.& † quæ pœnitentia in cōtractibus innominatis locum habet etiam de iure canonico, secundum Bal.in l.petens.C.de pac.& ibi ēt uult,ꝙ de iure canonico ex contractu innominato ante implementum non oriatur actio,sed quia de his posset dubitari,& an sint uera de iure,posset in dubium reuocari iō satis est,ꝙ de iure ciuili prædicta sint uera,quod ius ciuile etiā in ciuitate Bononiæ dēt seruari ex forma statuti,si ius municipale deficiat,& ꝑpea cum adhuc ex parte utriusque res sit integra potest comes Cornelius pœnitere, quinimmo etiam si super contractu innominato sit apposita stipulatio,& per † consequens etiam si uerbum promitto, isto casu importaret stipulationem,adhuc dici posset, ꝙ pœnitentia locum haberet,tanquam in hoc dicatur sortiri naturam cōtractus innominati,vt voluit Rom.& Areti.in l.sciendnm. de uerb.obl.& latius Soc.in rub.eod.ti.p totam vlt.colum.ubi latissime per plures rationes hoc prosequitur, quas aliter non refero, quia esset longum . & quia de facili in dictis locis possunt uideri.& ibi respondet Soci.ad leg. ex placito.& alia omnia, q̄ allegantur in contrarium per Alex. in d.l.sciendum.& in l. stipulationes non diuiduntur.& in l. 1. de pac. Nec obst. prædictis,quod dicit Bald. in leg.quamuis. C. de transac.vbi uoluit, quod in contractu innominato ordinato ad contractum nominatum non habeat locum pœnitentia.puta in pacto de uendendo ob certam causam vel conditionem,alleg.l. Labeo scribit,si mihi bibliothecam,de contrah.emp.quia pactum,de quo agitur, non est de vendendo, ex quo est promissio de dando hinc inde.d.leg.fin.ff. de condi. ob cau. & ideo pœnitentiæ est locus,ut dixi,etiam si esset facta oblatio realis, quia talis oblatio in contractibus innominatis non habet uim implementi, adeo quod non competit pro hoc,nec oritur actio ei,qui obtulit.& hoc quia aduersarius potest dicere nolle accipere, sed velle pœnitere,secundum gl.no.cum qua transeunt Doct. in l. iurisgentium.in prin.de pactis.& Bal.in d.leg.ex placito. in 18. q.in l.siue apud acta. C. de transa.11.q.& multo minus agi potest contra comi. Cornelium, si aliqua oblatio realis non sit facta,quia in contractibus innominatis ante implementum non est orta actio.d.leg. ex placito. & sine qua nemo experitur leg. si pupilli. §.uideamus. ff. de nego.gest. Postquam autem constat ex præmissis de uiribus scripturæ priuatæ, restat nunc uidere, an ex codicillis agi possit,& in primis præmitto,quod licet haberes sit grauatus uendere a testatore pro rata ipsi tangente, non tamen intelligitur de tota portione spectante ad ipsum codicillantem mediante successione hereditatis paternæ,nec de rata, quæ ad illum peruenit iure hæreditario, quæ fuit dimidia totius. sed intelligitur de rata ipsi tangente ex dicta scriptura, & pro qua tenetur & obligatur ex eadem scriptura,& sic de dimidia dimidię,ut clare colligitur ex illis uerbis sequentibus uidelicet satisfacto eidem prius per dictos filios do. Egani de precio, expensis & interesse, ac gabellis, iuxta & secundum formam eiusdem scripturę,&c. sed secundnm formā dictę scripturæ,ad quam habetur relatio pro declaratione,precii,non erat satisfaciendum dicto codicillanti de precio, uel ex persona illius eius hæredi, nisi pro dimidia dimidiæ. ergo non intelligitur etiam hæres grauatus uendere ultra dictam partem.Ex † quantitate enim precij datur intelligi,de qua rata senserit codicillās, ꝑ not.in l.1.§.1.de superficie.& Bart. in disputa.publicanus,& faciunt no.in l.semper in stipulationib.de rest.iur.& ista interpretatio debet etiā sumi in dubio, ſm quā hæres minus grauatur.l.si ita scriptum.in prin.& l.apud Iulianū.§.Seio.de legatis primo. & l.nummis. de legatis 3. & istud nō hēt dubium.His igitur sic stātib.pōderandū est, ꝙ illa verba,pro rata ipsi tangēte,exponūtur,i.pro rata, quæ illū tangit quia illud participiū tangente,est ꝑsentis tēporis ſm gl. in cle. j.de præb.in ver.dignitatibus.& Bart. in l.centurio de vulg. & pupil.dum loquitur de substitutione facta de pauperib.Christi.& in l.1.in fi.de condi.& dem.& relatiuū isto casu adijcitur cuidam qualitati importatæ per uerbum tāgit,iō quatenus demonstratio est vera,catenus non valet,ut l.libertis,quos.de alimentis & cibar.legatis.vbi illa uerba, quos testamento manumisi, exponūtur,ii quos testamento manumisi,& ideo † quatenus illa demonstratio reperitur falsa,non ualet legatū.& ita expresse declarat Bar.in l.demonstratio falsa. in prin. de cōdi. & demō. dum opp.de l.talis scriptura.de leg.1.& de l.libertis, quos.vbi rōnem ēt assignat.Sed isto casu demonstratio importata per illud participium tangente,qđ dēt resolui mō ꝑdicto in totū reperitur falsa,ergo legatū in totum est nullus. Assum ptū aūt probatur ex his,quæ superius dicta sunt,ꝑ quæ manifestè constat,ꝙ ex dicta scriptura nō erat obligatus,nec tenebatur in totū,neq; ꝑ aliqua parte,quia promissio, de qua in scriptura,nō valuit,& dato ꝙ valuisset promissio,resolui tamē potuit,& pōt per pœnitentiam comitis Cornelij & fratri sui, ꝗa (vt dixi)ex illa oriretur cōtractus quidā innominatus, in quo habet locum pœnitentia.& ideo legatum pro rata ipsi tangēte dēt intelligi rebus sic stantibus.l.qđ Seruius. de condi. ob cau. & c.quemadmodū. de iureiur. si ergo sequatur resolutio dicti contractus,ut quia comitem Cornelium pęniteat ex persona sua,& ex ꝑsona fratris,casu quo sit hęres illius,legatum etiam resoluitur.Nā legatū in hoc sapit naturā contractus, ad quem hr̄ relatio,sicut econtra stipulatio de præstando legato non habet effectū,si per testatorē reuocetur legatum.l.cum quis decedens.§.1.de leg.3.& per Bar.in l.fi.de solutio.Secūdò legatum prædictū nō pt habere effectum, quia factum est satisfacto ei prius,&c.nam illud participium satisfacto,quamuis sit præteriti temporis,facit tamē conditionē,quia habet dependentiam de futuro,ſm Bar.in d.l.j.in fi.de condi.& demon.per l. acceptis.eo.ti.& per alia iura ibi allegata per eum.& sic perinde est, ac si dictum fuisset, si satisfiet, & probatur etiam ex illo verbo prius,ex quo apparet,ꝙ antequā vendatur legatarijs,est necesse,ꝙ ipsi prius adimpleant & satisfaciant, prout est de natura conditionis,& iō qn̄ prius venit adimplendū per legatarium,ī dubio legatum iudicatur cōditionale,ſm Bar.in l.quib.§.Termilius de condi.& dem.& quia illa † cōditio importata ꝑ verbum satisfacto, & potestatiua debuit adimpleri per legatariū quamprimum potuit,aliàs hr̄ pro defecta,vt est casus in l.hæc conditio.de condi.& dem. quæ habet locum etiam in cōditione consistente,in dando,ſm Bar.& Doc.ibi, quia ergo per legatarios non fuit adimpleta conditio,statim ꝙ habuerunt notitiam legati,dicitur defecta conditio,nec excusantur ex eo,qđ etiam debuit satisfieri de expensis,interesse,& gabellis,de quibus & de quarum quantitate non erant certi, quia potuerunt de facili certificari,qđ si non fecerūt,illis est imputandū, quia paria sunt,ꝙ † quis sit certus,vel ꝙ de facili possit certificari, ſm Pet.de Anch.& Domi.in c.fi.de elect.in 6. per ea quæ hn̄r in auth.omnes peregrini.C.si vt se ab hær.absti.& per Alex.late in cons.52.vol.cum concor.de quibus ibi per eum. Secūdo non excusantur,quia saltem debuit illa pars liquidari,& dimidia precij actualiter offerri secundū Ang. & Imo.& in l.si mora.solu.mat.& Ang.in l.ait prætor.§.si quis paratus.de ope.noui nun. vbi dicunt,ꝙ si debitum non est liquidum,ꝙ pars liquida debet offerri, actualiter,& pro residuo fideiussor etiā actualiter offerri,per l.seruus.& l.statu liber rōnē.de statu lib.vel saltem pro residuo debet fieri verbalis oblatio,secundū Alex. in d.l.si mora.cum ergo legatarij non obtulerint precium, quod erat liquidum,nec pro residuo fideiussorem obtulerint,nec ēt verbalem oblationem residui fecerint, dicitur defecta conditio legati.d.l.hæc conditio.& alia ratione legatum non debetur,quia hæres fuit grauatus uendere Annibali quondam domini

mini Egani de precio, expensis, & interesse ac gabellis, &c. quæ verba, ut proxime dixi, faciunt legatum conditionale sine dubio, & perinde ac si dictũ fuisset, si prius satisfiet de prædictis, 13 quia ergo prædicti † legatarij mortui sunt pendente conditione, & antequam conditionem adimplerent, legatum factum ẽ caducum, vel quasi, & non potuit ad hæredes eorum transmitti. l. vnica. §. sin autem sub conditione. C. de cadu. tollen. & l. a testatore. de condi. & demon. vbi deciditur iste casus in terminis. Nam ibi fuit rogatus hæres restituere hęreditatem Titiæ acceptis decem ab ea, & ibi dicitur, quòd si Titię acceptatis decem, ꝙ legatum non transmittit ad hæredem, & non minus in casu nostro, quam in illo, legatum est conditionale. Nec ob. le. 2. C. de pac. inter emp. & vend. iuncta gl. quia ille tex. loquitur in contractu, & illo casu implementum conditionis potestatiuę transit ad hæredem, per rationem quam assignat Bar. in l. si decem cum petiero. in fi. de uerbo. obl. sed aliud est in ultimis voluntatibus secundum eum, & concludens iudicio meo. Sed dato etiam, quòd cessarent omnia prædicta, & quod Comes Cornelius adhuc esset obligatus, vel vigore scripturæ priuatæ aut codicillorum dare vel uendere dimidiam dictorum communalium filijs & hæredibus. d. Egania: dhuc restat dubium, vtrum tota pars redacta ad culturam, laboribus, & expensis comitis Cornelij debeat ei in diuisione assignari in partem, & in residuo portio præmissa hæredibus d. Egani cõsignari. An vero etiam de parte redacta ad culturam debeant participare refectis expensis comiti Cornelio pro rata, & ista ultima pars prima facie videtur vera, per tex. no. in l. intra vtile. §. fi. de min. vbi quæritur, ꝙ si curator fundum minoris vendidit, & emptor illum fere sex annis possedit, & quem longe, lateq. meliorem fecit, an minor aduersus emptorem possit restitui in integrum curatore existente soluendo. & respondetur, qđ vix est, vt restitui possit, nisi sit paratus omnes expensas, quas emptor bona fide fecit, præstare, cum promptum sit minori auxilium aduersus curatorem, qui est idoneus. & sic minor per restitutionem potest consequi fundum longe, lateq. per emptorem meliorem factum restituendo expensas, quamuis aliud remedium illi competat, scilicet, contra curatorem idoneum, igitur pari ratione debet diuidi cum hæredibus do. Egani pars redacta ad culturam, & illis de ea portio assignari, si sint parati expensas pro rata præstare, quamuis de residuo superstit tantum in quo dimidia portio præmissa pro indiuiso do. Egano possit illis tradi, & confirmatur prædicta, quia sumptus necessarij, vel utiles facti in re communi repetuntur, non autem dicta res adiudicatur illi, qui expensas fecit in dicta re. le. siue hæreditaria. & l. si pupilli. in prin. de neg. gest. & ibi no. etiam per Doc. in l. ex duobus. eo. titu. immo uidetur, ꝙ fructus interim percepti debeant cum expensis compẽsari. l. sumptus. & l. emptor. in prin. de rei vend. Sed præmissis non obstantibus contrariũ puto de iure uerius & æquius, & illud in primis est certum, ꝙ fructus percepti per comitem Cornelium non debent cum expensis compensari, quia expensas fecit in re propria, & non in aliena, licet etiam fuisset restitutioni subiecta, ideo isto casu fructus cum expensis non sunt compẽsandi, sed sunt præcipui comi. Cornelij, secundum glo. sing. in d. l. emptor. in princ. de rei vend. quam ad hoc alleg. sequitur Bal. Ang. Imo. & Alexan. in 14 l. in insulam. §. j. solu. mat. quę vult, quod quando quis † facit expensas in re propria, quæ subiacet restitutioni, puta fideicommissæ conditionali, quòd fructus percepti ea pendente non compensantur cum expensis, quia ille, qui expensas fecit, tunc erat dominus. & idem uult Ale. in l. domus, aliàs, domos. de leg. j. dicens, quod per hoc limitatur. d. le. sumptus. & dict. l. emptor. in prin. ut scilicet, intelligantur de sumptibus factis in re aliena, & non in propria in aliquem euentum restitutioni subiecta. Et insuper dico quod quamuis dimidia pro indiuiso istorum bonorum esset danda pro certa quantitate hæredibus dom. Egani, & post dationem pro indiuiso dicta bona efficerentur communia, nihilo minus in diuisione portio 15 † redacta ad culturam, sumptu & labore comitis Cornelij esset illi per iudicem assignanda, & in residuo dictis hæredibus esset assignanda dicta portio. quæ (ut præsupponitur) est etiã reducibilis ad culturam, & quæ est in meliori statu quam esset tempore acquisitionis factæ per Guidum Antonium, & q̃uis etiam ita de facili non posset ad culturam reduci, sed opus esset maiori sumptu, poterit tamen illius haberi ratio, & illis assignari, tanto plus quod correspondeat excessui dicti sumptus faciendi. Nam iudex diuisorius potest ex causa uni totam rem communem satisfacere. l. i. C. commu. diui. & Insti. de offi. iud. §. ead. & melius probatur in leg. non amplius. §. fina. cum. leg. seq. de lega. j. vbi dicitur, quod legata quota bonorum omniũ, hæres non cogitur in omnibus & singulis bonis partem assignare, sed poterit in paucioribus rebus, vel in una re partem relictam legatario dare, in qua legatarius consenserit, vel iudex æstimauerit, & sic ex causa & suadente æquitate, ut ibi etiam not. omnes Doct. iudex res communes potest in totum uni assignare, & in alia re communi alteri satisfacere, & hac ratione licet legitima vel Trebellianica sit debita in omnibus bonis, quia tamen non est æquum, quod in omnibus præstetur, quia totum patrimonium corrumperetur, potest & debet paucioribus in rebus uel in vna re assignari. dict. §. fin. cum leg. seq. & ibi no. Doct. & leg. 2. C. quan. & quibus quibus quar. pars debe. lib. 10. & per Bart. in l. in quartam. ad leg. Fal. uer. 4. quæro, &c. eadem ergo ratione quando una res est communis, iudex ex causa & suadente æquitate potest & debet diuidendo, unum in certo loco alteri præferre, & partem suam assignare. ꝙ autem ista sit iusta causa, scilicet, quia comes Cornelius meliorauit certam partem proprio sumptu, ac labore, ut illi assignetur dicta portio in diuisione, deciditur quasi in terminis ex nota. per Barto. in dict. leg. in quartam. in versic. præalleg. ubi primo concludit, ꝙ quarta debetur in qualibet re pro indiuiso, per l. Plautius. & l. lineã margaritarum. eod. tit. & per l. 2. C. eo. Deinde concludit, ꝙ tempore diuisionis non assignat̃ in qualibet re, sed in paucioribus, vel in una re, ne totum patrimonium corrumpatur. subdit, ꝙ si pater unam rem filio in peculiũ concessit, ꝙ illa poterit pro quarta retineri. & per iudicem in quartam imputari. l. filium, quem habentem. C. fami. ercisc. & hoc duplici rõne. Et primo, quia sicut pater filium in illa re in uita prædilexit, præsumendum est, ꝙ etiam in morte illum prædilexerit. Secunda assignatur rõ, & ad propositum, ne fiat separatio eius possessionis, quam filius coluit & meliorauit. l. 2. C. de aluuio. & palu. & sic Bar. explicite & expresse determinat, qualiter res culta & meliorata, quamuis sit communis, debet diuidi, & licet socius sit paratus expensas pro rata præstare, idem ergo quando meliorauit partem, ut. s. illa pars debeat illi soli assignari in diuisione, & multo magis in casu nr̃o, in quo tempore meliorationis res non erat communis, sed propria ipsius. & qui diu expectauit, antequam reduceretur res ad culturam, & antequam esset reducta pars aduersa diu expectata, nũquam curauit partem consequi, nec adimplere promissa, sed distulit quousque res ad fertilitatem redacta, & de inutili utilis facta fuit, unde non est æquum, ideo iniquum & inhonestum, ꝙ peracto negocio ad rem paratam comitis Cornelii pars aduersa uelit admitti, ut in simili etiam dicit tex. in l. & si minor. §. 2. de mino. Et prædicta confirmantur per tex. in l. quicunque desertum. C. de omni agro deser. lib. 12. cum ibi no. per Bar. in fi. vbi dicit no. optimum arg. pro laboratoribus & colonis terrarum, qui eorum cultura fundos bonos & fertiles fecerunt, cum eẽnt steriles, vt non possint per dominos eorum de cultura remoueri, nec eis pensio augeri. Et hoc ultimum probatur etiam in l. fi. eo. ti. ubi Bar. no. illum tex. contra insatiabiles prælatos, & de quo (ut ipse dicit) uisum fuit in l. cum satis. §. caueant. eo. tit. & l. j. in quib. caus. colo. & per prædicta. Pau. de Cast. in cons. 63. incip. videndum, &c. concludit, ꝙ colonus etiam ad modicum tempus, qui sua industria & suis laboribus fundum sterilem & inutilem reduxit ad culturam, non possit expelli, nec illi pensio augeri de iure & de æquitate, & ibi probat, ꝙ. d. l. quicunque. loquatur de tali colono, & inducit ẽt cap. ad aures. de reb. eccl. non alie. quia ergo æquum est & honestum, ꝙ ille, qui rem sterilem reduxit ad fertilitatem, ea fruatur, & ꝙ non expellatur, ut patet per prædicta, ista æquitas per iudicem est etiam seruanda in diuisione, nec de hoc hæredes. d. Egani possunt conqueri, quia si res adhuc esset integra, potuisset sine dubio ista pars in diuisione assignari comiti Cornelio, unde potest prætendere interesse damni emergentis, si nunc eadem portio illi assignetur, sed solum lucri cessantis, quod isto casu non debet esse in consideratione, ex quo comes Cornelius non fuit in culpa, sed potius pars aduersa, quę distulit acquirere partem, aliàs si non

possset

possset dicto Comiti Cornelio dicta pars nunc assignari ex bono opere & laudabili esset factus deterioris conditionis, quam si culturā dictæ rei neglexisset, quod esset absurdum. Et adhuc etiam prædicta confirmantur, qm̃ (ut dixi) qn̄ imminet detractio quartæ, illa debetur in qualibet re pro indiuiso, sic omnes res sunt communes, & tamen si heres unam rem nō malitiosè alienet, res illa imputatur in quartam. auth. res quæ. C. commu. de leg. & no. in l. Marcellus. §. res quæ. ad Treb. & hoc secundū Bar. ibi, quia æquum est, quod iudex arbitretur, ut in re malitio se alienata computetur quarta, ne vexetur, si res ab eo, qui emit euincatur. l. fi. §. fi. de leg. 2. sicut ergo illa res pp prædictam æquitatem assignatur hæredi in diuisione, licet in illa haberet tā tum quartam pro indiuiso, ita propter similem & etiam maiorem æquitatem debet ista pars assignari comiti Cornelio. & de dicta æquitate, de qua in casu Barto. ipse etiam arguit in d. §. Marcellus. ad illam, de. qua in casu nostro, dum probat dictū suum, quod in vna re concessa in peculio iudex debet illam cōputare in quartam, remittendo se ad not. per eum in d. l. quartam. ubi Bart. dicit, prout retuli supra, quod hoc fit, ne fiat separatio eius possessionis, quam filius coluit, & meliorauit. d. le. 2. C. quando & quibus quar. pars deb. Cessantibus etiam præmissis comes Cornelius est tutus exceptione præscriptionis, quæ fuit decursa, & etiam completa viuo adhuc eius patre, qui promiserat dare, & qui spatio decem annorum potuit præscribere actioni personali ortæ ex sua promissione ex forma statuti disponentis, q̄ præscriptione decennii a petitione debiti creditor excludatur, si talis exceptio pręscriptionis opposita fuerit, quo casu agens ulterius non audiatur. & loquitur tm̃ in specie de obligato ad factum etiam per scripturam priuatam, & quamuis statutum sic disponat, si iurauerit debitor, vel eius heres, debitum fuisse solutum, uel non fuisse datum, vel promissum, quod petitur. Nihilominus istud iuramentum in casu no-

16 stro non est necessarium, quoniam debet † statutum intelligi qn̄ debitor cum effectu tenebatur soluere: nam tunc illi nō ꝓdest exceptio p̄scriptiōis nisi obstat exceptio, quia ex parte sua nō impleuit, ut in casu nostro. l. Iulianus. §. offerri. de act. emp. & l. filiæ licet. C. de coll. & ibi plene per Ro. & Alex. per Bar. & alios in l. si duo patroni. §. si quis iurauerit. de iureiur. tunc debitor non tenetur iurare se soluisse, si non apparet, q̄ creditor adimpleuerit prius pro parte sua, quia hoc casu nō erat cum effectu obligatus soluere, ut in iuribus præal. & iō de tali mō loquitur statutum, q̄a illi non conueniunt verba statuti. l. 4. §. toties. & ibi per Bar. de dam. infec. & l. ad aurem. in prin. de admi. tut. Nec ob. si forte dicatur, q̄ si non cadit isto casu iuramentū p̄standum ex forma statuti, q̄ ēt huic debitori non proderit p̄scriptio statuti, quasi q̄ de illo statutum non loquatur, & tanq̄ casus iste dicatur a statuto omissus. l. commodissime. de libe. & posth. & l. si extraneus. de cond. ob cau. q̄a saltem ad casum istū ex identitate rōnis dēt extendi statutum, quia respicit publicā utilitatem, & tendit ad bonum publicum, s̄m Bar. & Doc. in l. nemo p̄t. de leg. 1. q. pp hoc dn̄t, q̄ beneficio huius statuti non p̄t renunciari, unde cum sit fauorabile rōne p̄dicta, pōt extēdi ex identitate rōnis, iuxta no. in l. illud. C. de sacrosf. eccl. & ꝑ no. per Bar. in l. si constante. in 9. q. 1. patris prin. sol. mat. quā ergo rōne statutum uult q̄ pręscribatur debito eo casu, quo ex parte creditoris nihil erat implendum. si non poterat exceptione repelli, si debitor iuret soluisse, eadem rōne & multo magis debet habere locum p̄scriptio contra creditorem, qn̄ constat eū non adimpleuisse ꝑ parte sua, & quando apparet, q̄ poterat repelli exceptione, quia non est minus, immo magis ęquum, q̄ creditor isto casu repellat, ex quo fuit negligens pro sua parte implere, & cui non competebat actio efficax, non posset exceptione repelli, quam q̄ repellatur in casu præcedenti, in quo actio competebat, cui nulla obstabat exceptio, quamuis etiam debitor iuret. Præterea statutum in prin. loquitur de debitore generaliter. & sic sub dicta generalitate includitur etiam casus nr̄ l. j. §. & generaliter de legatis pręstan. & illa cōditio, si iurauerit debitor, &c. non refertur ad omnes casus cōprehensos sub gn̄alitate pręcedenti, sed solum ad illos, quib. potest adaptari, arg. no. in l. si idem cum eo. §. fi. de iuri. om. iud. & ita ēt dicit Ba. in l. j. in fi. C. de leg. her. ubi uult, q̄ si clausula posita in coniunctione sicut in casu nostro, in quo non stat ꝑ se iuxta not. per Bar. in l. fi. de reb. dub. si præcedentia sunt aduersatiua, & sic nō potest ad omnia referri, tūc refert ad illud, qđ ꝓbabilius adaptatur ꝑ no. in d. §. Itē p̄dictis nō ob. si dicatur, q̄ Guido Antonius nō potuit p̄scribere, quia fuit in mala fide, non procedit s̄m Ang. & Doc. cōiter cōtra Bar. in l. sequitur. §. si viā. de usuc.

17 & Doc. cōiter in c. fi. de præscri. quia immo videtur † fuisse in bona fide, ex quo ab eo nunquā fuit petitū, nec fuit unquā interpellatus, & quo casu. s. qn̄ debitor non tenetur satisfacere, nisi interpelletur. Abb. in d. c. fi. voluit, q̄ præscriptio currat, quia debitori nihil potest imputari, nec dicitur esse in peccato si non soluit, & dicit, q̄ idē tenuit Host. in summa de præscri. & quāuis in his terminis, s. quando creditor solū dēt interpellare debitorē, seu qn̄ sola interpellatio sufficit ad constituendū debitorē in mora, dicta opi. Abb. possit dici dubia, per ea quæ voluit Imo. in d. c. qui uidetur illo casu velle cōtrarium, & in l. quibus dieb. §. dominus. de cōd. & dem. tn̄ quando ex parte creditoris requiritur ēt implementū reale & oblatio & datio, vt in casu nostro, sine dubio procedit, & est vera dicta opi. Abb. q̄a tūc cessant oēs rōnes ꝯtrariæ, qm̄ debitor isto casu nō tenetur dare vel facere cū effectu. d. §. offerri. & quia illi competit exceptio nō dicitur ꝓprie debitor. l. debitor. de ver. sig. & no. Bart. & Doc. in l. fi. si cert. pet. ideo si non soluit, non peccat, & per consequens debeat posse præscribere, & dato q̄ Guido Antonius nō potuisset præscribere propter malam fidē eius, tn̄ filij & hæredes præscripserunt de nouo, quia in bona fide fuerūt. l. qui in alterius. de reg. iur. & ex quo. d. Eganus est post mortē Guidi Antonij superuixit per decenniū & ultra, & qđ tempus (vt dixi) sufficit ad præscriptionē ex forma statuti. & q̄ statutū prædictū locū hēat in hærede debitoris propter præsumptam eius bonā fidem, voluit ēt Pa. de Ca. in d. l. si quis sub conditione. in fi. de cōd. insti. & in cōs. 289. Hæreditas dictæ puellæ. vbi dicit idem in quolibet debitore ignorāte, & istud ēt vult Abb. in d. c. fin. quinimmo Pet. de Anch. in cōs. 342. inci. Visis diligēter actis, &c. voluit per plura, q̄ huic iuri & facultati de emendo p̄scribatur spacio decē annorū ēt de iure communi, qđ aliter pro nunc non prosequor, quia non est necessarium stantibus pręmissis. Nec obst. q̄ post præscriptionem completam frater comitis Cornelij grauauerit hæredem suū filijs domini Egani partē ei tangentem dare, quia, vt dixi supra, legatū hoc ex plurib. nō pōt habere effectū, & si comes Cornelius non sit hæres fratris, ut præsupponitur, multo minus tenetur actione personali, quāuis possideat. l. 1. §. si hæres ad Treb. & l. fin. §. de contrah. emp. & quę portio fratris spectat ad comitem Cornelium, etiam si nolit esse hæres fratris ex fideicommisso, de quo

18 in testamento patris, in quo illus adinuicē substituit. si † aliter decesserit sine filijs, & quæ cōditio purificata fuit per professionē factam in religione fratrum minorū incapaci, secundum Bar. in l. cū pater. §. hæreditatē. de leg. 2. & in l. Statius Florus. §. Cornelio Fęlici. de iure fis. & in trac. min. ver. item isti hæredes, &c. & Ang. in l. ex facto. §. ex facto. ad Treb. & Imo. & Pa. de Ca. in §. si quis rogatus. 2. ea. l. & Antonius de But. & Abb. ī c. in p̄ntia. de prob. & quāuis Imo. in d. §. hæreditatem. & Alex. in d. §. ex facto. videatur aliter dicere, tamen idem Alex. sequit̄ prędictam opi. quā dicit esse cōmunem in consi. 13. 3. vol. & ibi respondet ad rationē, q̄ allegauit in contrariū in d. §. ex facto. & istā ēt opi. prosequitur late Soci. tanquam communē in consi. 92. Circa primū, &c. inter consilia Maria. qui etiā respōdet ad dictam rōnem cōtrariam, & iō si nolit esse hæres fratris partē bonorū, de qua agitur, quæ erat in hęreditate & in dn̄io patris, poterit ex fideicommisso paterno retinere, & onus illi iniunctū a fratre & codicillis euitare, & qui comes Cornelius ēt tanquam hæres patris nō tenetur dare, neq. vendere hære-

19 dib. d. Egani per plura, de quib. supra, & † etiam multominus si non probabitur, q̄ scriptura priuata sit manu patris, qđ nō probatur per solam comparationem literarū contractus. §. si quis igitur. in auth. de instr. cau. & fi. & in auth. & si cōtractus. C. de fide instr. & ibi per Bar. & Ang. in l. comparationes. eo. tit. per Bar. & Rom. in l. nuda. de do. & gl. in l. in bona fidei. C. de reb. cre. & Bar. & alios, in l. admonendi. de iureiur. Nec etiā probabitur per testes, nisi dicant, q̄ fuerint præsentes, quando ille scripsit, & q̄ viderunt illā scribere, & ubi præsentes nō fuissent, non sufficeret, si dicerent se vidisse eum aliās scripturas facere & literas suas cognoscere, & q̄ iudicāt scripturam, de qua agitur, fuisse manu scriptam, ut probatur in d. §. si quis igitur

cum

eum ibi no.& no.gl.in d.auth.& si contractus. in gl.mag.& ibi hoc etiam vult clarius Iac.But.& no. Bar.in d.l.nuda.& in d.l. admonendi.& per Bal.in auth.si nouo iure.C. de fide instr. & Ant.de But.in c.2.de fide instr.& Alex.in consi.76.Ponderatis his.3.vol.& in cons.80.Viso processu,&c.4.vol.Nec etiam cõfessio fratris comitis Cornelij,de qua in codicillis,præiudicat comiti Cornelio,quia res inter alios acta,&c.l.sæpe.de re iudi. & in rubro & nigro.C.res inter alios acta,&c.quinimmo non probat etiã dicta confessio contra confitẽtem,nec contra eius hæredem,ex quo est facta parte absente,secundum Bar.in l.cũ quis decedens. §.codicillis de legatis.3.sed solum ualet in vim fideicommissi,& non in vim confessionis,secundũ eum. Et ex quo etiam legato vel fideicommisso non præiudicatur comiti Cornelio, vt superius est late probatum. Ex his igitur omnib. tam diuisim quam coniunctim concluditur, ꝙ Comes Cornelius est a petitis absoluendus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de rato,& se facturum,&c.facit committi obligationem ad interesse.*
2 *Promittens se facturum,&c.constituitur in mora sine interpellatione etiam cum illis verbis,ad omnem requisitionem.*
3 *Transactio non rescinditur remedio.l.secundæ.C.de rescindenda uenditio.*
4 *Melioramenta non pertinent ad dominum reuerso ad eum feudo per lineam finitam,nec cum fructibus compensantur.*
5 *Transactio non ualet,aliquo non dato uel retento, nec præsumitur datum, nisi in instrumento dicatur.*
6 *Transactio generalis,etiam super his, vbi lis non erat, quando valeat.*
7 *Pactum ex falsitate causæ finalis, ipso iure annullatur,et quando hoc procedat.*
8 *Ratificari non potest actus nullus ex defectu formæ, uel causæ finalis.*
9 *Promissio ratificationis de iure impossibilis de facto,quãdo impleri debeat.*
10 *Promissio ratihabitiõis est nulla,si actus principalis est nullus.*

CONSILIVM CXXXII.

VISO instrumẽto transactionis, de cuius virib.& efficacia agitur, vr̃ prima facie dicendũ,ꝙ d. Augustinus teneatur ad interesse,eius vxore non ratificante dictã transactionẽ, quia pro ea de rato promisit & se facturum & curaturum cum effectu omni exceptione remota,ꝙ do. Peregrina ad omnẽ requisitionẽ fratrũ de Lisca,laudabit,approbabit,& ratificabit dictã transactionem,& oĩa in ea contenta, & ꝙ se solenniter obligabit,&c.Si igitur † dicta domina nolit ratũ habere,obligatio cõmittitur contra maritũ ad interesse ex illa simplici ꝓmissione de rato.l.2.§.incertam.& ibi no.& in l.fi.de præto.stipu.l.2. & l.si procurator.ff.rẽ rat.hab.& similiter dicta obligatio cõmittitur ex illa ꝓmissione,ꝑ quã cõuenit se facturũ & curaturũ, ꝙ ratificabit,& vr̃ casus in l.qui aũt.§.fi.de cõsti.pecu.vbi dr̃,ꝙ si quis ꝓmisit certã ꝑsonã fideiussurã,i.se facturũ,ꝙ fideiubebit ſm gl.& illa nolit fideiubere,tenetur,qui ꝓmisit, ad interesse, & sic nõ vr̃, ꝙ sufficiat,ꝙ d.Augustinus fecerit,quicquid poterit,vt illa ratũ habeat ,nec sufficiat eius conatus, nisi sequatur effectus, & tanto magis, quia promisit facturũ & curaturum cũ effectu.& ꝓpea vt illud verbum cũ effectu, aliquid operet, non sufficit dictus conatus.l.si quando.in prin.de leg.j.c.si Papa.de priu.in 6.Et quia illud verbũ in sui significatione hoc importat.l.si non mortis.§.fi.de inoff.test.vbi patet,ꝙ verbum cũ effectu,significat effectualem consequutionem eius, quod qs intendit.& ita tenet Aret.in l.si ita stipulatus.§. possum. de verbo.obl.& quia secundum ipsum impossibile est præcise, quod ille, qui promittit facere & curare in omni casu, ut hoc faciat cum effectu.quoad factum principale intelligitur promisisse, ꝙ faciat cum effectu eo modo,quo fieri põt,s. soluendo iteresse.l.quidam cum filium.de ver.obl.l.mulier.§.pe.de cond.inst. quinimmo qui promittit † facturum & curaturum,si hoc non facit,quam primum potuit,in mora cõstituitur absq.ulla interpellatione secundũ Bald.singulariter in c.1.§. ad hæc.in ti.hic finitur lex Corrad.& Are.in d.§.possum.& Alexand.in l. quod te.in 6.col.si cer.pet.Nec obst.in casu nostro illa uerba,ad omnem requisitionem,&c.quia nihil operantur,quominus dicto modo mora committatur.ar.no. per Bar.& alios,in l.cum stipulatus sim mihi o Procule.de uerb.obl.nec pretextu metus huiusmodi transactio potest rescindi,quia ita demum rescinditur si iustus metus fuit adhibitus,s.mortis uel cruciatus corporis l. interpositas.& ibi ꝑ omnes.C. de trans. l.donationis. C. quod met.cau.facit tex.in c.veniens.el 2.& in c.consultationis. cũ ibi no.de spõ. Nec sufficit probare metum in genere, sed dẽt spẽs probari & qualitas metus.d.l.interpositas.& ibi no.Bald.Sal.& Mod.& ꝙ nõ ꝓsumitur ex eo,ꝙ quis magnum dederit pro modico,ut ibi secundum ultimum intellectum gl. communiter approbatum & facit.l.dolus.C.de rescinden.uendi. & etiam non probatur regulariter ex solis minis.l.metum.& ibi per Doc.C. quod metus caus. cum concord. de quibus ibi. Similiter non † potest dicta transactio rescindi per remedium.leg.2. C.de rescin.vend.& sic prætextu deceptionis ultra dimidiam iusti præcii,q̃a in contractu transactionis locum non hẽt remedium.d. l.2.ſm gl.Inn.Io.Andream,Pet.de Anch.& Abb. in c.cũctã.de emp.& uen.Spe.de emp.& uen.§. nunc uidendum restat, &c. uers.quid de transactione.Bald.in d.l.2.post Rich.Malumb. & in pluribus aliis locis alleg.per Alex. in l. si quis cum aliter. de uerbor. oblig. ubi sequitur istam opin. post Cuman. qui dicit eam communem, & idem etiam attestatur & sequitur Aret.ibi & pro ista opi.consuluit ẽt Ale.in consi.42. 1.vol. ubi similiter refert,ita communiter teneri per plura,de quibus late in dictis locis.Prærerea ubi rescindi posset,ex quo tamẽ ipso iure ualet. nil obstat,quominus agi posit contra Augustinum uigore ꝓmissionis de rato,quia ad illum non pertinet dictæ rescissionis petitio,sed ad uxorem,sequuta demum ratihabitione.Sed præmissis non obstantibus de iure aliter rñdendum puto.Nam huiusmodi contractus valere non põt ut transactio, quoniam in instrumento narratur, ꝙ lis erat orta & oriri sperabat̃ sup feudo, ex eo ꝙ illi de Lischa illud ad eos spectare tanquam masculos asserebant, & dicta domina Peregrina contrarium dicente. Super melioramentis uero factis per patrem dominæ Peregrinæ non dicitur, ꝙ esset lis, uel esse posset. Quo igitur ad dicta melioramenta,pro quibus fuit ei concessus usufructus tredecim annorum,transactio non potuit ualere, quia super eis (ut dixi) lis non erat de iure.nec de facto,nec esse sperabatur,ac ẽt de iure esse non poterat,quia certissimi iuris † est,ꝙ reuertente feudo ad dominum propter lineam finitam,ad eum melioramẽta non pertinent,sed tenetur ad eorum æstimationem, si velit ea retinere,ut est casus,& ibi per omnes in c. 1.§.sed uasallus.in ti.hic finitur lex Conrad. Nec tenetur expensam hr̃s uasalli cũ fructibus perceptis compensare,ſm Bal.& Ang.per gl. ibi,in l. emptor.de rei uen.quia ergo de iure erat clarum, melioramenta non pertinere ad dictos masculos,nec per negationem istud efficeretur dubium,transactio,quo ad dicta melioramenta, valere non potuit,tanquam facta super re certa & clara.l. 1.& ibi plene no.per omnes.ff.de transac. Nõ potuit etiam ualere quo ad res & terras feudales,quamuis super illis orta esset, vel oritura fuisset lis,& alia cã,quæ illarum occasione Augustino transigenti nomine vxoris nihil fuit datum,& nihil fuit ab eo retentum occasione dictarum rerum,quia (ut dixi) usufructus assignatus dictæ eius uxori fuit non quidem pro dictis bonis nec occasione eorum,sed duntaxat pro dictis melioramentis,ut patet clare ex instrumento,dum in eo sic dicitur,uidelicet,q̃a partes ipsæ dictas fabricas & melioramenta compensauerunt cum dicto usufructu relaxato ipsi dominæ per dictum tp̃s ut supra, &c.Aliquo † igitur non dato nec retento nõ potuit ualere transac.l.1. C.de trans.d.l.ff.eo. ubi enim in instrumento non dicit̃ ꝙ aliquid fuerit datum vel promissum, ꝙ datio uel retentio interuenerit,non presumitur,& idcirco transactio annullatur, secundum Pau.de Ca.& Ale.in l.suus hr̃s.C.de repu. hær. & hoc ex defectu formæ.d.l.transact.& ita etiam in terminis firmat & cõcludit Ang.per prædicta in consi.63.inc.Cum lis & qõ, &c. in 3.col.ubi concludit,ꝙ si transactio fuit gñalis & facta occasione diuersarum rerum,& aliquid sit datũ uere uel presumptiue occasione unius rei vel causæ,puta legati, ꝙ transactio non ualet quo ad residuum,pro quo nihil reperitur datum uel retẽtum.sed contra ꝓdicta unum uidetur obstare,quia quando est con-

ꝯtētio & lis sup una re uel cā, & sit trāsactio gn̄alis ēt sup aliis, de qb.lis non erat, quo ad oēs trāsactio ualet, secundum Bar.& Doc.in l.si cā cognita.circa medium.C.de trāsact.& do.Ant.& & Imo.in c.1.eo.ti. Cū itaq; lis esset super feudo, transactio facta sup eo ac etiam sup melioramentis debet ualere ēt sup illis ꝓ quib.aliquid nō inuenitur datum. Ad hoc aūt r̄ndetur & rectē, ꝙ Bar.loquit & eius dictū ꝓcedit, qñ trāsactio valuit & valere potuit sup eo, qđ erat dubiū, ut quia ꝓ eo fuit aliquid datū vel retentum. Nā tunc sustinetur ēt trāsactio quo ad id, qđ dubium nō erat.& pro quo ēt datū fuerat, sed in casu nostro ꝓ eo qđ erat liquidū, solū fuit datū, & nihil pro illo, quod erat dubium, ꝑpea quo ad illud transactio vitiatur ex defectu formæ & similiter quo ad aliud tanquam facta sup re nō dubia, sed certa & clara. Ex præmissis igitur manifeste declaratur, ꝙ ꝯtus, de quo agitur, non ualuit ut transactio, nec valere potuit. Restat nūc uidere, utrum ualeat, vt pactum. & uř ꝙ sic pp uerba instrumenti, in quo dř, ꝙ partes deuenerunt ad transactionē, cōpositionē, & pactū, iō actū uidetur, ꝙ res valeat oī meliori mō s̄m Bar.in d.l.si de certa.& in l.si cā cognita.in fine de trāſ. sup quo pacto fuit ēt interposita stipulatio, sicuti dicitur in fine instrī.uer.& præmissa oīa & singula, & sic producit ēt actionē. Sed hoc non obstante cōtrariū uerius arbitror. Nam cā huius pactionis & conuentionis fuit, quia in hæreditate quōdā d.Io. de Lisca extabat quoddā feudū, sicuti ex ꝑfationib.dicti instri declarat, vbi hoc enūciatur cāliter, & per dictionē, q.l.demōstratio.§.1.de cōd.& dem.ex quib.intentio oñditur.l.fi.de hær. inst.l.cū hi.in pri.de transſ.l.regula.post prin.de iu.& fact.ignorā.q̄a igitur Augustinus credebat res, de quib.in fine instri, esse feudales, & hoc non negabat ipse, nec uxor sua, quāuis diceret illud ad eam pertinere, masculis contrarium asserentib.pp hoc Augustinus ex ista cā cōuenit & per pactū promisit relaxare res prædictas masculis de Lischa, qua cā, vcȝ, q̄a feudū erat in dicta hæreditate, fuit finalis, q̄a de ꝑterito, & obligans ipsū disponētem, si fuisset uera, quoniam masculis fuisset obligata dicta dn̄a Peregrina restituere prædictas terras, si fuissent simpliciter feudales.c.1.§.hoc autem notandum.q feu.dare poss.c.j.§.filia.de suc.feu.& declarat Bal.in l.demonstratio falsa. §.fi. in 3.& 6.q. de cōd.& dem.& q̄ cā non est uera, sed falsa, qm̄ minime uerū est, ꝙ res prædictæ sint feudales, immo sunt liberæ.sicuti i alio consilio per me super hoc principaliter reddito fuit plene probatum, & ad illud quantum ad hoc me remitto. Cum † igitur

7 cā finalis dicti pacti sit falsa, non ualet pactum, & ipso iure fuit nullum, s̄m Aug.& Raph.in l.si diuortio.de ver.ob.ar.eius qđ dř de legato.l.cum tale.§.falsā.de cōd.& dē.& no.in d.l. demōstratio.§.j.per gl.& istud ēt tenet Ale.in d.l.si diuortio.qñ dicta cā fuit ignoranter expressa, per no.ibi in gl.pe.& ꝑ l.j.C.de fal.cau.adie.leg.& ibi subdit Ale. ꝙ ignorantia præsumit, si ꝓbet rem aliter se habere, & allegans ignorantiam tractet de dāno, & aduersarius de lucro, per no.per Bar.in l.non fatetur.col.pe.de confes.& ita est in casu nr̄o, quia, ut in alio consi.plene deduxi, ex restōne facta Sandro de Lischa ab illust.dominio, ꝓbatur ꝙ istæ res non sunt feudales.& sic constat rem aliter se hr̄e, iō præsumitur ignorantia allegata uel allegāda per dictū Augustinū. Præterea ex defectu cāæ finalis euacuatur pactū & promissio. Nec ob.qđ uoluit Bar. in d.l.demōstrō.§.j.in 6. qō.vbi vř aliter loqui.de quo Ale. mētionē nō facit, quia loquitur Bar.& iura quæ allegat, qñ falsa cā fuit expssa in traditione, quia tunc impeditur dominij trāslatio, prout declarat Bal.quē ēt Alex.nō alle.in l.fi.C.de fal.cau.adiec.leg. sed ubi apposita est promissioni.Bal.ibi uult, ꝙ conuentio sit nulla, vel ꝙ saltem obstet exceptio. Nā tūc refert secundū eū, vtrū apponatur in contractu, in quo requiritur aliqua impletio aduersarii facta vel futura, sicut in casu nr̄o refectio melioramentorū, pro quib. vsusfructus ꝓmittitur, & tūc uitiat ipso, alle.l.3.§.sub tilius.de cōd.ob cau.& l.damus.de cōd.ind.aut nō requiritur aliqđ implemētū aduersarii, ut in cōtractu donōnis, & ꝓut in casu nostro, quo ad terras promissas restituere, & isto casu aut titulus donōnis est expssus, & vcȝ.l.2.§.fi.de do.& idē si nō sit expssus, si hoc ē ex certa scīa, ar.l.sed & si quis cau.& d.l.si diuortio.de uer.ob.sed si ꝑ errorem, tūc aut est pactū nudū, & non ualet ipso iure, aut est stipulatio, & obstat exceptio.l.2.§.circa.de doli excep. & sic cōcordat cū prædictis, hoc excepto, ꝙ in hoc ultimo dr̄iam facit inter pactum nudum & stipulōnem, quæ dr̄ia non ꝓbatur d.§. circa.quia in quātum loquitur de causa de ꝑterito, illa suberat & erat uera, sed fuit finita. Et dū loquitur de cāsa non sequuta, loquit de cā falsa de præterito, & quæ erat finalis.& ideo videtur, ꝙ stipulatio ēt tūc sit ipso iure nulla, ar.d.l.1.C. de fals. cau.adie.le.& hac rōne vbi ēt trāsactio nō annullaretur ex defectu formæ, & ex causis superius expssis, vitiaret ex d.falsa cā, & ita in transactione. & sic in terminis voluit collegium Paduanum in quodā cōs.inserto inter consilia Pet.de Anc.num. 209.& inci. Iudex.i.de iure iudicaturus, &c.alle.no.in l.in summa.in prin.de cō d.inde.& in l.sub prætextu. C.de transſ. & idē dicit de arbitramento, vt ibi latius. Si ergo etiam transactio ex defectu formæ nō valet, nec pactū per falsam causam ignoranter expressam, similiter ꝓmissio accessoria de rato, vel de faciē do & curando, ꝙ domina Peregrina habebit ratum, non valet,

8 quia † actus nullus ex defectu formę, vel propter defectū causæ finalis ratificari non potuit nec mediante ratihabitione ualidari, s̄m Doc.in l.obseruare.§.fi.& maxime Bal. ibi in 1.col. & in 14.ff.de off.procō.& leg.Inn.in c.prudētiā.in prin.de off. dele.vbi dicit, ꝙ si actus est nullus ex alia causa quam ex defectu consensus ratificantis, ꝙ ratihabitio nihil operatur. & idē tenet.d.Ant.& Card.& Abb.in c.nonnulli.§.fi.de rescrip.quia

9 ergo impossibilis est de iure ratihabitio, ꝓmissio isto casu tanquam continens impossibile non valet.l.non impossibilis. de verb.ob.Nec ob.ꝙ debet impleri de facto, ex quo ius non resistit, s̄m Bar.in l.quidam cū filium.de ver.ob.per illum tex.quia illud habet locum respectu pœnæ conuentionalis, in qua non inspicimus, an intersit.l.stipulatio ista.§.alteri.de verb.obl.sed non quoad obligationem ad interesse, quia si de facto nō sequatur ratihabitio, non interest stipulatoris iō ad interesse nō pōt

10 committi stipulatio. Est etiam nulla † dicta promissio de rato alia rōne, quia ex quo actus principalis est nullus ex causis p̄dictis, dicta ꝓmissio, quæ accessoriē venit ad illū actū, non pōt esse valida, regula, accessoriū.de reg.iu.in 6.l.cū principalis.ff. eo. Et ita in terminis firmat Pet.de Anch.in consſ.331. visis facti narratione, &c.in vlti.char.Nam & in casu suo quidā ꝓmiserat facturū & curaturū, ꝙ minor haberet ratū quādā quittationē eius nomine factā, verū q̄a dicta quittatio ex multis dicebatur, & erat nulla, vt ibi late ꝑ eū, idcirco cōcludit, ꝙ ēt dicta ꝓmissio de faciēdo & curādo tanq̄ accessoria nō ualet.ꝙ confirmatur ex no.ꝑ gl.in l.si patronus.in verſ. Fauiana.si quid in frau.patro.q̄ vult, ꝙ vitiato ꝯtractū principali non valeat iurm tanq̄ accessoriū, quā ad hoc alleg.Bal.in l.j.C.de inoff. don. & ad idē facit, ꝙ voluit Bal.in l.si absētis.C.si cer.pe.dū dicit, ꝙ si cōtractus principalis nō tenet, ꝙ ēt præceptū guarentigiæ sup illo appositū nō valet, ꝑ l.fi.de cōsti.pec.& ibi ēt no.Pa.de Ca. & de hoc ēt ꝑ Ale.in l.j.§.si vir.de acq.poss. & ꝑ hæc tolluntur allegata in cōtrariū, q̄a possent locū hr̄e, vbi trāsactio valeret & cōuētio, & ꝯn̄r etiā ꝓmissio de rato, sed ex quo principalis obligatio nō tenet, & accessoria non valet, vt superius probatum est.& sic non obst.ꝙ obiicitur in cōtrarium allegatur, & concluditur, ꝙ Augustinus ad inteerſſe non tenetur, si uxor ratum habere nolit dictam transactionem, nec etiam tenetur, si non curauit, vt ratificaret. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Impetrare dispensationem dicitur, qui illa utitur, licet motu proprio concessa.*
2 *Verbū aliquo modo, excludit dispēsationem etiā motu proprio.*
3 *Copula, & ponitur inter diuersa, & auget.*
4 *Priuilegium dicitur omne, quod conceditur a principe cōtra ius commune etiam motu proprio.*
5 *Gratia etiam motu proprio nullum tribuit ius, nisi acceptata.*
6 *Dictio taxatiua tantummodo excludit omnem alium effectum, & dictio non aliter.*
7 *Pacto tolli potest uirtus iuramenti impedientis purgationē moræ, sicut & facultas illam purgandi.*
8 *Pęna adiecta dationi quantitatis pręsumitur in fraudem usurarum etiam in transactione.*
9 *Moræ purgatio admittitur de canonica æquitate, nisi ubi adest dies & pœna in conuentionalib.*
10 *Et idem licet adsit iuramentum, quia de iure canonico indistincte æquitas seruatur.*

CON-

CONSILIVM CXXXIII.

QVIA iterum reuocatur in dubium, vtrum comes Bernardinus ceciderit ab oĩ iure sibi quęsito ex trãsactione facta cum comite Sigismundo fratre suo ex hoc, ꝙ dictã transactionem iuratatam non seruauerit, iuxta.le.si quis maior.cum materia. C. de transf. ideo super hoc non insistam. Dicitur ergo, ꝙ dictus comes Bernardinus non dicitur aliquo modo priuatus cõmodo dictæ transactionis, quãuis ẽt in termino non soluerit illud, qđ cũ iuramento soluere promisit, quoniam promisit soluere comiti Sigismundo singulo anno quoad vixerit tãtum, & non ultra, & præsentes fines obseruauerit, eisq. aliqualiter nõ cõtrauenerit. Si ergo fuit cessatum in solutione, postquam dictus comes Sigismundus contrauenit transactioni, certissimũ est, ꝙ nullum ex hoc comiti Bernardino paratur præiudicium quia promissio de soluendo non fuit simpliciter in diem, sed ẽt facta fuit sub conditione, si & quoad comes Sigismũdus fines obseruauerit, eisq. aliqualiter non contrauenerit, ꝙ autem nõ obseruauerit fines, sed illis contrauenerit, & per cõsequens ꝙ co. Bernardinus a promissione de soluendo fuit liberatus, & sic, ꝙ in mora soluendi esse non potuerit, clarè demonstratur. Nam comes Sigismundus cum iuramento promisit non impetrare aliquam dispensationem, nec aliqđ aliud, p ꝙ derogetur præiudicetur præsenti iuramento, & contentis in eo ad fauorem dicti comitis Bernardini a sanctissimo Dño nostro, eiusque sancta Sede apostolica, nec ab aliquo alio authoritatẽ habente, &c. & promisit impetratis non vti, & si dicatur ꝙ ex dispositione concessa motu proprio summi Pontificis, & ex vsu illius non dicatur comes Sigismundus contrafecisse prædictæ promissioni, per l.3.in prin.cũ ibi no.p Doc. qđ quisq.iur.tũ uidetur hoc esse falsum, & ꝙ imo dicitur impetrasse dispensationem, & ea vsu fuisse contra dictam promissionem iuratam, 1 † quia ille, cui conceditur dispensatio etiam motu proprio, dr̃ dispensationem, impetrasse simpliciter torquẽdo, sed non dicitur impetrata ad postulationẽ, ut aperte probatur in d.l.3. vbi dicitur si quis iniquum ius aduersus aliquem impetrauerit, ipse eo iure utatur ita demum, si per postulationem eius hoc euenerit, cæterum si ipso non postulante, non coercetur, & sic tex præsupponit, ꝙ impetratio dicatur fieri nõ solum ad postulationem, sed etiam aliquo non postulante, & sic motu proprio pręsertim dũ tex.dicit, cęterum si ipso non postulante impetrauerit, quia hoc uerbum prius expressum hic intelligitur repetitum, ut no.Bar.in l.Seiæ.§.Caio. de fun.instr. & in l.in repetendis.de leg.3. & sic verificantur verba promissionis simpliciter factæ de non impetrando aliquam dispensationem & de ea nõ utendo etiam in dispositione facta motu proprio, qm̃ eo ipso ꝙ illam acceptauit, quamuis nõ postulauerit, dicitur impetrasse, quia (vt dicetur infra) ante acceptationem ius nõ quæritur. Et ideo ex hoc & vsu illius dicitur promissioni contra factum & tanto magis cũ actum sit, ꝙ dictus comes Sigismundus non possit impetrare aliquo modo directe nec per indirectum, &c. 2 ꝙ † verbum aliquo modo, operatur, ꝙ de dispensatione motu proprio etiam intelligatur facta promissio, quamuis etiam sub ea non includeretur, si uerbum illud aliquo modo, non fuisset expressum, ut probatur ex no.per gl.in cle. 1.de foro comp. & per not.in l.quidam.§.fi.iuncta gl.in verb. quoquo modo. de fideicom. liber. & probat idem etiam tex.in l. 1. de testa. mili. in ver. quoquo modo. & ad idem etiam tendunt illa uerba directę, nec per indirectum, &c. Quia geminatio uerbalis multũ operatur, ut probatur ex nota.per Bal. de pace Cõstan.in ver. cessantur & irritẽtur, &c. & i l.nec dãnosa.C.de prec.imp.offe. faciũt no.in l.balista.ad Treb.idẽ quoq. probat clarius ex uerbis inferiorib. eiusdẽ instri, dũ subiungitur, quinimmo etiã ex nunc & eo meliori mõ, quo põt, eidem dispensationi contra tenorẽ præsentis instri impetratę & impetrandæ, & quibuscũq. iurib. & priuilegijs, si quę in futurum eidem augeri & acquiri possent in prędictis, præfato do. co. Bernardino, renunciauit & renunciat taliter, ꝙ nullo casu præfato comi. Sigismundo, & ut supra aliquo iure vel ingenio ab hinc in antea in pręditis uel cõtra prædicta & eorum causa & occasione augeri nõ possit aliquod ius, nec aliunde plus habere. Immo per tales impetrationes, priuilegia uel indulta contra præseus instrumentum uel præter obtenta & obtinenda, sit do.co. Sigismũdus priuatus omni iure & beneficio tam p̃sentis instrumenti quã aliorum quomodocunq; eidem, & ut supra competentib. &c. Dũ ergo dicitur, ꝙ eidem dispensationi impetratæ & impetrandæ, & quibuscunque iuribus & priuilegiis, &c. certissimum est, ꝙ dispensatio & gratia concessa etiam motu proprio co. Sigismũdo comprehenditur saltem sub illis uerbis, & quibuscunque iu3 ribus & priuilegiis, quia † copula, & ponitur inter diuersa, vt no.in rub.de iur. & fact.igno. unde licet uerbum illud præcedent scilicet eidem dispensationi impetratæ, referatur solum ad dispensationem impetratam ad postulationem, tamen uerba illa sequentia, videlicet, & quibuscunque iuribus & priuilegis, cõiuncta mediante copula, debent intelligi de concessione, & priuilegio concesso motu proprio & sic in effectu diuerso a præcedenti, per no.in d.rub. & quia copula auget.l. ea tñ adiectio, de leg.3. ac etiam ne sequentia uerba reddantur superflua.ca. si Papa.de priui.in 6. & l.si qñ, in pri.de leg. 1. & hoc ẽt importat illud uerbũ quibuscunq; geminatum, p no.in d.l. balista. & p Bal.in c.Imperialẽ.in prin.de prohi.feu.alie.p Fe. & in l. 1.qõ. 44.de rerũ diui.cũ quo trãsit Ale.in l.si patroni.in pri.ad Treb. & in l.Gallus.§.ẽt si parẽte.de lib. & post.dũ uult, ꝙ concessio fcã de feudo p quibuscũq; hrdib. includat ẽt hęredes extraneos ꝗ nõ solent alias admitti ad feudũ receptũ ẽt simpliciter pro hr̃dib.ẽm Bar. & Doc.in d.§.ẽt. & tãto magis istud in casu isto est verũ quia sub verbo illo priuilegiis, simpliciter prolato absq; illo uerbo quibuscunq; includeret sine dubio priuilegiũ conces4 sum etiam motu proprio, quia omne † quod cõceditur a principe contra ius commune, dicitur priuilegium proprie, nec distinguntur vtrum sit cõcessum ad postulationem, vel motu proprio.c.priuilegium.3.dist. & declarat Bal. in l. 1.in fi. C. de iur. & facti igno.in l.fi.C.si contra ius uel uti.pub.in l.si finita.§. ex hoc edicto.de dã.infect. & probatur in l.si quando. C. de inof. testa. & ibi no. & per Ant.de But. & Abb. in c.cum tibi.de uerb. sig. & no.gl.in l.humanum.C.de legi. & Cy.in l.rescripta. C. de preci.imp.offer. & Pau.de Cast.in l.maritum, sol.ma. & Ale.in l.quia tale.in prin.eo.ti.cum ergo priuilegiis impetrandis sit renunciatum, & sit actum, ꝙ ex illis nudum ius quæratur comiti Sigismundo, dicitur contrauenisse promissioni iuratæ illa acceptando, & utendo dictis priuilegiis concessit etiam motu proprio. Et quibus per pactum in specie potuit renunciari.l.4.§.quæsitum.si quis cau. & præcipue cum iuramento, quia ex illo ualidatur etiam renunciatio facta iuri de futuro, secundum Raph. & Ale.in l.si quis haberes.in prin.de acq.hęr. & in d.§.quæsitũ. & ultra prædicta adhuc in eodem instrumento & in parte inferiori continetur, & reperitur in effectu eadem renunciatio, vbi conueniunt partes, ꝙ comes Sigismundus ullo futuro tempore directe nec per indirectum p se aut eius interpositas p̃sonas palam uel occulte, se aliquo quouis quæsito colore, cã uel ingenio, non possit acquirère ex quouis contractu ab aliqua persona cuiuscunque qualitatis, & conditionis esse possint, & maxime a monasterio & conuentu ordinis ipsorum fratrum Prædicatorum, nec aliter quomodolibet, minusq; acquiri possint ali quo quouis mõ in futurum, ut supra, aliquod ius seu actiones in & super bonis, &c. Quinimmo eo casu ꝙ aliquo casu reperirentur ipsi acquisita esse aliqua iura uel actiones in prædictis, & ut supra. & per intermediatas personas, ꝙ etiam esse intelligantur, ubi aliquod ius, & commodum ex tali acquisitione, & ut supra directe, vel per indirectum haberet præfatus co. Sigismundus, ꝙ eo casu illud ius, amittat, & ex nunc amissum esse intelligatur, & trãslatum præfato comiti Bernardino, suisque filiis, & ad beneficium eorum.ut supra. Ex quib. uerbis prægnãtib. & amplis apparet, ꝙ est prohibita acquisitio co. Sigismũdo alicuius iuris in dictis bonis, tam ex contractib. quam ex priuilegiis quibuscunq; a quocunque concessis, nedum ad postulationem, sed etiam motu proprio, & quia uerba per se sunt satis 5 clara, circa expositionem illorum aliter non insisto. † Nam ex gratia etiam motu proprio concessa acquiri ius aliquod nõ potuisset d.comiti Sigismundo, si illam non acceptasset, ẽm Bart. in l.fi.de cõst.prin.per l.fi.cum gl.in ver.pŝtetur.de cõsu.li. 1 2. & probatur in c.si tibi absenti.de præb.in 8. & in c. 1. de cõcess. præb.eo.li. & ibi per gl. & Doc.in c.si gratiose, de rescri. in 6. & in l.qui absenti.de acq.poss. & ibi per Ro. & alios Mod. Comes ergo Sigismundus, qui priuilegium summi Pontificis cõcessum motu

motu proprio acceptauit, dr ex proprio facto acquisiuisse, & promissioni pdictæ de non acquirendo per se vel alium contrauenisse, quia ergo promissiones iuratas non seruauit, non dr co. Bernardinus non soluendo in termino a commodo transactionis cecidisse, quia frangenti fidem potuit ex dispositione legis & iure permittente fidem non seruare. l. cum proponas. C. de pac. & etiam a solutione potuit impune cessare quia expresse fuit conuentum, ꝙ ita demũ soluere teneatur, si co. Sigismũdus fines & conuentiones seruauerit, & ꝙ ubi contra fiat, nedũ denegari possit solutio, sed etiam iam solutum repeti. Et iō stāte tali expressa conuentione non est curandum, utrũ pacta sint correspectiua, vel non iuxta ea, q̃ traduntur in d. l. cum proponas. l. 1. §. si conueniat. deposi. & l. iuris gentium. §. ait prętor. de pac. & ubi cōtra prædicta aliquid aliud obiiceretur, rñsio clara colligi poterit ex his, quæ dixi in priori consi. Scd'o principaliter dr ꝙ mora etiam si fuisset commissa per co. Bernardinum potuit per illum purgari. Nam hoc casu etiam de iure ciuili rōne iuramenti non impeditur moræ purgatio, quamuis aliàs impediat. l. si quis maior. C. de transf. quia inter partes fuit actum, ꝙ iuramentum hoc casu non habeat hunc effectum, ut clare probat ex illa clausula apposita in dicto instrumento, videlicet uolētes nihilo minus ambæ partes ꝙ per instrumentum, de quo supra, non possit causari aliqua caducitas in prę iudicium eorum, vel alterius eorum. sed tantummodo ꝙ iuramentũ ipsũm sit & per sistat pro corrobatione contractus & non aliter, &c. Quia † igi tur actum est, ꝙ iuramentum operetur confirmationem contractus, & sic ꝙ tm̄modo habeat hunc effectum, omnis alius effectus iuramenti intelligitur exclusus per illam dictionem taxatiuam tm̄modo, ſm Bar. & Doct. in l. 1. in prin. si quis ius dicē. nō obtempe. & ex uirtute illius uerbi, non aliter, per no. in l. si quidem. C. de exce. & per † ɔ̄ns actum est, ꝙ uirtute iuramenti non impediatur purgatio moræ, & quæ conuentio ualuit absque dubio. d. § si conueniat. sicut ēt, ecōuerso pt renunciari p pactum facultati purgandi moram l. sancimus. C. de fideius. in ver. nisi pacti. & no. Ang. & Alex. in l. si insulam. de uer. obl. non dēt ēt impediri hoc casu morę purgatio ex eo, ꝙ adiecta sit dies & pęna, & q̃ aliàs pp hoc purgari nō pt. l. traiectitiæ. § de illo. de actio. & obl. & l. magnam. C. de contrah. commit. stipu. quia in quantum † adiectio pœnæ appositæ in transactione refertur ad donationem q̃titatis soluendæ singulo anno p co. Bernardinum non ualuit, quia præsumitur adiecta in fraudem usurarũ, ſm gl. in l. cum allegas. C. de vsu. & in l. Iulianus. §. idē Papinianus. de act. emp. & Iac. But. & Floria. in l. pecuniæ. §. 1. de vsu. & Io. And. in Spe. de ob. & sol. §. ante omnia. uer. sequitur & Ang. Imo. & Ale. in l. stipul atio ista. §. alteri. de ver. ob. cum cōcor. de quibus ibi & ista est communis opi. & q̃ ēt locum hēt, qñ pęna est adiecta dationi quantitatis promissæ in transactione, q a militat eadem rō. & ita tenet Iac. But. in l. promissis. C. de transf. & Imo. in l. cum seruus. de condi. & dem. & Alex. in d. §. alteri. si ergo non ualuit quo ad dationem quantitatis promissæ, dicta adiectio pœnæ habetur pro non apposita. l. quoties. qui satisda. co. & l. 4. §. condemnatum. de re iu. & per consequens non impeditur purgatio moræ. Et ubi adiectio pœnæ valeret, adhuc saltem de ęq̃tate canonica haberet locũ purgatio moræ, quod probatur vrgenti rōne & cōcludenti, nam ēt de iure ciuili purgatio morę admittitur in ṗtoriis, & iudicialibus stipulationib. etiam si sit apposita dies & pœna. l. si post tres. si quis cau. & ibi no. gl. Dy. & Doct. communiter, & Bar. in l. si insulam. de verb. ob. in 2. col. ver. 4 oppo. & ea rōne ſm eum, quia prætorię stipulationes & iudiciales iudicantur de mente prætoris, sed conuentionales ex mente contrahentium. l. conuentionalibus. eo. ti. & quia prætor hēt æquitatem ante oculos. leg. ꝙ si Ephesi. de eo quod cert. loc. cum uidet ius actoris non esse factum deterius, admittit purgationem moræ, sic in conuentionalibus quę ex mente & uoluntate contrahentium iudicantur. Illa † ergo æquitas, quæ specialiter seruatur in prætoriis & iudicialibus stipulationibus de iure ciuili, debet generaliter seruari in quali bet promissione, etiam conuentionali de iure canonico, ut probatur egregie ex no. per Arch. 1. q. 1. c. sunt nonnulli. ubi singulariter uoluit, ꝙ licet incertitudo rei regulariter habeat uitiare contractum secundum rigorem iuris ciuilis. leg. ita stipulatus. de uerb. obl. cum sim. tamen de æquitate canonica omnis contractus, promissio & dispositio facta super quacunque re ualebit non obstante incertitudine, & poterit semper ex ea agi ut declaretur ſm arbitrium boni uiri, per l. cum post. §. gener. de iure dot. inquātum ibi dicatur, quod fauore dotis incertitudo non uitiat, & sic vult, ꝙ ubi dicitur specialiter in dote, extendatur de æquitate canonica ad omnē cōtractũ. & istud dictũ seq̄tur Ant. de But. in c. ex parte. de deci. & Alex. in l. ita stipulatus. in 3. col. pari igitur rōne æquitas, quę de iure ciuili seruatur in prætorijs & iudicialib. stipulationib. debet generaliter attendi de iure canonico in qualibet alia promissione. † Et ex his etiā infertur, ꝙ iuramentum ſm æquitatem iuris canonici non debet impedire purgationem moræ, quæ conceditur de æquitate iuris ciuilis regulariter. l. si seruum. §. sequitur. de ver. obl. unde etiam in casibus exceptis a iure ciuili, & in quibus de rigore nō potest mora purgari. d. §. sequitur. non debet rigor ille seruari, sed æquitas iuris canonici, & admitti moræ purgatio, quia indistincte de iure canonico æquitas attenditur & seruatur, vt patet per prędicta, & prout etiam in specie uoluit Bal. in l. qui crimen. in 12. q. C. qui accu. & Ant. de But. & Imo. in cap. dilecti. de arbi. per c. suam. de pœnis. & Alexan. in l. si quis maior. C. de transf. & quamuis idem Alex. in d. l. si insulam. de ver. obl. dicere uideatur, ꝙ hoc procedit in foro tantum pœnitentiali, & non iudiciali, prout loquitur gl. quam ēt alleg. Bal. in c. beatus. 22. q. 2. tamē istud est cōtra intentionē aliorum, dum allegant. d. c. suā. qui tex. locũ habet in foro contentioso ſm vnũ intellectũ. Nec ob. alia rō Alex. dicentis, ꝙ iuri ciuili est standũ, cum non reperiatur ab illo recessum in hoc de iure canonico, quia immo ex quo in quibusdam casib. de iure ciuili ex æquitate admittitur purgatio moræ contra regulas iuri, dēt ēt de iure canonico generaliter in omnib. casib. illa æquitas seruari, ut patet ex no. per Arch. & alios in dictis locis. Laus Deo.

SVMMARIVM.

CONSILIVM CXXXIIII.

QVO ad primum dubium, videtur prima facie dicendum, ꝙ a transactione nō sit licitum recedere quia error in calculo † non retractatur, qñ facta est transac. l. 1. C. de erro. calcu. & ēt qđ est solutum ex causa trāsactionis, non potest cōdici. l. in summa. in prin. de condi. indebi. & hoc etiam decidi videtur ex no. per Bar. in l. 2. C. de iure fisc. lib. 10. vers. quæro, quid de cōputatione facta inter priuatos est dicendum, ꝙ si inter priuatos erat lis, & fuit a iudice assumptus calculator inter eos, & calculatio talis ualet, & plenā fidem facit, quæ tamen posset ṗtextu erroris officio iudicis hoc committentis retractari usq. ad sententiam. l. error. C. de iuris & facti ignorantia. & l. arbitrio. ff. qui satisdare cogantur. si uero cōputatio facta sit ab ipsis partib. & tunc ſm Bartolũ sunt attendenda verba assūptionis, vt si quidem contineat calculationē tantum, & prætextu erroris potest quādocunq. retractari l. 1. C. de erro. calcu. si vero con-

continet pactũ vel transactionẽ gñalem, aut spalem, tunc face ret piudicium, allegat. l. emptor. §. Lucius. ff. de pactis & l. si qui dẽ. C. de transac. & iste est casus noster, & † ẽt ex alio nõ pt calculus retractari in casu nr̃o, videlicet ꝓp iur̃m de non cõtrauenniendo & obseruando, &c. quia põt seruari sine interitu salutis æternæ, c. cum contingat, de iureiu. c. quamuis. de pactis. in 6. & magis in specie probat ex no. per gl. in l. 2. C. de rescindẽda vend. & in c. pe. de emptione & uend. quæ vult, ꝙ deceptus vltra dimidiam iusti precij non hẽt beneficium dictæ. l. secundæ, si iurauit non contrauenire, & qđ remedium ignoranti tñ conceditur, & non scienti, vt in d. l. iuribus no. & per ɔ̃ns vult, ꝙ sub specie erroris & ignorantiæ non succurratur ei, qui iurauit non contrauenire, & cum gl. transeunt Do. cõiter, atque ẽt ₰m cõem opin. dicto casu erranti † & decepto dicto modo nõ cõceditur absolutio a iur̃o, ₰m Im. in d. c. cum contingat. in 5. memb. vbi dicit, hãc esse cõem opinionem. & de quo ꝑ Ale. post Imo. & Rom. in l. stipulatio hoc modo concepta. de verb. obl. & in consi. 25. in 1. uol. & tanto magis procederent prædicta, si iurassent partes omnia & singula fuisse & esse uera, &c. Quia dicto casu iurans errorẽ non põt allegare, quia contra ꝓpriã cõfessionẽ iuratã veniret & suam turpitudinem detegeret, ut probatur ex no. per Antonium de But. in d. c. cum cõtingat. in 7. membro, cum quo transit Imo. ibi in 8. membro. & in c. ad nostram. circa finem de emptione & uendit. Imo. & Alex. in l. nemo potest. de legatis 1. ubi dicitur, ꝙ licet contra contractum simulatum & iuratum possit opponi exceptio simulationis, vt not. gl. & Doc. in l. 3. C. plus valere quod agi. si tamen iuratum sit, omnia & singula esse uera, tunc iurans non auditur, & dicit Imo. ꝙ istud est de mente Bar. in l. fin. C. de non num. pec. Nec etiam isto casu dici potest, ꝙ error sit expressus in transactione, iuxta no. per Bar. in d. l. j. C. de erro. cal. ex quo sine extrinsecis probationibus non potest de illo constare. Sed præmissis non obstantibus contrarium iudicio meo est dicendũ. Nam (vt proponitur) in transactione dicitur, quod ducati quatuor mille fuerunt promissi pro adæquatione introituum, & ꝑñr ex hac causa postmodum fuerunt soluti, & præsupponitur ẽt, ꝙ pars, quæ obuenit illustrissimo domino Ludouico, erat minoris reditus in ducatis ducentis, & ꝙ pro supplemento dicti reditus fuerunt promissi & soluti ducati quatuor mille tanquam & rebus immobilibus emendis ex dicta quantitate, percipi possent fructus ducatorum ducentorum. Et in hoc dicitur erratum, quia si de altera parte bona pro ualore ducatorum quatuor mille detrahantur, & alteri parti applicentur, diminueretur reditus huius partis in ducatis ducentis, & introitus alterius partis augerentur in eadem quantitate. Ita ꝙ excederent in ducatis ducentis ab altera parte. Vnde pro adæquatione introituum veniebant tantum detrahẽdi ducati duo mille ab una parte, & alteri parti debebant applicari, quia reditus vnius fuissent in ducatis centum diminuti, & in centum fuissent introitus alterius partis aucti, & sic isto modo adæquatio introituum poterat induci. Si igitur rectè considerentur, quæ in themate proponuntur, hic error calculi non inuenitur, nec in calculo esse erratum dicitur, quoniam verum est, ꝙ introcitus vnius partis excedebant in ducatis ducentis. Item uerũ est, ꝙ ex bonis immobilibus ducatorum quatuor millium percipi possent introitus ducatorum ducentorum. Et similiter ducati quatuor duntaxat mille sunt promissi & soluti, & sic nõ est erratum in calculando excessum redituum, qui percipi pñt ex bonis immobilibus valoris ducatorum quatuor mille, nec etiã in calculando dictam summam promissam & solutam. Sed erratum est solum circa causam promissionis & solutionis, quia pro adæquatione redituum erant debiti tantummodo ducati duo mille, & fuerunt promissi ducati quatuor mille. huiusmodi autem promissio & solutio non dicitur errorem calculi continere, sed continet errorem circa causam sicut si deberem centum ex cã mutui, & promitterem uel soluerem ducenta ex dicta causa. Nam & hic non est error in calculo, sed circa causam tantum, ut per totum titulum de condict. indeb. & per Bar. in l. 1. de off. procu. Cæsa. Et ꝓpea† isto casu promissio facta in plus, per errorem, non valuit cum effectu. leg. pen. §. mulier. sol. mat. ubi dicit, ꝙ si mulier, quæ centum habebat ex cã dotis apud uirum, facto diuortio a uiro errante ducenta sit stipulata, ꝙ debetur quantum dos fuit & non ultra, siue prudens mulier sit stipulata, siue imprudẽs. & idẽ no. gl. pen. in l. si diuortio. de ver. ob. secus vero si promissio facta fuisset sciẽter, vt ibi in tex. dicitur, & dicit etiam ibi Ang. & Ro. ꝙ falsa causa si est finalis, vitiat ꝓmissionẽ, sicut ẽt vitiat legatum. l. cum tale. §. falsam. de cond. & dem. qđ Alex. sequitur, qñ emissa est ꝑ errorẽ, & prout finalis esse dicitur, ₰m eum, quando erat obligatoria, si fuisset vera, vt in casu nostro, ꝑ no. ꝑ Bar. in l. demõstratio falsa. §. 1. in 3. & 6. q. de cond. & dem. & quærit ẽt Alex. vtrũ † in casu illius l. ꝓsumatur promissio, q̃ continebat plus debito, sicut in casu isto facta in dubio per errorem, vel ex certa scientia, & concludit, ꝙ si ille, qui allegat ignorantiam, tractat de damno euitando, & aduersarius de lucro, prout fit in casu, de quo agitur, tunc probando rem aliter se habere: præsumitur ignorantia. l. sed si me præsente. in prin. de cõdi. inde. & no. gl. in l. cum de indebito. de prob. & per no. per Bar. in l. non fatetur, de confes. col. pe. si verò tractat de lucro, tunc distinguit, prout facit Bar. in dicto loco. Sicut igitur ista promissio præsumitur facta per errorem facti, eodẽ modo idẽ est dicẽdum de solutione facta ex dicta causa, & ex hoc sequitur, ꝙ illud plus indebitè solutũ põt repeti ꝑ condictionẽ indebiti. l. 1. C. de cõdi. indebi. & l. error. C. ad leg. Falc. & sic patet, ꝙ non ob. d. l. 1. C. de erro. calcu. quæ non facit ad propositum, quia hic non fuit error in calculo, vt dictum est. Et non obst. ꝙ † solutũ ex causa transactionis non possit repeti. d. l. in summa. in prin. de condi. inde. & d. l. 2. C. eo. ti. quia illa iura loquuntur in transactione, per quam disceditur a lite, & qñ fuit datum ex hac causa immediate, vt a lite discedatur, non dr̃ solutio indebita, nec facta ex falsa, sed ex uera causa, ẽt si nihil fuisset debitũ, sed qñ in trãsactione promittitur aliq̃d tanq̃ debitũ, qđ non erat per errorẽ, tunc hẽt locum condictio indebiti, sicut cum indebitũ fuisset ex qualibet alia cã, ₰m Doc. in d. l. 1. C. de erro. calcu. & dicetstatim. Nec † ẽt ob. iur̃m, quia simplex promissio de nõ cõtraveniendo &c. non tollit condictionem indebiti, nec ad illã refertur, vt est tex. no. in l. fi. §. idem quæsit. de cond. inde. & ibi no. oẽs, & magis in specie, & ad propositum hoc vult ibi Pau. de Cast. dicens semel se consuluisse, cum quidam fratres inter se diuisissent bona paterna, fraterna, & materna, & promisissent non uenire contra talem diuisionem, & alter alterum nõ molestare occasione dictorum bonorum, postea apparuit, ꝙ bona fratris præmortui ꝑtinebant ad alterum tñ, qui uolebat repere, sed opponebatur sibi de pacto de non contrauenĩedo, & de non molestando, dicit se r̃ndisse, ꝙ illud non piudicabat, per illum tex. & plus vult Bart. Ang. & Pau. de Cast. & est cõm. opi. ꝙ etiam si renunciasset condictioni indebiti, & sine causa, ꝙ renunciatio talis nihil operaretur, ar. l. doli. uer. diuersum, de noua. sicut ergo dicta simplex † promissio ex defectu consẽsus non excludit cõdictionem indebiti, ita non dẽt excludi, qñ super ea interpositum est iur̃m. l. fi. C. de non nu. pec. Nã ut ibi probatur ₰m Bar. in l. si quis pro eo. de fideiusiur̃m non auget consensum, per d. l. fi. & hoc etiam vult Bar. expresse, cum quo alij transeunt, in l. 4. §. quæsitum. in fi. si quis cau. dum vult, ꝙ ad casus, ad quos non refertur simplex renunciatio generalis, de quib. ibi, non referatur, ẽt si sit iurata, per d. l. fi. & per l. fi. in prin. ad muni. & l. fi. qui satisd. cogan. & idẽ tenẽt Doct. in l. 1. C. cõmod. & in c. 1. eo. tit. & ibi dicit Io. And. ꝙ gñalis renũciatio nõ validatur iur̃o, qñ sine illo nõ valet rõne deficiẽtis cõsensus, ꝑ eandẽ. l. fi. & c. quemadmodũ. de iurei. & quãuis Imo. ĩ d. c. cũ cõtingat. in tertio mẽbro videat̃ velle, ꝙ tex. cũ ibi no. ĩ d. l. fi. §. idẽ q̃sijt. hẽat locũ in ꝓmissione simplici de nõ contraueniẽdo, & ꝙ sit secus, qñ sup ea interpositũ est iur̃m, q̃a tũc ₰m eũ obligat, quãuis sit per errorẽ ꝑstitum, per no. glo. & Doc. in d. l. 2. C. de rescind. ven. & in c. pe. de empt. & vend. tñ istud nullo mõ puto verũ ꝑ allegata superius. Nec ob. quod not. glo. & Doc. in d. l. 2. quia loquitur de illo, qui deceptus est vltra dimidiã iusti precij, & iurauit non contrauenire. Nam quamuis iste ignorauerit iustũ preciũ, & in illo errauerit, consensit tamen in precio illo promissio & conuento. quod patet; quia cõtractus valet, non valiturus si non cõsensisset. l. consensu. de act. & obl. stant. n. ista simul, ꝙ quis iustũ precium ignoret, & tñ vendendo rem in illo consenserit, & quia consensit contractus ipso iure est validus, sed rescindi põt, qñ vltra dimidiam est deceptus, q̃a ꝓsumitur ꝙ in precio illo non cõsensisset, si sciuisset illud esse taliter iniustũ, sic etiã dispositio ampliatur ad casum omissũ,

qñ p̄ſumitur,ꝙ teſtator illo caſu prouidiſſet, ſi de illo cogitaſſet.l.iã hoc iure.de vulg.& pup.& facit,quod no.ĩ l.tale pactũ. §.fi.de pactis,quia ergo in caſu.d.l.2.quis in precio illo conuẽto conſenſit,quãuis iniuſto,ꝓpea iuſ̃m tollit remedium illius l.q̃a non dr̃ ꝯſenſum augere,ſed illud confirmare & roborare, & per illud intelligit̃ actũ,ꝙ actus valeat oĩ meliori modo.l.cũ pater.§.filius matrem.de.l.2.& no.Bar.& alij,in leg.j.§.ſi quis ita.de verb.ob.& † ſic efficacius obligat, & non in plus, & in hoc iuſ̃m ſequit̃ naturam actus,ſuper quo interponitur,ne q̃s obligetur in plus,ſed eſt ſecus,qñ ꝑ illã ſolũ obligetur,ſicut ẽt ſtipulatio dr̃ ſequi naturam cõtractus,ſuꝑ quo interponitur, ne quis obligetur in plus,ſed eſt ſecus,qñ per illam ſolum obligatur efficacius,quia quo ad hoc non ſequitur naturam præcedentis contractus.l.miles.§.decem.de re iud.& ibi no.Imo.iuncta.l.ſi ſtipulatus.in prin.de vſu.& ita ẽt vult Alex.in le.1.ff.de pac.& in rub.de verb.obl.& in l.ſtipulationes non diuiduntur eo.tit.& in plus obligaret,ſi error effectum illius non impediret,quia† qui errat non cõſentit.l.ſi per errorem.de iuriſ. om. iud.& ꝙ error effectum iuſ̃i impediat,expreſsè vult Bald. in c. item ſacr̃a.de pac.iura.firm.in 2.col.ꝙ errore omnia iuſ̃a ſunt inualida,per l.fi.C.plus ualere quod agitur.& d l.fin.C.de non num.pec.& idẽ vult Bal.in l.fi.qui ſatiſd.cog.ubi dicit,& iuſ̃m põt ſperni ratione erroris & ignorantiæ.le. cum Aquiliana.de tranſ.& idem rõne metus,ſubdit tñ,ꝙ iſto caſu ſ̃m canones requiritur abſolutio,& Abb.in c.1.quod met.cau.& in hoc de abſol. facit Bal. differentiam inter iuſ̃m præſtitum per errorem vel metum,contra Imo.in locis alle.& merito,quia primo caſu abeſt conſenſus & alio caſu non,quia uoluntas coacta,uoluntas eſt.l.ſi mulier.§.ſi metu,quod metus cã.& idem tenet d.Maria.Soc.in conſi.40.incipiente,Ex actis geſtis,&c.col.pen.quia iuſ̃m debet h̃re iudicium.c.& ſi Chriſtus.de iur. quo caret ꝑꝑ errorem.& idem et tenet Pau.de Caſt.in conſi.70.incipiente, Viſo puncto,&c.in ult.col.per eandem rationem,quia non habet iudicium ſeu uoluntatem.& idem dicit, quãdo per metum eſſet præſtitum,ſe hoc ultimum non firmo, per ea quæ traduntur in c.ſi vero.de iur.Nec ob.ſecundum eum,ꝙ iuramentum trahatur etiam ad incognita,ſecundum Bar.in auth.ſacramenta puberum.C.ſi aduer.vend.& in l.ſi duo.§.Iulianus. de iurei. cum concord.quia illud procedit,quando iurans eſt certus de facto,licet non ſit certus de iure,quod oritur ex facto,ut quando iurat non venire contra contractum a ſe celebratum, de quo eſt certus,licet ignoret ſibi competere beneficium reſtitutionis, vel mulier beneficium Velleiani. Et iſta reſponſio poteſt etiam accommodari ad not.per glo.& Doc.in d. leg.2. C. de reſcinden.uend.& in d.c.pe.de empt.& uend. quia etiam in caſu illo iurans erat certus de facto,ideſt, de contractu a ſe celebrato.Et licet ignoraret valorem rei uenditæ, hoc non facit abeſſe conſenſum in ipſo contractu, ut eſt etiam ſuperius tactum,ſed mediãte tali errore fit, quod ille ignoret beneficium illius legis ſibi competere,& ideo dicto caſu iuramentum obligat,ſed non in caſu noſtro,in quo ille,qui iurauit,factum ignorauit, quia falsò credidit teneri ad quantitatem promiſſam pro adæquatione introituum, & ſubdit etiam Pau. de Caſt. in d.conſi.in fi.ꝙ ſaltem eſt cõcedenda abſolutio a tali iuramento,quamuis merito iure obligaretur, quia quamuis ipſe iurans obſeruando iuramentum non peccauit ille tamen,cui fuit iuratum, recipiẽdo dictam ſummam tanquam debitam,cum ſit pro parte indebita,poſtquam hoc ſciuit, peccauit, quia locupletatur de alieno.Et propterea poteſt peti abſolutio,ſicut dicitur de illo, qui iurat ſoluere vſuras quia poteſt petere abſolutionem ex eo,ꝙ ille,qui recepit,peccat.c.1.de iureiur. Et dato etiam,ꝙ error eſſe poſſit in calculo,nihilominus retractari poſſet prætextu erroris.d.l.1.C.de error.calcu.& per Bar.in d. l.2.C.de iure fiſci.lib.10.& promiſſio indebitè facta per conditionem indebiti poteſt retractari.d.leg.2.in fin. & † eadem ratione ſolutio,quæ in hoc non differt a promiſſione.l.fi. C. ad legem Falc.quia qua facilitate approbauit erroneam computationem.& illi conſenſit, eadem facilitate promiſit & ſoluit. le. doli.verſ.diuerſum.de nouationi.& per Bart.in d.l.fina.§.idem quęſijt. de condict. indebi.& in leg.ſi ex cautione. C. de non num.pec.† Nec ob.ꝙ error in calculo non retractetur, quando facta eſt tranſactio,quia aliquando ſuper computatione iã facta,lis eſt orta ſuper hoc, ſ. utrum ſit recte facta uel non,& tunc ſi ſuper lite hmõi trãſigatur,non põt p̄textu erroris retractari calcurus.d.l.j.cum gl.in uer.ſi res.& ſequũtur omnes ibi. nec iſte eſt caſus noſter,quia per tranſactionẽ iſtã non fuit receſſum a lite mora ſuper calculo,qñ non p̄ceſſit lis ſuper illo. Aliqñ uero fit computatio ex cã tranſactionis,ſeu in ipſo actu tranſigendi fit calculatio,ut in caſu iſto,& tunc reſcindi põt p̄textu erroris,& põt ſolutum uelut indebitũ repeti, ut probat̃ in d.l.j.in fi.dum loquitur de promiſſione facta per errorem calculi,quia eſt eadem rõ in tranſactione dicto caſu,& iſtud ẽt vult Bar.ibi poſt Pe.ubi concludit,ꝙ error nõ vitiat tranſactionem,ſiue in ea ſit expreſſus,vel non, ꝙ parti læſæ ſuccurratur in eo,quod eſt erratũ. Exemplum dicit de errore expreſſo, vt quia petebas.30.eſt conuentum,vt dares tertiam partem,& ꝓmiſi.15.pro tertia parte quantitatis petitæ,quia ergo hic eſt expreſſus error computationis, ſuccurritur parti læſæ doli exceptione,ſed ſi fuiſſent promiſsa.15. ſimpliciter,& in tranſactione non fuiſſet facta computatio, tunc error non eſt commiſſus in tranſactione, ſed de illo apparet ex eo, quod agebatur, quia non tractabatur niſi de tertia parte promittenda, & fuit de medietate,& tunc poterit condici liberatio,& opponi exceptio.& cum Bar.tranſeunt alij.Primò igitur põderãdũ eſt, dũ dicit,ꝙ p̄t eẽ,ꝙ ſiue expreſſus ſit error in tranſactione, ſiue ñ, ſuccuratur parti læſæ,quia hmõi verba innuunt,ꝙ q̃nq; ẽt parti non ſuccurritur poſt tranſactionẽ,& hoc põt eſſe uerũ, qñ lis erat ſuper calculo præcedenti,& erat dubium,an eſſet recte factus,& quo caſu calculus, & lis ſuper illo dicitur cã tranſactionis, quoniam tunc prætextu erroris non receditur a trãſactione. d.l.1.verſi.ſi res ſecundum gl.& omnes, & prout clarẽ etiam dicit Ang.& eſt ratio,ut dicit Iaco.But.quia hic non cadit error calculi. Sed vbi per tranſactionem calculus approbatur,& ĩ dubium nõ reuocatur, an ſit cõputatio recta vel nõ, & tunc Bart.vult indiſtinctè,ꝙ parti læſæ ſuccurratur, & uno modo qñ error eſt expreſſus in trãſactione, & alio mõ qñ non fuit expreſſus, hoc eſt ꝑ conditionẽ indebiti,q̃uis vtroq; caſu trãſactio ſit valida.& ſic dr̃iam non facit inter tranſactionẽ dictis caſib.& quamlibet aliã ſimplicẽ ꝓmiſſionẽ, q̃ condici põt rõne erroris.d.l.1.in fi.& Bal.ẽt ibi circa finẽ dicit,ꝙ iſtud vult Pet.& Iac.Bu.nec Bar.Ang.& alij contradicũt,ac ẽt Bal.ab hac opinio.non recedit, quando non eſt expreſſus error in tranſactione in reſponſione,quã dat ad illũ textũ in fi.& cum hac opinio.tranſit ẽt Alex.& quãuis dicere videatur,doct. velle,ꝙ trãſactio errore facta nõ poſſit reſcĩdi,ꝑ illũ tex.ĩ ver.ſi res.nihilominus hoc nõ dñt in trãſactione, per q̃ fit calculus,vel ꝑ q̃ calculus approbatur.Imo(vt dixi) volunt, ꝙ indiſtincte reſcindatur prętextu erroris,ſicut dicitur de promiſſione facta ſuper lite mota de calculo, ſeu qñ litigat̃, vtrũ calculus ſit recte factus vel non,& rõ diuerſitatis colligitur ex p̄miſſis, & ad l.in ſumma.in prin.de cõdictio. indebiti, per hoc colligitur reſponſio: quia,vt in p̄cedentib.dixi,loquitur ille tex. quando aliquid datur vel promittitur, vt a lite diſcedatur, & ideo non poteſt dici ſolutum indebitè,ſi receſſum ſit a lite, ſed eſt ſecus, qñ datur in tranſactione,vel ꝓmittitur ex alia cauſa, puta pro adæquatione introituum, quia tunc locũ h̃et condictio indebiti, ſi ſit erratũ in alia cauſa.d.l.1.C.de erro.calcu.cum ibi no. per Bar. in l.2.C.de iure fiſc. lib.10. dum uult, ꝙ pactũ & trãſactio faciat præiudicium,quia hoc procedit & intelligi debet, qñ p̄cedit lis & qõ ſuper calculo,ut dictum eſt in p̄cedentibus, aliã Bar. qui ẽt loquitur de pacto,diceret contra tex.in d.l. 1. in fi. immo ex verbis Bar.apparet,ꝙ non facit differentiam inter ſimplicẽ promiſſionem & tranſactionem,ex quo ſequitur,ſ̃m eius intentionem,ꝙ d.l.1.in fi.habet eſt locum in tranſactione,ſ̃m tñ ea quę dicta ſunt ſupra.Nec obſtat iuſ̃m,quia ad hoc & ad alia ſuꝑius eſt reſponſum.Circa ſecundum dubium res uidetur mihi ſatis clara,& non habere aliquam probabilem dubitationem, ſi ita eſt ut proponitur,uidelicet,quod homines caſtri Goffredi donauerint reuerendiſsimo.Dom. electo Mantuano illas bubulcas octingentas nemorum reſeruatas pro uſu fabricæ, & quod poſtmodum illas uendiderit dictis hominibus pro precio ducatorum duorum millium quadringentorum. Nam huiuſmodi precium dicitur per illum perceptum ex venditione rei immobilis, ergo ex uerbis ſententiæ claris dandũ eſt pro dimidia dictis illuſtriſſ.fratribus & illuſtriſſ. dom.Ludouicum condem natum ad dimidiam precij percepti, per præfatum quondam reue-

reuerendissimũ dñm bonorũ immobiliũ ꝑ eũ alienatorũ, &c. Quinimmo si fuisset solũ facta vẽditio de arborib. seu de iure, qđ in illis cõpetebat dicto reuerẽdissimo dño ante donationẽ sibi virtute reseruationis factæ pro vsu suæ fabricæ, per illustr. do. Marchionẽ, adhuc videretur, ꝙ preciũ inde ꝑceptũ pro dimidia deberet pertinere ad dictos fratres, quia arbor, dũ est in fundo & cohæret solo, dicitur pars corporis ipsius fundi, ut dicit tex. in l. quintus. ff. de act. emp. & per ꝯñs dicitur esse pars rei immobilis, & ideo in precio dictarũ arborũ verificantur verba

13 sententiæ. In contrariũ tñ facit, quia & † fructus pẽdentes dñr esse pars fundi. l. fructus pendentes. de rei vend. & l. fi. §. pen. de his quæ in frau. cred. & tñ illi veniũt appellatione bonorũ mobilium, ſm Pau. de Cast. in cons. 239. inci. Videtur dicendũ, ꝙ dictũ frumentũ, &c. vbi vult, ꝙ in legato bonorũ mobiliũ ueniant fructus pendentes tpe testamẽti, & qui deinde a solo fuerunt separati. Sed ad istud põt rñderi, ꝙ illud sit in fructib. quia separabuntur, vt ipse dicit, fieri mobiles de proximo. Et quia erant ordinati ab origine. vt separarentur, & poterant separari simpliciter, qđ non est in casu nostro: qm̃ dictæ arbores, quãuis quo ad proprietatem essent ipsorum hominum, non tamẽ per illos poterant a solo separari, quia destinatæ erant ad vsum fabricæ dicti castri, nec etiam pro alio vsu separari potuissent a dicto reuerendiss. dom. quia non erant in eius dominio. Et ꝓpterea cum indistinctè & simpliciter separari non possent a solo, sed ex dicta causa tm̃, & non speraretur de proximo, neque de facili separatio, cessant in illis rõnes Pau. de Cast. & per ꝯñs dictæ arbores, vel ius competens in illis, debet censeri quo ad effectum, de quo agitur, pars rei immobilis, & differentiam etiã facere vr̃ Bal. inter venditionem arborum existentium in fundo, & fructuum pendentium. in rubr. C. de contrah. emptione, in vlt. q. & etiam dictum Pau. de Cas. in d. consi. non est uerum, & contrarium dicit Bal. expresse in additio. Spec. de fructib. & interesse, in primis verbis, vbi vult, ꝙ qui legat sua bona mobilia, non uidetur legare fructus pendentes, per d. l. fi. §. pe. de his, quæ in fraud. cred. & istud etiam vult Spec. in eodem tit. §. j. ver. sed pone. vbi dicit, quòd fructus a solo separati annumerantur mobilibus, sed dum pendent, sunt pars fundi, igitur, &c. Quo ad vltimum etiam videtur, quòd illud, quod consequutus est dictus reuerendissimus dominus electus tãquam læsus pro augmento precij liberationis factæ dictis hominibus de construendo arcem dicti castri debeat communicari dictis dominis fratrib. ex verbis dictæ sententiæ, in qua cõdemnatur dictus dominus illustriss. Ludouicus ad dimidiam precij percepti ex liberationibus factis per dictum dominum electum hominibus dicti castri ab obligationibus construendi arces, quia sicut sub istis verbis sine dubio continentur ducati duo mille, quos percepit ab initio ex dicta liberatione, ita etiam comprehendi debent ducati quatuor mille, quos etiam postmodũ consequu-

14 tus fuit ex eadẽ causa tanquã læsus pro augmẽto, sicut ẽt † pactũ de lucranda dote habet locum non solũ in eo quod est datum in dotem ab initio, sed etiam pro augmento dotis superueniente post pactum. l. inter socerum. §. cum inter. de pactis dota. & quemadmodum pactum de dote restituenda trahitur etiam ad illud, quod postea alimentandi causa fuit datum. l. etiam. C. de iure dot. & ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1. *Iuramentum firmat contractum minoris, etiam factum sine solennitate statuti laicorum, quod non potest iuramentum directò annullare, nec contra illud præsumere, nisi cum causa. & nume. 14.*
2. *Præsentia principis supplet omnem defectum solennitatis, quod declaratur nu. 10.*
3. *Iuramentum assertorium prædicta omnia eße vera, &c. tollit allegationem doli vel erroris, quod limitatur nu. 18.*
4. *Iurans dicitur deliberatè actum facere.*
5. *Confeßio minoris ei præiudicat, vt in integrum non restituatur, nisi ex ipsa de læsione appareat. & nu. 8.*
6. *Confeßio facta in contractu nullo valet & probat.*
7. *Liberatio tutoris facta per minorem etiam iurata est ipso iure nulla, quando non est seruata forma statuti, et apparet de enormi læsione.*
9. *Confeßio facta in fraudem legis vel statuti non valet, ẽt iurata.*
10. *Et maxime quando fit de præterito, secus si iuretur de futuro.*
11. *Iuramentum aßertorium excludit minorem a beneficio restitutionis in integrum, non autem nullitatis contractus.*
12. *Iuramentũ nihil operatur, principali contractu existante nullo.*
13. *Falsa causa expreßa ab errante uitiat actum inter uiuos.*
15. *Authentica sacramenta puberum, non habet locum, ubi minor renunciat vniuersitati bonorum, & mirabiliter decipitur.*
17. *Clausulæ ex certa scientia, & non vi, dolo, &c. quando operentur, uel non.*

CONSILIVM CXXXV.

VISO instr̃o quittationis & liberationis, sup quo cadit qõ. Vr̃ prima facie dicendũ ꝙ minor cõtrauenire non possit, quia de non ꝯtraueniendo ꝓmisit cum iur̃o in amplissima forma, per text. in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uẽd. & q̃a seruandum est iur̃m, qñ seruari potest sine interitu salutis ęternæ. c. quamuis. de pac. in 6. & ca. cum contingat. de iur. & c. li-

1 licet mulieres. eod. tit. in 6. & est etiam uerum, ꝙ † iuramentũ firmat contractum etiam si in contrahendo non sit seruata forma statuti, & maxime quando statutum loquitur in rem, & nõ in personam, sicut cõtingit in statuto, de quo agitur, cuius verba non sunt in personã cõcepta sed in rem, prohibendo alienationes & quittationes fieri absq; certa solennitate, non autem prohibendo personam minoris, ſm Bar. & Ang. in d. auth. sacramenta puberum. & in l. si quis pro eo. de fideiuss. & in l. 2. C. ne fidei. do. dẽ. Nec ẽt ualeret statutũ. d. casu annullãs directo iur̃m ex defectu ptãtis laicorum, ſm Ant. de But. & Abb. in d. c. cum contingat. & Im. ibi late in tertio mẽbro. & Bart. & Ray. in l. oẽs populi. de iust. & iure. in 4. q. prin. & Alex. cons. 59. Viso instrumento, &c. 1. vol. & per alios in aliis locis ibi per eum alle. & in cons. 39. Viso statuto, &c. 4. vol. & de quo etiam per Abb. latè in disp. stante statuto, in primo dubio, &c. & idẽ etiã qñ statutum non annullaret iur̃m, sed solum expresse super illo ꝑsumeret, puta præsumendo iur̃m per dolũ, uel metum extortum, sicut ẽt facit in casu nostro, quia rõne non potest illud annullare. s. quia spectat ad ecclesiam, ſm Doc. in locis præall. eadem ratione non debet posse dicto modo præsumere. & bene probatur ex nota. per Fede. in consi. 94. vbi dicit, non ualere statutum laicorum disponens, ꝙ ex aliquo facto vel gesto cõtractus præsumatur vsurarius, quia cognitio, utrum cõtractus sit usurarius, necessario tangit spiritualitatem, ideo non pñt laici super hoc statuere. c. fi. de reb. eccl. non alien. & c. ecclesia sanctæ Mariæ. de const. & quamuis Bart. in d. le. omnes populi. de iust. & iure. velit, ꝙ vbi statutum præsumit in contractu dolum vel metũ, si non est seruata certa forma per mulierẽ, tunc iuramentũ non sit obligatoriũ, per c. quamuis. de pac. in 6. & prout in casu nostro statutũ videtur facere, non tñ (vt dixi) ꝑsumẽdo iuramentũ ꝑ metũ, vel dolum extortum, sed ẽt ipsum contractum factum fuisse dolo, vel metu, nihilo minus Ray. & Bal. ibi tenent contrarium & uolunt, ꝙ etiam isto casu teneat minor seruare iuramẽtũ, quia sicut non potest directo annullari per statutum, ut dixi, ita ẽt per indirectum nõ põt euitari. c. cũ quid vna via. de reg. iur. in 6. & idem tenet Ant. de But. & Abb. in d. c. cum contingat. & in d. disp. quando non probaretur, ꝙ ex cã rationabili statutũ ꝑsumeret ꝯtum metu uel dolo factũ, & idẽ tenet Pau. de Cast. in repeti. d. auth. sacramenta puberum & Abb. in consi. 71. in 1. vol. vbi etiam uult, ꝙ de cã legitima & rationabili constet extrinsecus & aliter quam ex uerbis narratiuis statuti, per l. si forte. cum ibi no. per Bar. de castr. pec. & in auth. si quis in aliquo C. de eden. & eandem opinio. videlicet, ꝙ cum causa tantum statutum possit præsumere contractum iuratum esse dolo uel metu celebratum, uoluit etiam Rom. in consi. 12. quæ cã cum non constet in casu nostro, nec ex uerbis statuti, uel alibi, ꝓpea uidetur, ꝙ iuramentũ per minorem debeat obseruari. Et ex alio uidet ꝙ cesset statuti dispositio quo-

2 niam contractus † vel distractus celebratus reperitur coram reuerendissimo domino epo principe Tridentino, cuius præsentia supplet omnem defectum solennitatis requisitæ a statuto. l. omnium. C. de test. & per illam legem dicit Inn. in c. 1. de litis contest. ꝙ libellus coram principe procedit sine conclusione, quia illius præsentia supplet omnem solennitatem. Cessare

ſtituentis,&c. Qui Andreas fuit cõſtitutus procurator ad negotiandum nomine dicti Hieronymi cõſtituentis, quia ergo proponitur, ꝙ illud, de quo agitur, pertinebat ſolũ ad dictum Andreã, & ꝙ erat debitũ illius propriũ, & noīe proprio cõtractũ, nõ potuit ad hoc virtute dicti mandati obligare ipſum conſtituentem, quia mandatũ non porrigitur ad id, ꝙ in illo non exprimitur. l. diligenter igitur. ff. manda. & c. cum dilecta. de reſcriptis. † Nam illa qualitas importata per illa uerba, pro vice, & nomine ipſius conſtituẽtis, intelligitur repetita in quolibet ſequenti capitulo, per no. ꝑ Bar. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. de verb. obl. circa pen. col. vbi vult per illum tex. iuncta gl. ꝙ ſi procurator cœpit agere procuratorio nomine domini, quamuis in proſequutione aliquẽ actũ exerceat ſimpliciter nõ facta mentione officij, intelligitur repetita illa qualitas ꝓcuratorio nomine & idẽ vult Bar. in l. qui ſeruũ. per illum tex. de interroga. actio. & Bal. in l. procurator, qui pro euictione. ꝺ procuratorib. & Alex. in l. 1. in §. nunciatio. de oper. no. nun. & probatur ẽt ex ſequentib. ibi, & pro eo faciendũ & negociãdũ, &c. Qđ verbũ pro eo, † exponitur, i. eius noīe ſm Bart. in d. §. nunciatio. per l. fideicommiſſa. §. interdum. de leg. 3. Nã ex præcedentibus declarantur ſequentia & ex ſequentib. præcedentia. l. qui filiabus. in prin. & l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de leg. 1. & pro prædictis facit, qđ uoluit Abb. in conſi. 114. In quæſtione mouenda, &c. in 2. dubio. vbi † concludit, ꝙ ſi liberatio fuit ſpecialis reſpectu ſocietatis, & prout eſſe dicitur ſm eũ, quãdo dr̃ occaſione cuiuſcũq. ſocietatis, & trafici, &c. ꝙ non extenditur ad debitũ ex alia cauſa, quãuis immediate ſubiecta fuerint illa verba quacunq. cauſa vel titulo eſſet obligatus, quia ſm eum verba, ſequentia, & generalia reſtringuntur ad ſpeciem præcedentem, & eſt ſenſus, ꝙ ex quacunq. ratione, cã uel titulo unus eſſet obligatus alteri, ſ. occaſione ſocietatis, de qua præmiſerat, quia cum agatur de præiudicio liberãtis, dẽt fieri ſtricta interpretatio, quia nemo præſumitur velle ſuum iactare. le. cum de indebito. de ꝓbationi. & c. ſuper hoc. de renunciationib. & in dubio fieri dẽt interpretatio contra aduerſaeium qui potuit legem apertius dicere. l. veteribus. de pactis. allegat etiam, ꝙ uerba generalia debent reſtringi ad ſpeciem præcedentẽ, ſi id fieri põt Bar. l. cum quis. de ſolutionib. & per eum plenius in leg. ſub prætextu. C. de tranſactionib. quod autem in caſu ſuo poſſit, ſalua ratione recti ſermonis, fieri dicta interpretatio probatur ſm eum, & ad propoſitum noſtrum tam per præcedentia, quam per ſequentia verba, per quæ ſe reſtrinxit ad cauſam ſocietatis, ut ibi latius per eũ, & quæ omnes rationes conueniũt etiam ad caſum noſtrum. Facit ẽt pro prædictis, quod uoluit Card. in c. fin. de accuſa. vbi dicit, quidam conſtituit procuratorem ad petendum hæreditatem Titij, promittens reddere ꝓcuratori medietatem eius, quod ex dicta hæreditate quomodo libet conſequeretur, &c. Nam ſecundũ eũ ad illa ultima verba, ſcilicet, quomodolibet conſequeretur, dẽt ſubaudiri ꝓcuratorio nomine. Præcedẽtia, enim reſtringunt illud genus, vnde ſi tranſegit cum poſſidente, nec dixerit, ꝙ tranſegit procuratorio nomine, nihil habebit. Ad idem etiã facit, qđ dicit Albe. de Roſa. in leg. 1. de off. procurato. Cæſa. in 6. col. uer. nunc uenio ad quæſtiones, &c. vbi vult, quod ſi expreſſis quibuſdam verbis in mandato importantibus liberam, ſubijciatur clauſula promittens ratum habere quicquid per procuratorem geſtum erit, intelligitur quoad expreſſa tantum. Et ideo quantũcunq. iſto caſu fuerit conceſſum ſimpliciter mandatum cum libera, ſubauditur tamen in pręmiſſis, & circa præmiſſa, & perinde eſt ac ſi iſtud fuiſſet expreſſum, ut probatur per prædicta, quo caſu ad alia non porrigitur, ut per Bart. & alios in leg. qui Romæ. §. Callimachus. de verbo. obliga. & iſta reſtrictio præcipue eſt admittenda, quia non eſt præſumendum, ꝙ conſtituens voluerit per procuratorem poſſe obligari etiam pro alio & pro debito alterius, & proprio ipſius ſolius procuratoris, d. l. cum de indebito. & le. ſi cum aurum. de ſolu. Nec obſt. quod dictus Andreas procurator confeſſus fuerit, Hieronymum eius fratrem, & quemlibet eorum teneri, & eſſe obligatum in ſolidum Franciſco de S. Miniato & ſocijs, quia † huiuſmodi confeſsio procuratoris non nocet dicto conſtituenti, ꝑ no. per Bar. in leg. 2. §. fi. ſi cer. pet. ubi vult, quòd ſi quis habeat mandatum ad accipiendum pecuniam mutuo, & confiteatur ſe habuiſſe centum mutuo a Titio pro ipſo conſtituente, talis confeſsio non noeet domino, niſi appareat de numeratione, quia fuit factus procurator ad accipiendum mutuum naturale, ideo confitendo dicitur exceſiſſe ſines mandati per not. ibi per glo. & per l. j. §. ſi mutuam. ſi quid in fraudem patro. & l. ſi debitorem. de nouatio. & idem tenet etiam Bart. ibi, & cum Bar. tenet etiam Pau. de Caſt. in d. §. fin. per l. certum. §. ſed an & ipſos. de confeſ. & per l. non abſtulit. cum ibi no. per Bar. C. de nouatio. & idem tenet Roma. in l. prædia. de acq. poſſ. & Ang. in l. 2. §. fi. C. de quadri. præſcrip. & Anto. & But. & Abb. in cap. ſi cautio. de fide inſtru. & Imo. in leg. ſi ita ſtipulatus. §. Chriſogonus. de ver. oblig. & in d. §. fin. & ſi dicatur, quòd † prædicta locum habent in ſimplici ꝓcuratore, ſecus ſe habeat mandatũ cum libera, & hac ratione confeſsio tutoris præiudicat pupillo leg. huius. §. tutelæ. de admin. tuto. ſecundum Alexand. in d. §. fin. quia habet liberam adminiſtrationem. leg. in bonorum. & ibi not. Bart. de admin. tut. & gloſſ. in l. mandato. de procur. & eadem ratione confeſsio procuratoris & adminiſtratoris fiſci præiudicat. leg. 2. §. fin. C. de quad. pręſcrip. quia ſecundum Alexand. & ille habet adminiſtrationem cum libera. le. præſes. C. de tranſac. & not. gloſſ. in d. leg. mandato. Ad iſtud reſpondetur, quod hoc poſſet eſſe verum in illo, qui habet liberam adminiſtrationem a lege, & non in eo, qui illam habet ab homine, ut in caſu noſtro, ut eſt de mente Docto. in locis præalleg. qui loquuntur indiſtincte, & quia diſpoſitio legis extenditur facilius, quam mandatum hominis, vt per Imol. late in leg. ſi uero. §. de uiro. ſoluto matrimonio. Præterea in caſu noſtro ex lectura ipſius inſtrumenti. in quo continetur confeſsio. d. Andreæ, expreſſe conſtat de cauſa per quam confiteatur & ꝓmittit, † ideo non dicitur mandatum etiam cum libera continere iſtum caſum, in quo negocium non pertinet ad illum, ſed ad alium, quia iſtud eſſet donare, ex quo confeſsio reperitur falſa, ſecundum Fulg. & Alexa. in d. leg. 2. §. fin. ſi cer. pet. & quæ donatio non continetur in mandato etiam cum libera. l. contra iuris. §. pen. de pactis, & ibi notant omnes. l. filiusfamilias. in prin. de do. & no. Bar. in l. ſi quis delegauerit. de noua. & Bar. & Ang. in leg. fin. de his quæ in frau. credi. & Inno. in ca. 1. depoſi. & in cap. cum olim. de offic. delega. & Bald. in leg. ſi procurator. C. de procurato. & ſicut non obligatur Hieronymus ex confeſsione dicti Andreæ, ut probatur per prædicta, ſimiliter non uidetur obligari tanquam fideiuſſor illius, ſeu quia fide iuſſerit pro illo in alio inſtrumento, quia (ut in puncto narratur) Franciſcus promiſit Andreæ ſoluere pro eo illud, in quo reperiebatur debitor occaſione adminiſtrationis, & Andreas conuenit ſatisfacere. dom. Franc. in certis terminis. Cum ergo Hieron. frater. dom. Andreæ non fideiuſſerit pro eo pro obligatione contracta cum ipſo Franc. ſed quod redderet rationem adminiſtrationis ipſi ſocietati cum reliquorum præſtatione, iſta promiſsio Hieronym. fideiuſſoris facta dictæ ſocietatati, & ex cauſa adminiſtrationis non porrigitur ad aliam promiſsionem factam Franciſco ex alia cã, videlicet, quia ſoluit & ſatisfecit pro illo certis creditoribus. l. ſi unus. §. ante omnia. de pact. Præterea & ſecundo non apparet, ꝙ Andreas reddiderit rationem adminiſtrationis, & ꝙ fuerit debitor occaſione illius niſi ex confeſsione dicti Andreæ, & † quæ confeſsio debitoris non nocet fideiuſſori contractus, quod probatur, quia ſententia condemnatoria lata contra debitorem non hẽt executionẽ contra fideiuſſorem, nec etiam alio modo fideiuſſori nõ citato ꝑiudicat, ſm Iac. de Are. & Bar. in l. decem. de uer. obl. & cum eo tranſeunt magis communiter Doct. ſm Ale. ibi, qui idem tenet & in d. l. cum filius. & probatur ex no. per Bar. in l. cum filius. & in diſpu. Lucanæ ciuitatis ſtatuto, &c. dum concludit, ꝙ ad vnũ quandoq; peruenitur principaliter, & ad alium in conſequentiam, & ſi hoc reſpicit utilitatem priuatam, ſnĩa lata contra vnũ alteri non præiudicat, allegat. l. 1. cum ibi no. C. de falſ. Si ergo ſententia lata cõtra debitorem non nocet, probationes, & alia acta etiam non præiudicant, & econtra, ſecundum Bart. in l. ſi mater. §. fi. de excep. rei iud. in l. 2. iud. ſol. in l. ſi perluſorio. §. fi. de appel. & l. ſi ſuperatus. de pig. Cy. & Bal. in l. 2. C. de eden. & An. de But. in c. pen. de re iud. & quod idem ſit de confeſsione, quod dictum eſt de aliis probationibus & actis, tenet Ale. in l. ſæpe. de re iudicata in ultima char. Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium puto verius. Nam dictus Hieronymus promiſit ſociis Andreæ ſe facturum & curaturum, ꝙ Andreas frr ſuus

reddet bonum computum,& rõnem administrationis cũ præstatione reliquorum, & ẽt pro eo se obligauit principaliter & in solidum.prima aũt ꝓmisio de faciendo, & curando continet factum ipsius Hieronymi proprium. d. §. sed cum factũ,& non accedit alteri obligationi,q̃a cõtinet quid diuersum a principali obligatione ipsius Andreę,qui tenet̃, de administratis ꝑ eum rõnem reddere, & sic ad aliud factum & diuersum a prædicto facto de faciendo & curando. Alio vero † casu licet se obligauerit principaliter & in solidum pro Andrea,in effectu tñ est fideiussor,ut no.gl.in aut.de fideiusso.in prin.Et vbi dictus Andreas rõnem nõ reddidisset,ex prima promissione tñ tenet̃ Hierony.rõnem reddere,& obligatur, ad præstationẽ reliquorum tam ex prima,quã ex secunda promissione.l.nõ est nouũ. de act.emp.Si ergo.d.Andreas obligauit societatem pro negotio proprio,& non communi totius societatis,ita ꝙ societas cogebat̃ satisfacere creditorib.ut in facto proponitur,sequitur,ꝙ in dicta administratione fuit male versatus dictus Andreas , iõ Hieron.obligatur ex prima promissione,de faciẽdo,& curãdo, ꝙ Andreas redderet bonum,& legalem computum,q̃a ex quo bene & legaliter non administrauit obligando societatem pro negotio proprio, ita & taliter societas poterat compelli ad soluendum,vt ꝓsupponitur,dici non põt,ꝙ computus sit bonus, & legalis , & similiter tenetur ex alia promissione fideiussoria societati in eo,quod dictus Andreas reperitur obligatus occasione suæ administrationis,ut constat manifeste ex instrumẽto publico.Et iõ quamuis Hieronymus non possit conueniri ꝑ ꝑ mandatum datum ipsi Andreæ nec occasione confessionis suæ & obligationis factæ de ipso Hierony. ꝑ allegata superius pro prima parte, obligatur & tamen tenet̃ Hiero. ex aliis suis promissionib.factis societati occasione administrationis ipsius Andreę.Nec etiam ob.dum dicebatur, ꝙ Andreas promisit Frãcisco soluere id,quod soluit pro ipso dictis creditoribus contra ẽtis per ipsum Andream sub nomine societatis,& proprio eius negotio,ex quo inferebatur,ꝙ Hiero.non erat obligatus, quia Francisco,cui dabatur actio,nõ promiserat, sed societati.Quia in facto istud non est uerum, qm̃ idem Andreas pro ꝓdictis nõ obligauit se dicto Francisco , sed ipsi societati, quã obligauerat eo mõ,quo dictum est,& ꝑ consequens pro ipso Andrea tenetur Hierony.ex una,vel altera promissione facta dictæ societati in hunc euentum quo Andreas reperiatur eius debitor occasione administrationis,cui erat per socios præpositus . Nõ ob. ẽt ꝙ confessio Andreæ,ꝙ sit debitor societatis ex cã prædicta, non præiudicet fideiussori contractus,sicut illi non præiudicat sententia condemnatoria lata contra debitorem principalem, per no.per Doc.in l.decem.de ver.obl.quia vbi hoc esset verũ , posset tamen debitum ipsius Andrę probari alio modo id est ꝑ libros societatis eius manu scriptos,& ex computo de nouo faciendo, per no.per Bar.in l. nuda.de dona.& in l. admonendi. de iureiu.quod procedit,etiam si non sit petitũ, ꝙ de nouo reddatur rõ cum reliquorũ pręstatione,sed petita sit quantitas certa per not.per Bart.in l. 1.C.si aduer. rem iudi.vbi concludit ꝙ contra illũ,qui tenetur reddere rõnẽ,põt agi dupliciter. Et primo,ut reddat rõnem,& reliqua restituat.Secundo ut condemnetur ad certam quantitatem,ad q̃ dicatur illum teneri occasione administrationis,vt ꝓbatur ibi cum gl. & quod debitum in ꝓcessu venit liquidandum per libros rõnum & redditionem eorum.† Secundo rñdetur , ꝙ talis confessio Andreę nocet fideiussori, quia quamuis sententia condemnatoria non possit mitti executioni contra fideiussorem contractus,ut dictum est per no.per Bar.in l. 1.iudi.sol.cum cõcor.tamen ꝓiudicat & ꝓbant̃ ꝯ eum ₰m Ang.in l.in cognitione.in fin.ad Syllan.per no. per gl.ibi.& idem tenet Ale.cõs.156.Stantib.his, quæ in themate.2.vol.vbi alleg.tex.in quo videtur esse casus in l.authore laudato.C.de euict.& ibi no.Bal. ꝙ processus factus contra debitorem citatum nocet fideiussori non citato , & quamuis idem Alex.in d.l.decem.de uerb. obl.rñdeat ad illum tex.ꝙ illo casu mora,& contumacia debitoris nocet fideiussori,sed hic non agitur de effectu moræ,sed de pręiudicio actorum , & sententię latę. nihilominus ista responsio non est sufficiens ad illum tex. quia ibi non dicitur,ꝙ uenditor.cui fuit lis denunciata per emptorem, fuerit in mora & contumax in suscipiendo defensionem in se,sed loquitur indistincte.& sine dubio procedit, & locum habet , ẽt si venditor defendisset,& litem suscepisset,& sic etiam si non fuisset in mora,neque contumax,& tamen ibi dr̃, ꝙ fideiussor potest cõueniri , ẽt si ignorauerit causam agitari . Et istã op.ẽt in his terminis tenet Imo.in d.l.decẽ. vbi dicit, ꝙ in casu illius.l.non est necessaria citatio fideiussoris.Quia videtur expresse quis velle obligari in casu iudicij agitati, & finiti, cum illo, ad cuius præiudiciũ ordinatur principaliter iudiciũ . idẽ si tacite id uoluerit ex iuris intellectu,exemplum dicit ipse, in fideiussore,& pignorũ possessore,vt in auth.præsente .C. de fideiuss.& in auth.hoc si debitor. C. de pig. Nam non requirit̃ citatio in primo iudicio agitato cõtra debitorem. Nec ob. no. per Bar.in d.l.decẽ.quia loquitur de iudicio excussionis faciendæ contra principalẽ,super qua requiritur pronunciatio iudicis.s.excussionẽ esse legitimẽ factam ₰m cõmu.opi. de qua per Bar.in l.stipulatio.§.habet.de ope.no.nũ.tunc.n.requiritur specialis citatio possessorũ vel fideiussorum, quia iudiciũ principaliter ordinatur ad pręiudiciũ eorũ,₰m Bal.& Ang.in d.l.decẽ.cũ quo transit Imo.& alij Moder.ibi licet dicant generalem citationẽ sufficere,vt dicit Bart. ibi, qñ sufficeret sola excussio facti sine dicta pronunciatione,de iure vel de cõsuetudine , sicut qñ fit ad effectũ,vt sciatur an debitor hẽat bona,in quibus fieri possit executio,ordinatur tunc principaliter contra debitorem,& in eius præiudiciũ,& in cõsequentiã necessariam nocet fideiussori,sed nos loquimur, quando cõtra debitorẽ principalem agitur ad ipsum debitũ,& ad ꝙ obligauit se fideiussor tacite in casu finiti iudicij.Nam tunc fideiussor non debet citari,quia principaliter ordinatur iudicium contra debitorẽ principalẽ,& licet fideiussori possit in cõsequentiam pręiudicare, nõ præiudicat tñ in cõsequentiã necessariã, quia debet executio fieri contra debitorem,si sit soluendo,nec immediate parat viã agendi contra fideiussorem,sed debet pręcedere excussio, d.auth.ꝓsente.secus aũt in casu ꝓcedenti,& de quo per Bart. & alios,in d.l. decẽ.Et ꝑ prædicta colligit̃ rñsio ad no.ꝑ Bar.in d. l.cũ filius.in prin.de ver.obl.dũ dicit,ꝙ si ad unum peruenitur principaliter,ꝙ sententia lata cõtra eũ non nocet illi,ad quem peruenitur in consequentiã,si hoc respicit priuatã utilitatẽ , ꝑ l. 1.C.de falsis,quia dictum Bar. procedit,qñ ille,qui in consequentiam læditur,nõ obligauit se expresse,vel tacite in casu finiti iudicij cõtra principalẽ,₰m Imo. in d.l. decẽ.Si ergo dicta sententia lata contra debitorẽ nocet fideiussori cõtractus, ut probatur per prędicta,illi etiam nocet confessio debitoris , q̃a cui ꝓiudicat sententia,præiudicant ẽt aliæ probationes,& confessio,₰m Doc. in locis prealle. Tertiò ẽt respondetur ex no. per Bal.in l. 1.C.de conue.fis.deb.lib.10. vbi dicit, ꝙ in excussione,per quã committitur obligatio , vel inquãtum obligatio sit commissa,derogetur,ut in casu d.l.decẽ.citatio fideiussoris non est necessaria,vt ẽt ibi dicit Imo.qui de Bal.non facit mẽtionẽ, cõditio obligationis fideiussoriæ committitur etiam eo ignorante arg.l.multum interest.de condi.& demon.& l.2.eo.ti.& etiam commissa detegi potest fideiussore ignorante, quia detectio cadit in facto,ꝙ non requirit scientiam debitoris , ut in qualibet alia commissione euidenti obligationis fideiussoriæ,vel alterius,& de ista non loquitur Bar. & Doc.in d.l.decẽ sed de excussione,quæ fit ad parandam executionem,secundũ Bal.& de qua ibi per eũ latius.Sed in casu nostro redditio rationis administrationis detegit, inquantum obligatio sit commissa,ergo potuit reddi ẽt fideiussore ignorante, & per cõsequẽs etiam confessio Andreę,ꝙ sit reddita, & ꝙ reperiatur debitor in certa quantitate occasione reliquorum,pręiudicat fideiussori ignoranti,quia sicut eo casu,quo præiudicat sententia,ita & confessio,vt dictum est supra,ita ignoranti debet præiudicare confessio rationis redditæ,sicut ipsi ignoranti pręiudicat dicta actualis redditio rationis,vt probatur ex not.ꝑ Bal.in d.l.1.Et istud etiam clarius probatur ex no. ꝑ Bar.in l.j.§.quod si de frumentaria,de administra.rer. ad ciui. perti. vbi vult singulariter per illum tex.ꝙ † vbi non requiritur alia cognitio,sed sola calculatio rationis,sententia potest ferri in absentem,& ideo ₰m Bar.isti calculatores cõmunis possunt pronuntiare officialem præteritum esse debitorem communis in tanta quantitate eo absente,& idem tenet Ang.in l.2.C.de iure fisc. lib.10. Si ergo absenti præiudicat sententia lata super calculatione rationis,& quantitate debiti,eodem modo confessio redditionis rationis & reliquorũ debitorũ facta per illũ , qui administrauit , nocet fideiussori absenti,quia,vt dictũ est,eo casu quo sententia lata

contra

contra debitorem nocet absenti, eodem casu etiam nocet confessio eiusdem debitoris. Ex quibus patet, ꝙ Hieronymus tenetur ad quantitatem, de qua agitur, tanquam fideiussor Andreæ fratris sui. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Res in totum, vel pro parte aliena vendi potest, & ad quid tunc agatur.*
2 *Emptor non potest a contractu discedere, licet venditor non seruet promissa, sed ad alud, & nu. 10.*
3 *Lege si quis maior. C. de transactionibus quando locum habeat. Et locum habet etiam in iuramento de præterito, quod notatur num. 9.*
4 *Iuramentum de futuro licet firmet donationem inter virum & vxorem, secus tamen in iuramento de præterito, vel præsenti.*
5 *Emptor potest repetere totum precium a venditore, qui rem nō tradit in totum, etiam si pro parte tradat.*
6 *Mora irregularis non minus operatur ad pœnas, quàm regularis.*
7 *Venditio rei ut suæ liberæ, & expeditæ non valet: si pro parte indiuisa sit aliena.*
8 *Et tamen ualet, si uenditor sciens alienam vendat, & ibi ratio differentiæ.*
11 *Periculum rei uenditæ pertinet ad uenditorem, quando fuit in mora.*

CONSILIVM CXLI.

NON videtur, ꝙ ab isto contractu emptionis discedi possit per emptorem ex aliquo capite, quāuis enim dicatur, ꝙ res vendita non sit in totum venditoris, sed pro parte tantum pro indiuiso: non tamen minus ualet uenditio, quia 1 † res aliena nedum pro parte, sed etiam in totum vendi potest. l. rem alienam. de contrahen. emp. nec rescindi potest contractus ex hoc, ꝙ res uendita sit aliena in totum, uel pro parte, nec agi de euictione, antequam ab emptore res auferatur, si res sit tradita, ut est expressum in l. 3. C. de euic. & probatur in l. habere licere. ff. eo. tit. & ubi non sit tradita, agi debet, ut res tradatur, uel ad interesse, si venditor sit in mora tradendi. l. 1. in prin. de act. emp. & idem si uacua possessio non sit tradita, & prout tradi debet. l. ratio. in prin. & §. 1. & l. emptorem. §. 1. eo. tit. & not. in l. 2. §. fi. eo. ti. & l. cum res. C. de probatio. & quæ non dicitur tradi uacua, quando potest auferri. d. l. ratio. in principio, cum gloss. & d. l. emptorem. §. 1. Et ideo etiam si res uendita sit pro parte aliena, & possideatur ab alio pro parte, & sic possessio non sit tradita in totum vacua, non potest agi ad resolutionē contractus, sed agendum est, ut tradatur aut ad interesse, ut in dictis iuribus, & l. ex empto. §. ex empto. eo. ti. prædicta habēt locum quantumcunque promiserit uenditor expressè tradere rem uenditam uacuam, liberam, & expeditam, & a nemine aduocatoriam, qm̄ 2 † ex hoc ꝙ venditor non seruet promissa, nō pōt emptor a cōtractu discedere, nec agere, vt resoluatur, sed est agēdū, vt cogatur adimplere, vel ad interesse. l. si ea cōditione. C. de rescin. vēd. & l. inciuile. C. de rei vēd. & dicit Bal. ꝑ illū tex. ꝙ l. cū ꝓponas. C. de pactis, locū nō habet in cōtractib. noīatis, & similiter nō rescinditur cōtractus in totum ex alio capite, videlicet, quia mēsura sit minor, quā fuerit in cōtractu, sed fieri dēt diminutio precij pro rata, d. l. 2. in principio. & l. si seruū. §. si modū. de actio. emp. Nec ēt prætextu iuramenti contractus poterit rescindi, nam quamuis ille, qui non adimplet promissionē iuratam, amittat, ꝙ tradidit, & restituere teneatur, qđ recepit, & alias pœnas etiam patiatur. l. si quis maior. C. de transac. tamen in casu nostro vr̄ ex plurib. ꝙ illa. l. non posit habere locum. Et primo inquantum per uerba de præsenti promisit venditor iuris possessionem, ac rem ipsam uacuam, liberam, & expeditam esse, &c. per talem promissionē obligatur solum ad interesse, si ita non sit, ut probatur in l. si ita quis. de euic. ubi dicitur, ꝙ si quis promittat uenditum seruum sanum esse, furē non esse, quidam dicebat, promissionem non valere, quia si quid est in hac causa, impossibile est, ꝙ promittitur, si non est, frustra est, quæ ratio locum etiam habet in casu nostro. Iuris tamen cōsultus determinat talem stipulationē esse vtilē, & ꝙ cōtinet tm̄ īteresse, nec aliter vel alio mō pōt valere, & hoc quia concepta est per verba præsentis temporis, cū cōcipi debeat stipulatio per verba futuri t pis. l. 5. §. stipulatio. de verb. obl. & ibi per Bar. qui ēt allegat d. l. si ita quis. eadem ergo rōne in casu nostro stipulatio prædicta dr̄ interesse continere tantummodo, & sic est perinde acsi venditor expresse ꝓmisisset solum interesse cum iuramento, si illa non esset, quia igitur non fuit in mora p̄standi dictū interesse promissum, qa nō fuit interpellatus. l. si ex legati cā. de verb. obl. non hēt locū d. l. si quis maior, q̄ requirit morā promissoris præcedere, vt ꝓbatur ibi, non seruando promissa, &c. idest, 3 † si fuerit in mora seruandi, ſm Alex. ibi, per no. per Bar. in l. si duo. §. fi. de const. pec. Præterea d. l. loquitur in iurō de futuro, vt probatur ibi, putauerit esse veniendū, &c. & per totam illam. l. Non aūt loqtur in iurō de p̄terito, vel de p̄senti, nec ad aliud fieri dēt extensio, cum illa lex sit pœnalis & odiosa. l. cum quidam. de libe. & posth. & c. odia. de reg. iur. in 6. Nam & aliàs fit differentia inter iuramentū de præterito, & illud quod est de futuro, quia ꝑ 4 illud † vltimum iuramentum firmatur donatio inter virum & vxorem. c. cum contingat. de iur. & ibi istud tenent Doctores, communiter, & Bar. in l. si quis pro eo. de fideiuſ. in fine principij. & in l. Seius & Augerius. ad legem Fal. & per Alex. ī l. sed si possessori. §. item si iurauero de iurei. cum concordantibus, de quibus ibi per eum. Si vero iurm̄ sit de præsenti, vel de præterito, non firmatur donatio, vt probatur ex notatis per Pe. & Cy. in l. 1. C. de sacrosan. eccl. & per Bar. in l. cum quis decedēs. §. Titia. de leg. 3. & in l. Aurelius, §. fin. de lib. leg. & per Bald. in l. 1. C. de inoffi. do. & in l. hac edictali. in prin. 7. quæstionis. C. de secun. nupt. vbi concludunt, ꝙ si maritus in testō confitetur se debere vxori decem, & iuret ab ea recepisse, talis confessio iurata seruari non debet, qm̄ talis confessio præsumitur facta animo donandi, & sic in fraudem legis prohibentis donationem inter uirum, & vxorem. d. leg. Titia. & l. qui testamentum. de prob. vnde stante tali præsumptione probatur, ꝙ maritus iurauit falsum, & ꝙ statim ꝙ iurauit, fuit periurius, ideo tale iuramentum de præterito non est seruandum, ex quo constat, de periurio iurantis, secundum Imo. qui ita declarat in d. c. cum contingat. 10. memb. & Alex. in leg. si donatione. C. de colla. in 2. col. & Are. in consi. 74. in 4. col. dicens, ꝙ ratione p̄dicta iuramētum promissorium de futuro est magis fauorabile, quam iuramentum assertorium de p̄terito. Et ideo Im. in loco præallegato dicit, quamuis per auth. sacramenta puberum. C. si aduer. vend. leges antiquæ sint correctæ in dicto iuramento assertorio, & de quo loquitur. l. si alterius. C. si mino. se maior. dixer. secus tamen est in iuramento promissorio de futuro. Pari igitur ratione d. l. si quis maior. non debet habere locum in iuramento de præterito, quod in effectu est assertoriū, quamuis adsit promissio, quæ non cadit super eo, qđ est de p̄senti, vel de præterito, sed solum cadit super eo, quod est de futuro. d. leg. 5. §. stipulatio. de verbo. obl. Nec etiam ex capite altertius promissionis de futuro vr̄, ꝙ d. l. si qs mai. hēat locū, uidelicet, inquātū uēditor promisit tradere vacuā, liberā, & expeditā eidē emptori, & nullo modo aduocatoriā, &c. quia cū nō fuerit vēditor interpellatus, vt traderet, nō dr̄ fuisse in mora trādēdi. d. l. si ex legati cā. & plenè no. ꝑ oēs in l. qđ te. si cer. pet. & ꝑ ꝓn̄s vt dictū est, d. le. si quis maior, nō p̄t habere locū. Et alia rōne vr̄ ꝙ agi non possit. ad resolutionē contractus, s. qa res nō est integra, cū fuerit domus ab hostibus cōbusta, ar. l. ꝙ si min. §. Scæuola. de mino. & l. fi. C. de repu. hær. & hac ēt rōne occasione periurij nō pōt agi ad restitutionem precij, & per d. l. si quis mai. postquam res desijt ante moram esse integra, & periculum pertinet ad emptorem. l. 1. C. de peri. & com mo. rei vend. & l. necessario. ff. eodem. Contrarium tamen puto verius p̄missis non obstantib. nam (vt præsupponitur) ista res vendita erat pro parte aliena, & pro indiuiso, & ab alio ꝑ dicta parte possessa, quamuis ergo emptor constituerit se possidere nomine emptoris, & rē illam ab emptore cōduxerit, ad longū tempus, tñ pro parte aliena in emptorē non fuit trāslatum dñiū neq; possessio, quia per constitutum possessio trāsfertur. l. quod meo. in prin. de acqui. poss. & per conductionē. l. quædam mulier. de rei vend. qñ constituens tempore constituti, vel conductionis possidebat, secundum gl. & Ang. in leg. quamuis. §. si conductor. de acqui. possess. & Angel. in dicta

l.quædã mulier.& in l.2.C.de acq.pos.& Bal.in l.j.C.quan.lic. ab emp.discede.& Old.cons.139. & Ant.de But.in c.cum venissent.de rest.spolia.& quod isto casu in totum non dicat res tradita,est casus in l.ex mille.§.fi.de euict. Sequitur ergo ex pmissis,ꝙ venditor ex parte sua non adimpleuit contractum in totũ,qui tenetur tradere possessionẽ rei venditæ liberã, & expeditã,ac vacuã nedum ex expressa cõuentione, de qua in instro vẽditionis,sed ẽt de iure communi.l.2.§.fi.& ibi no.& le. ratio.in principio.& §.1.de act.emp. & non dicitur tradita vacua,quando alius possidet,vel detinet.d.§.fin.vel quando post traditionem ab alio põt auocari.l.emptorem §.1.de act.em.& no.gl.in d.l.ratio.§.1. Cum ergo venditor partem alienã scienter vendiderit,& illam partem non tradiderit,ut patet ex pdi-

5 ctis,põt† etiam ante euictionem emptor a venditore precium solutum repetere,ſm gl.no.in l.rem quãdã.de eui.quæ ad hoc allegat tex.in l.seruus quem.§.fi.de act.emp.& cum gl.alij simpliciter transeunt,& expresse illam approbat Sal.ibi.& quãuis Pau.de Cast.in d.§.fin.dicat contrarium,tamen ab opi.glo.ab alijs approbatæ non est recedendum,vt traditur in locis vulgaribus,& cuius opi.ẽt probatur in d.§.fi.vt dicetur infra. Nec ẽt ob.ratio sua dum dicit,ꝙ precium repeti non potest nisi re euicta,& ꝙ si solutum non esset,cogeretur soluere , quantũcunque emptor vellet probare rẽ esse alienam,& in ipsum non esset translatum dñium,quia vẽditor põt replicare,ꝙ sibi habere licet.Nam ista ratio Pau.de Ca.procedit, qñ res aliena fuisset emptori tradita , & ꝓut tradi potuit,qñ emptor erat in possessione.d.l.emptorem.in prin.sed gl. loquitur qñ emptor repetit precium,antequam res sibi tradatur,nã tunc nõ licet emptori habere,& sic rõ Pau.de Cast.non põt tunc hr̃e locum,& non tñ potest repetere emptor precium pro parte, quæ est alterius,& quæ adhuc non est tradita,ut dixi; sed etiam pro alia parte,quæ erat sua,& pro qua transtulit uenditor in emptorẽ possessionẽ,& dñium,quia emptor verisimiliter ab initio non emisset solã partem venditoris, si sciuisset aliam partẽ esse alienam,ut est expressum in l.quæro. de act.em.& probatur in l.si quis aliam.de solutio.& ideo resolui debet cõtractus in totũ , & non solum pro parte aliena emptore volente.d.l.si quis aliã cum ibi no.& per Bar.in l.cum eiusdem.de ædil.edi.& l.tut. ff. de min.qui propriè loquitur,qñ res cõis est uendita in totum a dño pro parte & ibi dr̃,ꝙ si resoluitur pro parte dẽt in totũ resolui,si emptor uelit,& vbi nollet,ꝙ resolueretur in totum, sed solum pro parte aliena , tunc agi posset contra uenditorẽ ad interesse.d.l.quæro.de actio. emp. & ista ratio iudicio meo est uerissima,& concludens. Secundo istud comprobatur alia ratione fortissima. Nam,vt dictum est,uenditor non tradidit, nec adimpleuit contractum in totum.Item uenditor fuit ĩ mora tradendi re ipsa, ex quo ab emptore totum precium recepit,quòd quia emptor ex parte sua in totum adimpleuit.le.curabit.C.de ac. emp.& l.Iulianus.§.ex vendito.eod.tit.prout dicit Salic.in leg.fructus.C.de act.emp.circa princ.arg.d.leg.curabit,& quia etiam,vt proponitur, præcessit interpellatio , & non solum pro parte non tradita fuit in mora,sed etiam respectu totius.l.in executione.§.item si ita.de verb.obl. & maxime hoc procedit,ex quo emptor ignorauit,& deceptus fuit,vt ibi no.glo.tradidit,& contractum non adimpleuit,& fuit in mora implendi,precium ab eo potest repeti,etiam si res in totum fuisset venditoris,vt est casus sing.in leg.Lucius Titius. cum l. seq.iuncta gl.de actio.emp.vbi dicitur,ꝙ si uenditor,qui accepto precio promisit sub pœna intra statuta tempora tradere materiam venditam,fuit in mora tradendi partem dictæ materiæ,ꝙ pœna committitur,& ab illo peti potest precium , & vsuræ precij soluti,& de repetitione precij non est dubium,secundum gl.in ver.possit.& in ver.intercedentem. quę est in l. seq.& hoc etiam tenẽt omnes,& quamuis tex.ibi in ver.neq; . videatur velle, ꝙ hęres venditoris exhibendo reliquam materiam non traditam,possit moram purgare, & pœnam euitare ac impedire repetitionem precii, tamen hoc illo casu non est verum,ſm glo.quæ ad tex.subaudit, maxime , quia cum ibi apposita eẽt dies & pœna,non poterat purgari mora.l.magnam C.de contrah.& commit.stip.Et idẽ est in casu nr̃o,vt.s.nõ admittatur moræ purgatio ꝑꝑ iurm̃, quod impedit purgationẽ moræ.d.le.si quis maior.C. de transac.& ibi no.Doc.& maximè Sal.& Alex.& Bar.Imo.& Moder.in leg.si insulam. de verbo.obl.& loquitur ẽt tex.in d.l.Lucius.de mora, quæ cõmittit

6 sine interpellatione hoĩs.Nã † quoad pœna cõuentionalẽ non minus operatur mora irregularis,q̃ regularis.l.ad diẽ,cũ gl. & ibi no.Ale.de uer.ob.qui allegat ẽt tex.ĩ l.debitor.de neg. gest. & idẽ tenet Soc.in l.de diuisione.sol.mat.& ꝙ dicto casu, quo uẽditor est in mora tradendi,possit ab illo pciũ repeti,tenet ẽt Bal.in d.l.traditio.in 4.q.C.de act.emp. dicens, ꝙ preciũ peti potest sub nomine interesse,ꝑ l.sicut.in fi.eo.ti.& l. emptorẽ. §.ibidẽ.ff.eo.& dicit ẽt,ꝙ potest petere vsuras precij,alleg.d.l. Lucius,pro singulari,& istud ẽt vult Pa.de Ca.in d.l.curabit.& quamuis gl.in d.l.Lucius.dicat,ꝙ repeti poterit precium , non quidem in totũ,sed solũ pro rata materiæ non traditæ.Nihilo minus in casu nostro habebit locum repetitio totius precij , quia, ut dixi in præcedentibus,emptor in casu nostro non fuisset empturus partem fundi pro indiuiso.d.l.si quis aliam.de solu.& d.l.quæro.de actio. empt. & d.l. tutor.§.1. de mino.& ea ratione,ita est in dubio præsumendum,quia cum res sit aliena pro parte pro indiuiso,si preciũ repeteretur pro parte tm̃,emptor inuitus incideret in communionẽ , ad quã nemo cogitur inuitus.l.si nõ sortẽ.§.si centũ.de condi.indeb.& hanc rõnem assignat etiam gl.pen.in d.l.si quis aliam.'& in l. fundus ille. de contrahen.emp.Si ergo non erat emptor partẽ empturus , fieri posset resolutio ꝯctus in totũ , tãquã sit indiuidua ex intẽtione cõtrahentis.l.Pedius.de arbi.& ꝑ Bart.in l.grece. §. illud.de fideiusso.& habere debet locũ repetitio totius precij, ut expresse dicitur in dictis iurib.sed in casu d.l.Lucius. fuit tradita pars materiæ uenditę pro diuiso,q̃a non erat communis,& hic cessat pdicta rõ,iõ põt,& dẽt fieri resolutio pro parte,quia resolutio tunc est diuidua,vt probat in l.cui vsusfructus. de vsufr. le.& ita Bar. ibi distinguit mõ prædicto in q̃one ibi formata ꝑ eum,r̃ndendo ad illã legẽ.Tertio dici põt,ꝙ iste contractus ẽt

7 ab initio in totum fuit nullus pmittendo † primò, ꝙ venditor ipse mentius est promittendo & asserendo iuris possessionem ac rẽ ipsam vacuã, liberam,& expeditam esse, &c. quia re uera apud eum non erat possessio vacua totius rei venditæ, ex quo ab alio possidebatur pro parte.d.l.2.§.fi.& d.l.emptorem.§.j. de act.em.nec apud eũ erat res in totum libera,& expedita,cũ eẽt aliena pro parte pro indiuiso. Quia sicut non pt dici ptinere res ad aliquem pleno iure,nisi qñ est sua rõne dñii,ſm Bal. Ang.& Pau.de Cast.in l.mater.C. ad Tert. ita nec ẽt dr̃ hr̃e rẽ liberam,& expeditã, si non sit dñs per verbũ plenũ & liberũ, q̃ æquipollent.l.fideicommissa.§.quãquam.de le. 3.& ibi not. Bal.& per Car.in l.alio.de ali.& ciba.le.ver.item quæro, dicit testor.Nec dici potest,ꝙ vẽditor dicatur solum vendidisse ius quod habebat in re uendita, quinimmo totam rẽ præsumitur vendidisse pleno iure,quando emptor ignorabat,ꝙ ad uenditorem non pertinebat pleno iure, & prout in dubio ignorare psumitur.l.verius.de ꝓbationibus,& l.fi.pro suo.Itẽ ex qualitate precij ẽt apparet,ꝙ tota res vendita fuit , ſm Bald.Ange. Imo.& alios Moder.in d.l.si domus.§.fin. de lega.1.cum concor.de quib.ibi per Alex.Et hoc constat ex alio,ꝙ isto casu sine dubio,quia res fuit vendita expressa mensera tornat.40.q̃a huiusmodi mendaciũ cedit ad cõmodũ, & vtilitatẽ dicti venditoris,præsumitur esse in dolo.l.& eleganter.§.si.cum l.seq.de dolo.& ibi no.Bar.& Ale.in l.dolum.C.eodem. Secundo præmitto,ꝙ si emptor sciuisset rem venditam esse cõem inter venditorem,& alium,illam verisimiliter nõ emisset , cum apud eũ pars tantum pro indiuiso remansura esset,& quia in cõionẽ incideret,per ea quæ superius sunt alleg. & maxime per text. in dicta l.quæro.de actio.empt.vbi est casus. Sequitur ergo ex præmissis,ꝙ dolus venditoris dedit cãm contractui,& consequẽter ꝙ cõtractus est ipso iure nullus.d.l.& eleganter. in prin.de do. & ibi ꝑ gl.& alios,& l.3.§.fi.pro socio.& dicit Alb.de Rosa.in d.l. & eleganter.ꝙ dr̃ dolus dare cãm contractui,qñ quis non erat aliàs contracturus,vt in casu nostro,& in spécie probat, qđ dictum est,in l.qđ uenditor, secundo respon.eo.ti.iuncta gl.ubi hr̃,ꝙ si uenditor cõmendãdo rem mentitus est aĩo decipiendi emptorem,& qui aliàs non erat empturus , tenetur actione de dolo.s.ad rescindendũ contractum, quatenus de facto processit,quia ipso iure fuit nullus,ſm Iac.de Are.& Alb.ibi, & ĩ hoc rectè sentiunt,quãuis in expositione tex. a litera descendant , q̃ stat,& stare dẽt propriè,ſm opi.gl.approbatam per Bar.in d.l.

8 & eleganter. † Nec obst.ꝙ uenditio ualeat,qñ uenditor sciens rem

rem alienam vendidit, & tñ in dolo fuit. d.l.seruus quẽ.§.fi.de actio.emp.& in d.l.q̃ro.co.ti.quia illud procedit, quãdo dolus fuit solũ in scia rei alienæ, & quo casu nõ dr̃ dolus dedisse cãm cõtractui, sed est aliud, qñ dolus fuit in paciscẽdo, ut in casu nostro, d.l.qđ uenditor. Nã inter vnũ casum & alterũ ẽt ad aliũ effectum facit drĩam Bal. in d.l.traditio. C. de actio.emp.in 5.q. & facit, qđ no.glo.in l.si mora.solu.matr.quæ vult, ꝙ maior sit culpa in faciẽdo quam in omittendo, idẽ ergo videtur in dolo. Quarto, & ultimo contractus iste non ualuit propter periuriũ iurantis, quia inquantum iurauit, iuris possessionem, & ipsam rem venditam vacuam, liberam, & expeditam esse, statim fuit periurus, quia iuramentum hoc assertorium est de præterito, vel de præsenti. Et propterea, quia iurauit falsum, venditor ab initio fuit periurus, secundum Doctores supra allegatos pro

9 parte contraria. Quia ergo contractus † ab initio validus resoluitur ex periurio ex postfacto superueniẽti, ideo agi potest ad repetitionem precij.l.si quis maior.C.de transactio.multo magis ratione periurij commissi in promittendo, & tempore promissionis debet contractus impediri, & ab initio annullari.l.patre furioso.de his qui sunt sui, uel alieni iuris. Nec obstat quòd illa.l.quæ est pœnalis, & quæ loquitur in iuramento de futuro non debeat extendi ad iuramentum de præterito.c.odia.de regulis iuris in 6. quia cum ratione periurij locum habeant pœnæ, de quibus ibi per Doctores, in d.l.& maxime Alexan.in illa quæstione, an iuramentum impediat moræ purgationem, dicitur dispositio illius. l. respicere fauorem animæ, quia ordinatur ad euitandum periurium, quamuis respectu bonorum temporalium sit odiosa, & ideo dicitur principaliter fauorabilis, quia anima cunctis rebus est præponẽda, vt no.in l.sancimus. C.de sac.san.eccles.& ideo ex identitate, vel maioritate rationis potest extendi ad iuramentum de præterito, secundum Bart.in auth.sacramenta puberum.C.si aduer.vendi.& Anto.de But.in c.fin.de consuetudinib.in 1.fallen.& Pet.de Anch.& Imo.in c. quamuis, de pac.in 6.& Alex.in l.qui iurasse. in prin.de iureiu. Et talis extensio etiam in materia pœnalis est permissa ratione prædicta, ꝯm Abb.in consi. 231. In quæstione mouenda contra Ant.in fi.per no.per gl.in c.sciant cuncti, & in c.fi. de elect. in 6. Et dato ꝙ d.l.si quis maior. procederet solum in iuramento promissorio de futuro, locum tamẽ haberet in casu nostro, in quo venditor iurauit tradere in futurum emptori rem & possessionem vacuam, liberam, & expeditam, & nullo modo aduocatoriam, quia ergo uenditor postea cõtractum non impleuit, & in mora implendi fuit.d.l.curabit.C.de act.emp. & dictum fuit supra, incidit in pœnas, de quibus in d.l.si quis maior. Nec ob.allegata in contrarium. Et primò dum dicitur, ꝙ res aliena vendi põt, quia dicitur, ꝙ licet contractus valeat, tamen si fuit res aliena scienter uendita ignoranti esse alienã, & adhuc nõ sit tradita, ꝙ agi põt ad repetitionẽ precij, ꝯm gl. singularem in d. l.si rẽ quandã.de euic.per tex.in l.si seruus quẽ.§.fi.de act.emp. Et sic isto casu contractus resoluitur, & ad rationẽ Pau.de Ca. qui tenet cõtrariũ, in d.§.fi.fuit respõsum. Et quãuis ẽt dicat, ꝙ opinio gl.non probetur ibi, tñ istud etiam non est verũ, nam licet ibi de precio non sit facta mentio, sed solũ, ꝙ emptor ad interesse põt agere, antequam res sit euicta, preciũ tñ sub illo interesse continetur, & sub consideratione interesse repetitur, vt in alio casu simili probatur in l.Lucius Titius. eod.tit. ubi illo casu, & de quo etiam supra facta fuit mentio, agitur ad pœnam, & ad vsuras precij non soluti, i. ad interesse, vt præsupponit ibi Bar.& alij. Et tñ etiam sub tali interesse continetur repetitio precij, ꝯm glos. & omnes, & de quo in text.nulla fuit facta mentio. Et ꝙ sub interesse contineatur precium, uult ẽt Bal. in d.l.traditio.C.de actio.emp.in 4.q. Nec etiã ob. ꝙ agi non possit contra uenditorem anteq̃ res euincatur, sed qñ vẽditor fuit sciens rẽ esse alienam, & emptor ignorauit, tunc actione ex empto ratione doli agi põt, antequã res tradatur, ad repetitionem precij, & ex stipulatione, vbi venditor promisit dolum malum abesse, secundum Barto.in dicto §.fin.& nedum resoluitur contractus pro parte, pro qua res est aliena, sed ẽt in totum isto ca

10 su; quia † emptor solã partẽ pro indiuiso nõ fuisset empturus, vt dicitur in præcedentib. Nec ẽt obst. ꝙ agi debeat ad tradendum, si res nõ tradat̃.d.l.emptorẽ.in prin.de act.emp.q̃m istud est uerum, quando nõ uult emptor ab emptione discedere, qa dicto casu resolui debet contractus illo volẽte, & vbi non vult, non rescinditur, & ad tradẽdũ agitur. Et prout ẽt dr̃, qñ cõtractus est ab initio nullus ꝑ dolũ venditoris.l.Iulianus §.si quis a colludente.de ac.emp.& no.gl.& Bar.in d.l.eleganter.in prĩ. de do.& gl.in l.si dolo. C.de rescin.uen.& in l.iurisgẽtium.§.ꝑtor ait.de pac.& in cã.la 2.in prin.de min. Itẽ contrarium ꝓcedit, qñ venditor ignoranter vẽdidisset rẽ alienam, vel qñ nõ solũ vẽditor fuit sciens, sed ẽt emptor, nã dictis casib.agitur ad tradendũ, & non ad repetitionẽ precij rõne doli.d.§.fi. Et similiter non obst. ꝙ nõ discedat a cõtractu eo ꝑtextu, ꝙ res nõ sit tradita.l.inciuile.de rei ven.& l.si ea cõditione.C. de rescin.vẽ. quia fallit isto casu, quo uenditor fuit sciẽs, & emptor ignorãs quia tunc rõne doli potest precium repeti ante traditionẽ rei. d.§.fi.& per gl.in d.l.si rẽ quandam. Secundo ẽt ad oĩa prædicta rñdetur, ꝙ ẽt si venditor fuisset ignorans, vel vterq; sciẽs, & ẽt, qđ est fortius, si res vendita non fuisset aliena, sed venditoris, põt agi ad repetitionem precij, ex quo vẽditor fuit in mora tradendi rẽ ipsam, cum emptor precium in totum soluerit, & pro parte sua adimpleuerit.d.l.curabit. C. de actio.emp. Et magis si interpellatio præcessit, ac istud procedit præsertim, quando venditor non potest moram purgare.d.leg.Lucius Titius.de act.emp. & per Bal.& Pau.de Cast.in locis superius alleg.& per hoc etiam tollitur aliud.s.dum dicebatur, ꝙ vẽditor non fuit in mora, quia nõ fuit interpellatus, quia isto casu mora committitur sine interpellatione, & quia (vt etiam dr̃) interpellatio interuenit, & (ut ẽt dixi) licet in casu d.l.Lucius.solũ pro ꝑte non impleta locũ hẽat repetitio ꝑcij, isto tñ casu rõne de qua supra, ꝑciũ in totũ põt repeti. Itẽ non obstat, ꝙ res non sit integra, ex quo domus existens in fundo fuit cõbusta, ar.l. quod min.§.Sceuola.de min.quia quantum ad partem alienã, q̃ non fuit tradita, certum est, ꝙ periculum nõ pertinet ad em

11 ptorem.l.necessario.de per.& commo.rei ven.& etiam † in totum periculum pertinet ad vẽditorem, de quo respectu totius fuit prius in mora, saltem re ipsa, ꝯm gl.in terminis, in l.cũ speciem.C.eo.ti. quæ relata ad textum loquitur in domo conbusta, & quæ vult, ꝙ periculum ad venditorem pertineat, si fuit in culpa, vel in mora. Et cõprobatur, quia vbi culpa ꝑcedit casum: periculum casus fortuti pertinet ad illum, qui fuit in culpa.l.si vt certo.§.sed interdum.& l.in reb.in prin.comm.ita oĩa prędicta contraria cessant, ex quo cõtractus ipso iure fuit nullus, ut probatum est in pręcedentib. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1. *Vsusfructus precij redacti ex uenditione rei ad filium pertinentis quomodo possit competere patri.*
2. *Confessio patris legitimi administratoris non nocet filio, nisi ex coniecturis adiuuetur, & nu. 4.*
3. *Factum unius ex duobus reis, quod alter sit fideiußor, non præiudicat creditori.*
5. *Simulatus contractus nullum ius tribuit.*
6. *Pater potest etiam per cõtractum simulatum filio pręiudicare.*
7. *Turpitudo propria iam detecta per probationes admissas, allegari potest.*
8. *Confessio mariti, quod ipse debet uxori centum, etiam iurata, nõ ualet, & quare.*
9. *Pater legitimus administrator, vt sibipsi authoretur, debet palam, & bona fide contrahere, sicut & tutor.*
10. *Præsumitur pecunia ad unum tantum perueniße, & alter ut fideiussor tantum tenetur, quãdo duo se obligant pro negocio ad alterum tantum pertinente.*

CONSILIVM CXLII.

CASVS, de quo quæritur, prima facie visus est satis dubius, & pro euidentia præmitto, ꝙ hęc pecunia redacta ex uenditione rei filiarum Antonij Mariæ, debebat per patrem conseruari, aut in res, vel causas hæreditarias conuerti, ut dicit textus in le. fin.§.ipsum autem.in fin.C.de bon. quæ libe.& sic videtur textus velle, ꝙ pretium dictæ rei venditæ sit dictarum filiarum, & quod in eo non habeat pater vsumfructũ, ex quo mandat illum conseruari filijs, quod conseruandum non esset, vbi in eo pater vsumfructum haberet, quia distrahi posset secundum formam traditam in §. constituitur. institut. de vsu

1 fruct. Poterit igitur † pater dicti precij vsumfructum conse-

qui,si illud conuertat nomine filij in aliam rem, in qua possit cadere vsufructus,prout facere potest tanquam legitimus eius administrator.l.1.C.de bo.ma.& d.§.ipsum aūt sed aliter non, nisi caueret eo mō,quo dr in d.§. cōstituitur. quæ cautio non potest dici remissa patri,quia est de substantia vsusfructus. le. senatus.§.j.de vsufr.ear.rer.q̄ vsu cōsu.& no.Iac.But.Bar.Bal. in l.1.C.de vsufr.adeo ꝙ non est vllo modo reperire istū quasi vsufr.sine dicta cautione,ꝯm pdictos. Et probatur ex no.in c.j. de const.in 6.secus aūt in illa cautione, de vtendo, & fruendo arbitrio boni uiri,q̄a cū illa nō sit de subst̄a vsufructus ,ꝯm Do. in d.l.1.patri est remissa.l.fi.§.ptereа.& ibi no.Bal.C. de bonis q̄ libe. His igitur sic præmissis vr̄ , ꝙ d. Stephanus sit ex depo sito obligatus filiabus dicti Antonij Mariæ,quib.ex stipulatio ne paterna fuit vtilis actio q̄sita,ex quo tanquā legitimus admi nistrator deposuit,& pro eis est stipulatus,vt notatur in l.si le- gati.de pignorib.& per Bar.in l.qđ dr̄.de ver.ob. Nec obstare vr̄ cōfessio & protestatio patris facta incontinēti post in alio 2 instrumento , quia † talis confessio patris facta uoluntarie nō nocet filiabus,sicut nec cōfessio tutoris,ꝯm gl.& Doc.in l.cer tū.§.sed an ipsos.de conf.ex quo.n.primus contractus deposi- ti fuit profectus & absolutus,dictis filiabus ex eo fuit in q̄sitū. l.contractus.C.de fide instr.iō non potuit tolli,vel minui me- diante dicta confessione,vel protestatione,vt probatur ex no. per Bar.& Do.in l.si ita scriptum.in prin.de.le.1.vbi dicunt ꝑ illū textū,ꝙ protestatio pōt fieri post actū,sicut ante illum,ꝙ est uerum ꝯm pdictos,nisi actus fuisset completus, & absolu- tus,quia tunc sequens protestatio etiā facta incontinenti post non iuuat,sicut ergo illo casu non prodest protestāti in præiu diciū aduersarij , sic ēt in casu nostro prodesse non debet dño Stephano in piudiciū filiarū ipsius protestātis. Præterea Blāca vna ex filiabus prædictis cum patre deposuit dictas pecunias apud dominū Stephanū cū consensu patris,& ei est facta pro- missio solennis , ergo pro eius rata non videtur cōfessio patris aliquod operari,quia ex proprio facto sibi ius quæsiuit, quod per patrem auferri non potuit.l.1.C.de bonis maternis. facit. lex pactum curatoris. cum concordantib.de quib.ibi. C.de pa ctis.& not.Bart.in l.sed si vnius.§.filio de iniur.pro hoc etiam facit,quod no.Bart.in leg.in duobus.§.1.de duob. reis. in 7.q. cum quo transit ibi Are.& Ang.& Imo. in le. reos.in princip. eo. tit. vbi concludit ad propositum, ꝙ si apud unum ex duo- bus reis peruenit commodum pecuniæ,vel tota quantitas, & solum inter eos sit actum,ꝙ alius sit fideiussor,non poterit il- le creditori opponere,ꝙ excutiatur prius ille, ad quem perue 3 nit pecunia,quia † factum eorum non præiudicat creditori,vt in authen.de duob.reis.§.si vero minus idonei, sic in casu no- stro, quamuis inter Antonium Mariam & dominum Stepha- num fuerit actum,quòd dictus Antonius esset principalis de- bitor,& altera fideiussor, vt prædicti asserunt, filiabus tamen Antonij,quarum nomine fuit celebratus contractus depositi, & præsertim dictæ Blancæ,non potuit dicta conuentio præiu dicare,facit.l.fi.ff. de pact.Sed præmissis non obs.contrarium puto de iure verius , & præmitto, ꝙ licet confessio patris uo- luntaria,vel per modum iurisdictionis voluntariæ facta regu- lariter non præiudicet filijs,per not.in d.l.certum.§. sed an ip 4 sos.de confessis,tamen † vbi ex alijs coniecturis coadiuuatur, tunc confessio contra filios probat,ut colligitur ex no.ꝑ Cy. & Bal.in auth.hoc ius porrectum.C.de sac.san.eccl.vbi dicunt ꝙ quamuis confessio prælati non probet pecuniam mutuo re ceptam esse conuersam in vtilitatem ecclesiæ , & prout etiam voluit Bar.ibi,fallit tamen nisi ex coniecturis aliter appareret, vt in exemplo,de quo ibi per eos.Et idem tenet Ro.in l.ciuitas ff.si cer. pe. Quod autem contractus depositi celebratus cum dño Stephano fuerit simulatus,probatur nedum ex confessio ne Antonij Mariæ, sed etiam ex eo,ꝙ incontinenti eadem pe- cunia fuit actualiter & realiter restituta dicto Anton. Mariæ per dictum Stephanum,vt probatur ex no.per Bar.& Doc. in l.per diuersas.C.manda.vbi dicit,ꝙ fraus,& simulatio præsu- mitur,quando cedens incontinenti restituit cessionario pecu- niam,quam receperat,per l.qui sic.de solu.Nec obst.si dicatur ꝙ restituit ex noua causa,idest ex nouo deposito,quo casu nō loquuntur prædicta.Qm̄ ēt istud vltimum depositum apparē- ter factum in dictum Antonium Mariam, & eius uxorem per dominū Stephanum fuit ēt simulatum,ꝙ ex illo vltimo instr̄o

alienationem dictorum bonorum, quia dicta prohibitio intelligitur facta casu, quo hrdes velint alteri alienare quam Ioanni, 1 vel qũ † promissio de vendendo facta per illam non hẽat effectũ, ut quia Ioannes, vel eius hæredes nolint emere, & qui ad emendum compelli non potuerunt ex dicta promissione de uendendo illis facta, ſm Pau. de Cast. in l. si hæres. §. 1. de eo quod cer. lo. quia secundum ipsum ex parte Ioãnis nõ interuenit promissio de emendo, sed solum facta fuit ei promissio de uendendo per dominam Pipam iõ solum illa obligatur vendere, & Ioannes non obligatur emere, quia promissio non fuit reciproca, sed casu quo Ioan. emere velit, non prohibetur alienatio in dicto testõ, immo potius permittitur & approbat per d. Pipam dicta ꝓmissio facta Ioanni de vendendo, & vult, ꝙ precium tunc conuertatur in emptionem aliorum bonorũ, q̃ subiaceant dictæ prohibitioni & fideicommisso per eam fcõ, 2 & sic quia per † ultimam voluntatem approbatur etiam dicta promissio, ex hoc uidetur, ꝙ hæredes dominæ Pipæ possint ad factum, id est ad vendendum compelli præcise. l. fideicommissa §. fi. de leg. 3. & ibi no. Bar. & alii, & in l. stipulationes non diuiduntur. nu. 8. de ver. obl. & vbi etiam dicti hæredes nolint uẽdere, uenditio ipsa intelligitur facta in hunc casum per dictam dominam Pipam, quæ conuenit cum dic. Ioanne, ꝙ casu, quo dicti sui hæredes facere noluerint uel recusauerint. id est fuerint in mora faciendi. l. si duo. §. fi. de const. pec. & ibi no. Bart. & l. 1. §. item si ita. ad leg. Falc. & ibi no. Ale. ex nunc prout ex tunc d. do. Pipa donat dicta bona dicto Ioanni, cum hoc tamen ꝙ soluat hrdibus dictæ dominæ Pipæ æstimationem declarãdam vt supra, &c. quamuis enim dicatur, ꝙ d. Pipa ex tunc donat, non tamen est donatio proprie, sed venditio ex quo precium & æstimatio debet præstari, & uerba debent impropriari, vt est expressum in l. si vno. in prin. ff. loca. & probatur ex no. per Bart. Imo. Ale. & alios in l. filiusfamiliàs. §. diui. de leg. 1. in illa. q. utrũ prohibita donatione intelligatur prohibita uenditio, & alius contractus, & sic ubi hæredes d. Pipæ sint in mora uendendi, pt agi ex uenditione facta & collata, per do. Pipam in hunc euen- 3 tum, & ex qua hrdes sui † compelli possunt præcisè ad tradendum, ex quo facultatem hñt rei tradendæ, ut no. gl. inst. de em. & in l. stipulationes non diuiduntur. in 8. q. de ver. ob. cum quo alii communiter transeunt. Nec huic promissioni de uendẽdo ob. statutum Florentinum, prohibens uxorem bona sua alienare sine consensu mariti, quia ista promissio de uendendo nõ est alienatio, nec venditio, quoniam aliud est uendere, & aliud est promissio de uendendo, ut not. in l. in bonæ fidei, de eo qđ cer. loca. & ibi in specie Pau. de Cast. in §. si tamen. dicit, ꝙ licet emphyteuta non possit sub pœna priuationis alienare irrequisito domino, tamen ex promissione de vendendo non committitur pœna, & sic dicta promissio non continetur sub prohibitione alienationis facta per legem. Preterea ista promissio fuit collata post mortem. dom. Pipæ, & sic post solutum matrimonium, ideo debet valere per ea, quæ dicentur statim. & hac ratione etiam statutum non habet locum in uenditione facta ꝑ do. Pipam, quæ fuit collata post mortem suam, & eo casu, quo hæredes sui sint in mora adimplendi promissa per eam, quia statutum loquitur de venditione facta cõstante matrimonio per vxorem sine consensu mariti, & non habet locum in uenditione collata post mortem uxoris, & sic post solutum matrimonium, quamuis constante adhuc matrimonio facta fuerit, sicut uidemus, quod licet donatio inter vir. & uxorem non ualeat. l. 1. & per totum de dona. inter uirum & vxorem si tamen conferatur in tps soluti matrimonii, est ualida. l. si seruum. §. fi. eo. ti. & prout etiam uult Alex. in l. si socer. §. Lucius. solu. matr. Et alia ratione non obst. statutum, quia maritus. d. Pipæ, vt dicitur, erat furiosus, ideo dicto casu contractus valet sine consensu talis mariti. l. cum hæres. de acquir. hæred. & ibi Imol. in 4 specie per illum tex. dicit, quod † si ex forma statuti non potest uxor se obligare sine consensu uiri, statutum non habebit locum, quando maritus est furiosus, & cum eo transit Aretin. Sed his non obstantibus contrarium uidetur uerius, quia si uerum est, quod statutum prohibeat uxorem alienare sine consensu mariti, quod tamen non uidi, quia non est transmissum, non ualuit etiam promissio de uendendo sine dicto consensu, 5 quia † licet illa non sit uenditio, nec alienatio, quia tamen

¶ Dec. idem in cõs. 502. & sequent.

per dictam promissionem peruenitur ad uenditionem, illa ẽt intelligitur esse prohibita. l. oratio. de spõ. ubi habetur, ꝙ prohibito matrimonio per sponsalia, promissio etiam de contrahendo matrimonio intelligitur prohibita. Nec ob. ꝙ dicta ꝑmissio de vendendo & ipsa vẽditio sit collata in tempus soluti matrimonij, & sic in tempus permissum, quia statutum prohibet uxorem alienare sine consensu mariti propter fragilitatem sexus, & talis consensus requiritur ad integrandam personam mulieris. l. 2. §. verba. ad Velleia. & no. Bar. Bal. & alij, in l. trãsactionem. C. de transac. & Imo. Rapha. & Alex. in l. j. §. fuit quæsitum. ad Treb. vnde statutũ attenta dicta rõne dicitur resistere initio, & cũ resistat initio, promissio de vendendo, & etiam ipsa venditio sicut non põt fieri pure sine consensu mariti, ita ẽt non põt sine dicta solennitate conferri in tempus soluti matri- 6 monij. l. si minor. C. de ser. expor. vbi idem dicitur † de minore propter imbecillitatem ætatis prohibetur actum pure tacere, ut etiam non possit illum conferre in tempus permissum, & hoc quia lex dicitur initio resistere ratione ætatis, ſm Bar. in l. 1. §. nunciatio. de oper. noui nunc. & Imo. in l. in tẽpus. in prin. de hær. insti. & per hoc tolluntur quædã, quæ allegantur in cõtrarium. Et non obst. vltimum. s. ꝙ maritus dominæ Pipæ esset 7 furiosus, quia † cum hr̃et dilucida interualla, ei qui dicit, quod tempore contractus facti per do. Pipã erat furiosus, incumbit onus probandi, quia istud est fundamentum intentionis suæ. l. ei qui dicit. de prob. & ita etiam determinat Alex. in l. furiosũ. C. qui testa. face. poss. & confirmatur, quia qui dicit, aliquem esse furiosum, dicitur in effectu proponere negatiuam, quia intelligitur dicere, ꝙ non est sanæ mentis, per no. per Ba. l. si qui dẽ. C. solu. mat. quis autem tenetur probare negatiuam, quãdo illa est fundamentum suæ intentionis, ſm gl. & alios, in l. si uero. §. qui pro rei qualitate. qui satisd. cogã. Sed dato ẽt ꝙ valuisset dicta ꝓmissio. & venditio, uidendum est, quid contineatur in dicta promissione, & vẽditione, & vt ex verbis instrumenti apparet, ur̃ ꝙ dimidia bonorũ, de quib. nominatim fit mentio in dicto instrumẽto, dicatur cõtineri in pacto de vendendo, & in ipsa venditione, qm̃ dicitur, ꝙ promisit vendere dimidiã ꝑ indiuiso dictorũ integrorum domus & horti, poderij, & bonorum omniũ supra contentorum & confinatorũ, & de quib. supra fit mentio, &c. Quinimmo vr̃ ẽt facta promissio & venditio de maiori parte, casu, quo do. Pipa ius habuerit in dictis bonis ultra dimidiam, prout habuisse uidetur ex cã fideicommissi & ratione legitimæ, & Trebel. quæ potuit per eam detrahi de tota hæreditate ex persona fratris, cuius ipsa fuit hæres, & hoc propter illa verba sequentia, videlicet, & omnem ratam & partem dictorũ bonorũ d. do. Pipæ quomodolibet pertinentem. seu spectantem, &c. quãuis ergo. d. Pipa ad quartam partem tãtum dictorũ bonorum potuerit admitti iure fideicommissi ex testamento paterno, & residuũ habeat alio iure, tamen uerba non possunt restringi ad dictam quartam partem, & sic ad dimidiam dimidiæ, quia dicitur, ꝙ promisit uendere dimidiã pro indiuiso dictorũ integrorũ domus & horti, &c. ꝙ verbũ integrorũ, significat ꝙ dimidia totius domus & aliorum bonorũ, & non minus veniat in promissione. l. fi. C. ad leg. Fal. & ꝑ not. ꝑ gl. in l. decẽ. de fideicõ. liber. & ꝑ Pa. đ Ca. & Moder. in auth. 8 sed cum testator. C. ad leg. Falcid. in quib. locis dr̃, ꝙ † per talia verba dicitur prohibita Falcidia, & probatur ex no. per Bar. & Doc. in l. serui electione. §. fi. de leg. 1. ubi habetur, ꝙ licet si legetur simpliciter fundus, videatur testator legasse solum quod habebat in fundo, si tamen leget testator totum vel integrum fundum, nõ restringitur legatum ad ius, ꝙ testator habebat in fundo, sed totus debebitur, per l. Iulianus. in prin. de leg. 3. Et similiter uerba sequentia, videlicet, & omnem ratam quomodolibet pertinentem, &c. augent promissionem factam supra immediate de dimidia, & probatur ex illo verbo quomodoli- 9 bet, per no. in l. balista. ad Treb. ꝙ † non debet restringi ad cãm fideicommissi etiam superius specificatam, quia hoc fieri non potest, salua ratione recti sermonis, sed dẽt generaliter intelligi. l. plurib. de accep. l. emptor. §. Lucius, & ibi no. glo. de pac. & no. Pet. Cyn. Ray. & Bal. in l. sub prætextu specierum. C. de trãsac. & Bal. in l. si de certa. eo. ti. & l. qui cum tutorib. ff. eo. & no. Doc. maxime Imo. in c. 1. de transac. & dicit Bal. in l. tres fratres de pac. in 4. notab. & in 2. op. & in d. l. sub prætextu. per illum tex. in 1. opp. ꝙ gñale pactum de sui natura ad omnia porrigitur

tur etiam ad incognita, nisi aduersarius fuerit in dolo, per d.l. tres fratres, & qđ sibi imputari debet generaliter transigens si non cogitauit sub generalibus uerbis omnia contineri, etiam incognita, & dicit ꝙ vr̃ de omnib. in genere cogitatum. p l. qui iure militari. de testa. mil. & facit, ꝙ no. idẽ Bal. in l. pactum do tali. C. de collatio. in 14. q. cum duab. sequenti. Et per prædicta ita ẽt tenet Alex. late in consi. 1 1.2. uol. vbi quasi in specie uidetur casum istũ decidere. Sed prędictis nõ obstantib. puto qđ in promisione & uenditione non veniat aliquid saltem ultra dimidiam dictorum bonorum. Nã filio testatoris successit, nedũ d. Pipa soror sua, sed ẽt. d. Pipa eius mater æqualiter. authẽ. defuncto. C. ad Tert. & in §. sequens. in auth. de hær. ab intest. & sic ad dictam matrẽ tanquam hæredem filij pro dimidia, pertinebat tempore promissionis factæ per d. Pipam dimidia legitimæ & Trebellianicæ. Ista igitur portio legitimæ & Trebellianicæ, quę de præsenti nõ pertinebat ad. d. Pipam, sed ad eius matrem, nõ põt cõprehendi sub illis verbis promissionis, uidelicet & omnem ratã & partẽ dictorũ bonorũ dictæ dñæ Pipæ quomodolibet pertinentẽ & spectantem, &c. quamuis postmodũ ad eandem do. Pipam succedendo matri ab intestato peruenerit dicta dimidia legitimæ, & Trebellianicæ, quia cum illa uerba, spectantem & pertinentem, sint præsentis temporis, nõ trahuntur ad acquirenda in futurum, sed ad ratam, & partẽ, quam de pręsenti, & tempore promissionis habebat dicta. d. Pipa, vt est expressum in l. si stipulatus fuerit illud aut illud §. cũ stipulamur. de ver. obl. & ibi no. oẽs, & in l. a colono. eo. ti. & in l. si ita scripsisset. de leg. 2. & pręsertim hoc locũ habet in contractib.

20 ſm Ale. in d. §. cũ stipulamur. Nec obst. illud verbum uniuersale quolibet, quia operatur solum, vt cõprehendantur omnia, quę possunt cõprehẽdi ex natura sermonis, & quoad illa tantũ operatur vniuersaliter, ſm Bar. in l. qui habebat. de leg. 3. & iõ non facit, vt ueniant futura, quia natura uerborum præsentis temporis hoc non patitur, vt in dictis iuribus, & sic dici nõ potest, ꝙ vltra dimidiam dictorum bonorum hæredes dom. Pipæ sint obligati vendere, quia vltra dimidiam temporis promissionis ipsa non habebat ius in dictis bonis. Et istud puto uerissimum, & non habere dubium. Nec obst. allegata in contrariũ quia verba generalia operantur generaliter ſm naturam uerborũ, quib. adijciuntur, & ideo si sunt pręsentis tp̃is, vt in casu nostro quoad pręsentia tm̃ gñaliter intelliguntur, & non quoad acquirenda in futurum, quia illa non includuntur sub verbis pręsentis tempore. Quinimmo dici potest, ꝙ in promissione de uendendo & in ipsa uenditione ueniat solum dimidia dimidiæ totius hr̃ditatis paternæ, & quam dimidiam dimidiæ habuit. d. Pipa ex fideicommisso paterno, & sic qđ promissio & venditio non comprehendat illam etiam partem legitimæ, & Trebel. quam ipsa habuerit ex successione, & persona fratris sui, cui successit ab intestato simul cum matre. Nam quamuis promiserit uendere dimidiam integrorum dictæ domus & horti, &c. tamen appellatione

21 † dimidiæ potest intelligi de dimidia dimidiæ, per no. per Bar. in d. l. serui electione. §. fi. de leg. j. vbi concludit, & cum eo transeunt alij, ꝙ si testator legat dimidiam partem fundi, & in illo ius habeat tantum pro dimidia dimidiæ, qđ illo casu appellatione dimidiæ partis intelligitur de dimidia dimidiæ horti & eorum, quæ ibi dicuntur, videlicet quia uidetur uoluisse legare ius, qđ habebat: & quamuis aliter distinguatur in contractib. onerosis, per no. per Doc. in l. si domus. §. fi. eo. tit. & per Doc. in c. pastoralis. de dona. cũ concor. de quib. in dictis locis, tamen in casu isto idem dicẽdũ, ꝙ in ultimis uoluntatib. ex mente contrahentium, de qua constat manifeste in casu nostro. Nã in præcedẽtib. narratur solũ de iure cõpetente. d. Pipæ pro dimidia ex fideicommisso illi relicto ex testõ paterno, & ultra hoc aliud concurrit, qđ est magis põderandum, quia ad effectum promissionis & uenditionis faciendæ, ipsa d. Pipa ante omnia hæreditatẽ & successionem agnouit dicti sui patris ꝓ dicta dimidia, & pro omni rata & portione sibi quomodolibet competente & spectante de iure, & secundum continentiam & effectum dicti testamenti & fideicõmissi, & omnium & singulorum contẽtorum, & seu disposito rũ in instrumento dicti testĩ & ultimæ uoluntatis, & oẽ ius eidẽ dñæ qũolibet competens uigore prædictorum & cuiuslibet eorum, & contentorum in eo, & eis, & eorum quomodolibet, dicens & asserens ut hæredem, & succeditricem dicti sui patris & vigore iurium prædictorum, &c. Ex quibus verbis & ex qua agnitione manifeste apparet, ꝙ intentio contrahentiũ fuit restringere manifeste promissionem de vendẽdo & ipsam uenditionem, & ad ius & ad illam partem, quam habuit. d. Pipa ex testõ paterno tm̃modo, & ꝙ tanquam successor patris fecit dictam promissionem, unde stante tali præsumpta mente, promissio de uendendo dimidiam debet intelligi de dimidia dimidiæ, in qua uerba pñt verificari ex tacita mente disponentis, per no. per Bar. in d. l. serui electione. §. fi. quia residuum. d. Pipa nõ habuit ex dicta cã sed et alia, videlicet, ex successione fratris & matris ab intestato. & tanto magis ꝓcedunt prædicta, quia tempore contractus d. Pipa nedum non habebat ius in parte peruenta ad matrem suam ex bonis fratris sui, sed nec etiam ex alia parte sibi delata ab intestato per mortem fratris, quia adhuc hæreditatem fratris tunc non adiuerat, sed illam adiuit post multos annos, & iõ in illa promissione uenit solum illa dimidia, q̃ erat quæsita tempore promissionis, id est, dimidia dimidiæ, & non acquirenda in futurum per ea, q̃ proxime dicta sunt. Nec

12 ob. si † forte dicatur ꝙ aditio hr̃ditatis fratris postea facta trahitur retro, & ad tempus mortis. l. hr̃s quandoque. de acq. hęr. quia istud est mediante fictione, quæ non habet locum in statutis, neque contractibus. l. 3. §. hæc verba. de neg. gest. & per Bar. & Doct. in d. l. hr̃s qñque. & per consequens intelligitur promissio de illa dimidia dimidiæ, quæ vere spectabat ad do. Pipam tempore promissionis. Nec etiam ob. si dicatur, ꝙ ex dicta promissione videtur d. Pipa adiuisse hæreditatem fratris, tunc delatam quia ex quo verba promissionis sunt dubia, & possunt verificari in dimidia dimidiæ, ut dixi, non inducitur aditio, per nota. plene per Bar. in l. gerit. de acq. hær. & eo magis quia. d. Pipa solum agnouit hæreditatem delatam ex testõ patris, per quod videtur, ꝙ nolit adire hæreditatem alterius, quia inclusio vnius est alterius exclusio. l. cum prætor. in prin. de iudic. quia etiam. d. Pipa longe post adiuit hæreditatem fratris, ex quo actu apparet, ꝙ prius non habuit animum adeundi. Non obs. etiam illud uerbum integrorum dictæ domus & horti, &c. quia illud verbum integrorum, isto casu stat vniuersaliter respectu omnium rerum superius nominatarum, sed non significat integralitatẽ cuiuslibet rei, est sensus, ꝙ promittit vendere dimidiam integrarum, id est omnium, &c. ita ꝙ de omnibus & singulis reb. hẽat dimidiam, non autem ꝙ hẽat integram dimidiam cuiuslibet rei sed dimidiam dimidiæ, quia appellatione dimidiæ ex tacita mẽte uenit solum dicta dimidia dimidiæ. Circa ultimum, videlicet, de promissione cessionis faciendę de dote materna est aduertẽdum, ꝙ istud pactum non est de futura successione. Nec l. fi. C. de pac. habet aliquid commune cum casu nostro, quia do. Pipa

13 † promisit cedere iura pro dote materna, postquam ad illam peruenerint, uel ad hæredes suos, istud autem pactum non est de successione uniuersali, sed est de re particulari, id est de dote & hoc pactum vr̃ esse validum, sicut si quis promitteret cedere actiones ad certam aliam rem particularem postquam ad illum peruenerint, quia ex quo promissio de cedẽdo est collata in tẽpus, in quo incipiet in futurum competere actio, perinde est ac si dicta promissio facta esset tempore, quo actio competeret. l. in tempus. in prin. de here. insti. quo casu sine dubio ualeret dicta promissio, ſm tamen distinctionem de qua in l. per diuersas. & in l. ab Anastasio. C. manda. Si ergo quæritur, utrum promissio de uendendo extendatur etiam ad illam partem istorum bonorum, quæ fuit data in solutum pro dote materna, & est sine dubio dicendum ꝙ non, quia inquantum promisit uendere dimidiam sub hac promissione non potest contineri pars data in solutum ex cã dotis, quia est extra dictam dimidia, & illã excedit. Et quia appellatione dimidiæ intelligitur de dimidia dimidiæ, ut dictum est. Nec etiam dicta portio data in solutum comprehenditur sub alijs uerbis sequentibus, videlicet, & omnem ratam & partem dictorum bonorum dictæ do. Pipæ quomodolibet spectantem & pertinentem, &c. quia (vt dixi) sub istis uerbis includitur solum pars & rata quæ competebat tempore promissionis dictæ do. Pipę & non pars acquirenda in futurũ, & post dictam promissionem fuit data in solutum dictę d. Pipę alia pars dictorum bonorum ex cã dotis matris suæ, cui successisset ab intestato. d. l. si stipulatus fuerim. §. 1. & d. l. si a colono. de uer. obl. Pręterea d. Pipa promisit cedere iura dotis maternę vnde sub ista promissione non potest contineri, ꝙ cogatur. d.

Pipa

Pipæ uendere partem istorum bonorum, quæ non erant dotalia, licet essent obligata pro dote, & ei in solutum data pro dicta dote sibi debita, quia istud est quid penitus diuersum & alienum a promissione de cedendo, & nihil hēt commune cum illo immo licuit non obstante dicta promissione de cedendo soluere dotem, vel in solutum dare dictæ Pipæ dicta bona pro dicta dote. per tex. in l. 3. C. de nou. vbi dicitur fortius, ꝙ post cessionem factam debitor soluendo creditori cedenti liberatur, exceptis tribus casibus, de quibus ibi, qui non sunt ad propositum. Si ergo post cessionem licet soluere creditori cedenti, multo magis hoc licet post pactum de cedendo & ante cessionem factam, ut in casu nostro, antequam ergo facta fuisset datio in solutum d. Pipæ potuisset contra eam agi, vt cederet. postquā aūt sequuta est datio in solutum, non potest agi, ut cedatur, quia ꝑ solutionem sublata & extincta est actio ad dotem. insti. quibus mod. tolli. obl. in prin. & quod non est, cedi non pōt. l. traditio. de acq. rer. domi. & imputandum est Ioanni, & hęredibus suis, quia non egerunt, ut sibi cederetur actio, antequam. d. Pipæ esset facta in solutum datio. d. l. 3. C. de noua. vel saltem sine dubio non potest agi, ꝙ vendatur portio data in solutum dominæ Pipæ ex cā dotis, quia hæc non continetur sub promissione de vendendo, nec sub promissione de cedendo, ut dictum est & probatum. Præterea ista promissio de cedendo actiones pro dote materna, non ualuit, quia talis promissio facta fuit sine titulo, puta emptionis vel venditionis. Nam † sicut cessio ipsa si ne titulo non valet, & præsumitur simulata. d. l. ꝑ diuersas. ita dicendum est de promissione de cedendo. d. l. oro. Nam preciū quod hoc casu uenit declarandum per duos eligendos, non refert ad cessionem, quæ est diuersa, ut dixi, & vbi etiam ꝑciū esset constitutum, pro dicta cessione, non essent obligati hr̄des. d. Pipæ uendere aliquam partem dictorum bonorum, quia illa non sunt bona dotalia, sed dos cōsistit in quantitate, & ad quātitatem agendum esset facta cessione, & soluto ꝑcio taxato, & declarato, & non ad factū, id est, vt vendant dicta bona. & istud iudicio meo nullum habet dubium. Laus Deo.

14

ADDITIO.

In hac eadem causa consuluit. Deci. consi. 502. cum sequ. ubi uide quod annot. Hier. Zanch.

SVMMARIVM.

1 *Euictione expreßè promißa. de illa agi poteſt per emptorem etiā scientem. & tunc uenit intereße, etiam lucri ceßantis.*
2 *Euictio non debetur per uenditorem emptori cohæredi, quando illa sequitur ex ordinatione defuncti.*
3 *Nec quando sequitur ex natura rei, ut quia dominus feudi vel patruus euinceret feudum filiæ fæminæ, etiam promißa euictione.*
4 *Fideicommißarius emens ab hærede rem fideicommißo subiectam, sibi non præiudicat eueniente conditione.*
5 *Stipulatio de euictione intelligetur secundum naturam actus, & sic ad precium tantum, ubi ad illud tantum agi poteſt.*
6 *Iuramentum non auget consensum, ideo non operatur, quod ueniat intereſſe in ſtipulatione, ubi aliàs non ueniret.*
7 *Sententia eſt ſtricti iuris, nec in ea uenit, niſi quatenus de neceſſitate infertur.*

CONSILIVM CXLVI.

IN facto proponitur, quod Petrus de Bartholinis de Florentia emit cum promissione de euictione ab Andrea quintam partem hæreditatis & bonorum hæreditariorum ei delatam ex testamento Cosmæ, sciens dom. Petrus eam subiacere restitutioni fideicommissi casu quo d. Andreas uenditor decederet sine filiis masculis, & qui casus euenit post dictam uenditionem unde quæritur, an dict. Petrus emptor agere posit de euictione etiam ad interesse. Et videtur prima facie dicendum quod sic. Quia quamuis † ad precium tantummodo agi posset, vbi de euictione uenditor expresse non promisisset. leg. fina. §. emptor. C. commu. de leg. ex dicta promissione de euictione agi potest, licet emptor fuerit sciens. leg. si fundum sciens. C. de euiction. & nota. in leg. si familiæ. C. famil. ercisсun. in fin. gloss. magnę, & in leg. qui Romæ. §. duo fratres. in gloss. magna. de verb. obl. & in qua uenit etiam interesse. l. controuersia. & l. cū successores. C. de euic. & l. euicta. ff. eo. & nedum dāni emergentis. l. cū quæstio. C. de euic. & no. in l. 1. eo. tit. sed et lucri cessantis, ex quo dictus Petrus erat solitus mercari. l. 3. §. fi. cum ibi no. de eo, qđ cer. loc. & ibi per omnes, & per Bar. & alios, in l. 1. C. de sent. quæ pro eo, ꝙ interest, & Cyn. in auth. ad hęc. C. de usur. in 3. q. & Imo. Pau. de Cast. Roma. & Alex. in le. diuortio. in prin. sol. mat. Nec obstare vr̄, ꝙ non fit hæreditas euicta, quæ fuit vendita, cum apud emptorem remaneat hæreditas. instit. de fideicō. hære. §. restituta. & retineri possit ꝑ emptorem Trebellianica, vt no. in d. l. fi. §. sed quia. C. commu. de leg. & in l. Marcellus. §. res quæ. ad Treb. & ꝙ vendita hæreditate non debeatur euictio, si euincantur singula corpora hæreditatis, quæ possunt vendicari. d. §. sed quia. vt est casus singularis in l. 1. ff. de euic. vbi est expressum, ꝙ vendita hæreditate etiam si promittatur de euictione agi non pōt euictis singulis corporib. hęreditatis. Quoniam ad hoc respondetur, ꝙ purificata cōditione fideicommissi ius vnuersale hæreditatis saltem pro parte transiuit in fideicōmissarium ipso iure, & ante restitutionem isto casu, quo pendente conditione fuit facta alienatio. d. §. sed quia. vt ibi no. & ēt no. in l. pen. C. ad Treb. & sic hæres, vel emptor habens causam ab hærede cū effectu desijt pro dicta parte hæres esse. l. 1. in prin. ad Treb. & per consequens quantū ad ius uniuersale sequuta est euictio, ideo venditor, vel hęres eius tenetur de euictione pro dicta parte. l. 1. ff. de euic. quia etiam ab emptore corpora hr̄ditaria fuerunt ablata, quia dictus Andreas non tantū vendidit quintam partē hæreditatis, sed etiā bonorū hr̄ditariorum, & sic in venditione ēt continētur singula corpora hr̄ditaria, vt probatur in l. proinde. uersi. eadem rōne, &c. de ædili. edict. & ex no. per Spec. in tit. de loca. §. nūc aliqua. ver. 158. in fi. vbi vult, ꝙ si quis renūciauit bonis paternis, ꝙ in tali renunciatione ueniunt etiā feuda paterna, & tamē nō veniret in renunciatione hęreditatis, quia non sunt quid hr̄ditarium, ſm Bartolū, & Doc. in l. item uidēdum. §. fi. de petitio. hereditа. † Et ex alio etiā videtur, ꝙ debeatur euictio, quia cū dictus Petrus vellet uti retentione dictorum bonorum ratione euictionis, & pro interesse sibi debito fuit facta oblatio, & depositio, & deinde fuit pronunciatum stantibus depositis, ꝙ solui deberent, tenutam esse dandam parti aduersæ. & ideo cū depositum esset factum etiam occasione euictionis allegatę ꝑ dictū Petrū, & quæ negabatur deberi per mortem, videtur iudex tacite declarasse, dictam partē de euictione teneri, & eius exceptionem vel replicationem reiecisse, quia vbi de euictione agi non potuisset, quantitas deposita prætextu illius solui non debuisset, ut probatur ex no. in l. pe. de his qui sunt sui uel alie. iur. & in l. 2. C. de ord. cog. ubi habetur, ꝙ quando id, de quo ꝓnunciatur in principali, non potest esse uerum, nisi esset falsū. ꝙ incidenter, vel in exceptione deductum est, tunc uidetur ꝓnunciatum super exceptione, & no. etiam Abb. in c. suborta. de re iudi. Nec ob. ꝙ depositum fuerit conditionale, uidelicet si & quatenus euictio debeatur, quia uerba sentētiæ stant per se, ſm ꝙ important proprie, & non per relationem ad petitionem, uel exceptionē. l. 1. & ibi not. Bar. C. si plur. una sent. & l. Paulus. la 2. de re iudi. Sed ꝑmissis non obstantib. contrarium proculdubio arbitror concludendum, & puto ꝙ dictus Petrus emptor agere non posit de euictione, nedum ad interesse, sed nec etiam ad precium, quamuis in hoc contrarium videatur ꝑsupponi in alleg. factis contra eū. Nam, vt in puncto præmittitur dictus Petrus emptor & Andreas uenditor erant hæredes ex testō Cosmæ cum quibusdam alijs, & omnes adinuicem substituti, si alter eorū decesserit sine filijs masculis, & qui Petrus sciens dictam institutionem & substitutionem emit partem hr̄ditatis, & bonorum hæreditariorum dicti Andreæ cum promissione de euictione, quia ergo sequuta est euictio mortem dicti Andreæ sine filijs decedentis, & per quā euenit casus substitutionis indistincte, & sic etiam respectu precij non debet euictio promissa, quia ubi plures sunt hæredes, qui inter se cōtrahunt, unus non tenetur alteri de euictione, quia sequitur ex ordinatiōe authoris sui defuncti, & qui ordinauit, ꝙ uno defūcto sine filijs pars sua perueniat ad alios, sicut nec tenetur de euictione sequuta sine facto ipsiusmet, cui euicta est, ſm Bar. cum quo transeunt in l. qui Romę. §. duo fratres. in 1. quæstio. de

2

de uer.obl.per l.fundum meũ.de eui.& l.si a me.ad leg.Falc. & l.antepe.de dot.præleg.& bene facit.l.si quis domum. §.1.loc. & l.spem.C.de contrahen. emp. & ad propositum magis clare idem vult Alex.in cõs.21.5.vol.vers.2.principaliter,&c.pro illa ergo etiam parte,quę ad dictũ Petrũ peruenire debebat iure fideicommissi post mortẽ Andreæ decedentis sine filijs non debetur euictio ſm pdictos,qui proprie isto casu loquuntur, sed nec pro partibus,quæ ex dicta causa peruenerunt ad alios suos cohæredes,per no.per Bar.Bal.Ang.& Sali.in l.si familiæ. C.fami.ercisc.vbi volunt, ꝙ in q.ibi formata per gl.videlicet, quando uni ex fratrib.† hæredib.obuenit ex causa diuisionis feudũ, & alteri obuenit allodium, ꝙ mortuo sine filijs masculis illo, cui obuenit feudum relicta filia fœmina,& a qua dominus feudi abstulit feudũ,illa non poterit agere de euictione contra patruum,nedum quando de euictione nõ fuit promissum, vt voluit etiam gl.sed etiam si in diuisione simpliciter promisisset de euictione,si specifice promisisset in hunc casum de euictione, quo casu saluatur,ꝙ uoluit gl.ibi,quia dicta simplex stipulatio debet intelligi ſm naturam actus, super quo interponitur stipulatio.l.si stipulatus.in prin.de usur.& l.si legati serui.de leg. 1.cum concor.sed de natura dicti actus diuisionis vel similis ẽ, ꝙ non debeatur euictio,quando procedit ex natura rei,seu ex ordinatione authoris dictorum diuidentium,vt est dictum supra,ergo ad hunc casum nõ dẽt referri stipulatio. & dicit Bal. in d.l.si familiæ.ꝙ idem tenet Guid.de Suza. & Richar. Malũ. & idem est,ſm Bal.& Sali.ibi in vlti.q.quando feudum euinceretur non a domino feudi,sed a patruo superstite,sicut contingeret,quando feudum esset paternum, & ex natura inuestituræ mortuo fratre sine liberis masculis , potest frater superstes euincere filiæ fœminæ hæredi patris sui defuncti, nec tenebit de euictione,sicut dictũ est supra,quando dominus feudi euinceret,quia dicto casu frater euincens non dicitur venire cõtra factum suum, sed dicitur euincere ex natura rei, & dicunt ista tenuisse Guido.de Suza.& idem etiam latius tenet Alex.in d.cõsi.21.pariter igitur & in casu nostro stipulatio de euictione nõ fuit commissa respectu partis ab ipsomet Petro emptore euictæ p alios suos cohæredes. Nec est facienda differentia inter diuisionem eo casu,quo loquuntur prædicti,& emptionẽ, qñ emptor fuit sciens,& contingit euictio ex natura rei,vel ex ordinatione authoris,ut in casu nostro, quia vtroq. casu militat eadem ratio.& iõ prædicti maxime Alex.loquuntur de actu diuisionis, vel alio simili. sed inter emptionẽ & diuisionem põt fieri differentia, quãdo ex natura rei,vel ex præordinatione authoris non sequitur euictio,ex alia causa,vel qñ etiam sequeretur ex præordinatione authoris,si teneremus illam opinionẽ, ꝙ euictio deberetur,quæ est falsa,ut declarat Bar.in §.duo fratres.in 21.q.per no. in d.l.si familiæ. & de quo ibi per Alex. latius super gl.& qui non est casus noster.Nec ob.præmissis tex. in l.fi.§.emptor.C.commu. de leg.quia tex. loquitur in extraneo emptore & non in cohærede, ſm Bar.in d.§. duo fratres ĩ 12.q.& ibi ẽt idem dicit Bal.tunc.n.dictus emptor agit ad precium ẽt si fuit sciens,quia non est sequuta euictio facto sui authoris,quia defunctus non erat author dicti emptoris, sed in casu nostro cõtigit euictio ex ordinatione authoris ipsius emptoris, unde perinde est, ac si ex facto suo sequuta fuisset euictio,& per consequens ex ea nõ põt agere ſm prædictos Doc. Sed cõtra præmissa vr̃ facere,ꝙ not.idem Bar. post Dyn. in d. §.duo fratres.in 12.q.vbi vult, ꝙ si emo rem ab eo a quo mihi relicta est sub conditione,tunc mihi non præiudico purificata conditione, siue sciens, siue ignorans, ut in leg. fundo. ad leg. Falci.& l.si uendideris.de euictio.& no.etiam gl.& Doc. in le. si a substituto. in princ.de leg. j. & in specie quando pendente conditione fideicommissi uniuersalis fideicommissarius emit ab hærede grauato,quæstionem format Io.And.in addi.Spec. de empt.& vend.§.3. loco.in fin.ubi arguit ad partes, & licet nihil uideatur determinare,tamen communis opi.est,ꝙ † illo casu non præiudicet sibi emptor purificata conditione fideicommissi,per no.in d.leg.si a substituto.& per Dyn. & Barto. in d.§.duo fratres.cum concord. de quibus ibi per Alexan. super glo.& sic uidetur,quod Petrus petere possit precium adueniente dicto casu, ut probatur in iuribus alleg. in dictis locis & in l.huiusmodi.§.qui seruum.de legat.j.Sed ad istud respondetur,ꝙ legatarius,vel fideicommissarius non dicit emẽdo rẽ legatam ab hærede sibi præiudicare in re, vel in parte rei legatæ, quominus consequi possit precium solutum pro re legata actione ex testamento,vel actione ex empto , ſm distinctionẽ Bar.cum quo alii transeunt communiter in d. l. huiusmodi.§. qui seruum.Et ideo in casu nostro concludendũ est, ꝙ Petrus in portione empta pro rata,pro qua erat uocatus ex fideicommisso,sibi non præiudicauerit in fideicommisso purificata cõditione,quin quartam partem precii soluti pro dicta parte cõsequi possit,sed residuum precii soluti pro aliis tribus portionibus,ad quas uocantur alii sui cohæredes , nullo modo potest agere,quia ei non debentur ex testamento,sed aliis cohæredibus,ideo quo ad illas non potest habere locum actio ex testõ, nec actio ex empto,quia cessat rõ Bar.in d.§.qui seruum . Qm̃ dici non potest,ꝙ illas uelit,vel possit retinere ex causa legati, & a seipso quodammodo euincere, quia (ut dixi) dictas tres partes ex dicta cã non potest retinere,& minus etiam põt quo ad illos agere de euictione per rõnes prædictas,de qua euictione etiam agi non potest pro rata,pro qua uocatur Petrus ex fideicommisso.d.l.si vendideris.sed actione ex empto, ut ibi, & ad precium pro illa rata tm̃,vel actione ex testamento.d.§. qui seruum.cum ibi plene no.per Bar.Et ubi etiam dici posset, ꝙ ex euictione actio competeret,quod non est concedendum,tamen solum ad precium competere posset d.l.fi.§.emptor.C.cõmu.de leg.in ver.tantummodo. quæ dictio taxatiua prolata affirmatiue, ponit solum,quod affirmat,& omne aliud negat. l. 1.cum ibi no.C.de patro. potest.& l.ob æs.C.de præd.min.& no.Bar.in l.1.in prin.ff.si quis ius dic.non obtemp.& sic ad interesse agi non potest,quod etiam locum habet, qñ interuenit in contractu promissio de euictione, sicut etiam non committitur stipulatio duplæ,ut ibi.Et per rõnem assignatam per gl. q̃ est hic,habet locum in promissione de euictione,immo illa debet minus committi ad interesse quam stipulatio duplæ , quia facilius committitur & exigitur pœna conuentionalis promissa expresse,quam interesse,quod intelligitur tacite promissum l.si insulam.de ver.obl.iuncta.l.cum stipulatus sim mihi,o Procule.eo.ti.& ibi no.gl.Bar.& alii Præterea, ex quo ad precium tantum agi p̃t,qñ de euictione non est promissum, & iure speciali.§.emptor.& per rõnem de qua ibi in glo.eod.modo non dẽt agi posse nisi ad precium, qñ interuenit stipulatio de euictione,quia † illa debet intelligi secundum naturam actus,super quo interponitur,ut in specie dñt Doc.in d.l.si familiæ.C. fami.ercisc.quod maxime procedit,quando aliàs quis in plus obligaretur,ut in casu nostro,secundum Imo.Pau. de Cast. & Ale.in l.miles.§.decem.de re iudi.& Alexand.in §.fin. ead. l. & in l.1.ff.de pac. & in leg. sciendum, & in leg. stipulationes non diuiduntur.de uerb.obli. Et casu etiam quo competeret actio ad interesse,non tamen deberetur interesse lucri cessantis a tẽpore emptionis & citra,quia quamdiu vixit Andreas , contractus venditionis ualuit d.l.fin.§.sed quia & sic Petrus non fuit creditor Andreæ pendente conditione , ideo non potuit pro dicto tempore committi obligatio ad interesse,nec stipulatio de euictione,sed tantummodo pro tempore post euictionem sequutam.leg.habere licere.de euictio. & leg. qui rem. C.eod. & per Alexan.in leg.consil.106.in princi.5. volum.Et quamuis resoluatur venditio ut ex retro. dic.§.sed quia. tamen commodum non sentit ex hoc fideicommissarius , nisi a tempore purificatæ conditionis,quia prius non cedit actio. leg. cedere diem.de uerb.signifi.& sic non potest fingi, quod emptor retro fuerit creditor uenditoris. Et quamuis per prædicta ad allegata in contrarium colligi possit responsio, nihilo minus respondetur etiam magis specialiter . Et in primis non obsta. prima ratio contraria , quia negatur, quod euictio debeatur etiam uirtute expressæ promissionis , quæ etiam non fuit commissa ad precium,quia sequuta est euictio ex ordinatione auctoris ipsorum contrahentium,& uterque fuit sciẽs, per not. per Doct.in dicta l.si familiæ.& per Barto. in dicto §. duo fratres.in 1.q.& Ale.in d.consi.21.5.vol. quamuis ẽt, vt dictum fuit , precium pro quarta parte tm̃ possit peti actione ex testamento,vel ex empto , & non ex capite promissionis de euictione,per no.per Bart.in d.§.duo fratres.22.q. & in d.leg. huiusmodi.§.si seruum.Et etiam casu quo fuisset commissa stipulatio de euictione, agi tamen solum posset ad precium , per d.§.emptor,qui ẽt locum hẽt, qñ de euictione fuit facta promissio

missio expressa,per alleg.in præced.& quia ad intereſſe non potuit committi promiſsio de euictione a tempore cōtractus,ſed ſolum a tempore, quo ſubſequuta fuit euictio,per dictam.l.habere licere.Nec obſt.iuramentum,quia recipit omnes interpretationes,quas recipit ſimplex promiſsio,ſuper qua interponit, & intelligitur ſecundum naturam actus præcedentis.l.fin.C.de non num.pec.& in l.fin.qui ſatiſd. cog. Nec † iuramentum auget conſenſum,ſecundum Bart.in l.ſi quis pro eo.in prin.de fideiuſ.in 8.membro,qui dicit,no.quòd vbi eſt defectus circa cōſenſum,ſi totaliter deficiat,vel eſt limitatus certo modo,vel certa conditione,eodem modo intelligitur iuramentū, quod ſe nō extendit,niſi uſquequo conſenſum eſt.d. l. fi. Quia ergo ꝓmiſſio de euictione iſto caſu non datur ad intereſſe ex defectu conſenſus,quia ex tacita mente contrahentium,intelligitur ſecundum naturam actus,ſuper quo interponitur ideo iuramentum non operatur,ꝙ in ea contineatur promiſsio intereſſe.Nec ob. poſtremo ſententia,quæ allegatur in contrarium, & in qua mādatur ſolui depoſitum factum etiam pro euictione,quia potuit iudex habere reſpectum ad quartam partem precii, quod poterat peti etiam ex cauſa euictionis, quando dictus Petrus ratam partis emptæ,& ad quam per fideicommiſſum fuerat uocatus, vellet retinere ex cauſa fideicommiſſi: & ſic a ſeipſo euincere. l. fundo.cum ibi no.ad leg.Falc.& per Bar.in d.§.qui ſeruum. & quo caſu,ut dixi,agi pt,non quidem ex promiſſione de euictione,ſed actione ex empto.d.l.ſi uēdideris.& traditur p Bart.in loco palleg.& ſic nō infert de neceſſitate,ꝙ dicat iudex declaraſſe de euictione agi potuiſſe,vel venditorē de euictione teneri in totū,hoc ē reſpectu totius pcii & intereſſe deducti,q̄a ſnīa† eſt ſtricti iuris,& in ea non uenit niſi quatenus de neceſſitate infertur,non habendo reſpectum ad petitionem.d.l.1.C.ſi plures vna ſen.& d.l.Paulus.la 3.de re iudi.& facit cap.in præſentia . de probationibus.& l.non hoc.C.vnde cognat.cum concord. Secundo reſpondetur & clare,nam dictum eſt ſtantibus depoſitis quæ ſolui mandamus,&c.Sententia enim habet expreſſam relationem ad depoſita,vt conſtat ex illis verbis,ſtantibus depoſitis,&c. Et quæ relatio inducit repetitionem cum omnibus ſuis qualitatibus,ſecundum Bar.in l.ſi quis ſeruum.§.fi.de legat.2. & in l.1.ſi fam.fur.fec.dica.& in l.ſanctio legum.de pœn.& eſt perinde,acſi fuiſſet dictum ſtantibus depoſitis prout ſtant.& factis ſub conditione,quæ ſolui mandamus tenutam eſſe dādam, &c. & per conſequens non dicitur iudex etiam tacite declaraſſe ſtipulationem de euictione eſſe commiſſam,ex hoc quod mandauerit ſolui depoſitum,quia intelligitur,quòd ſolutio depoſiti fieri debeat eo modo,quo ſtat,& ſic ſub conditione,ſub quafactum reperitur . Nam & pendente conditione fieri poteſt ſolutio , & ex ea etiam dominium in dubio intelligitur tranſlatum,reuocabiliter tamen,ſcilicet ſi conditio deficiat: leg. dotis. §.fi.de iure dot.& l.ſub conditione.de ſolut.& ibi p Bar. Cōcluditur ergo circa prædicta velut ex pmiſsis colligit. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Locator tenetur ad emendationem damni paſſi,etiam in fructib. iam reconditis, quando damnum eſt illatum in iniuriam locatoris,& eius odio,etiam ſi damnum ſit modicum, aliàs ſecus. & nu.7.*

2 *Damnum præſumitur datum ab inimicis locatoris,& in eius iniuriam,quando in re conducta tantum illud intulerunt,etiam ſi odium proceſſerit ſine culpa locatoris.*

3 *Bona rebellium etiam ante publicationem conceduntur occupantibus,quamuis illorum adhuc retineant dominium.*

4 *Solutio præſumitur facta coacte, quando fuit facta propter præceptum iudicis, vel ſuperioris immo ſi propter ſolum iuſſum.*

5 *Confeſſio aſſerentis ſibi fuiſſe ſolutum,probat numerationem,ēt in præiudicium creditorum.*

6 *Teſtis unicus non probat.*

8 *Rebellio non probatur ex literis principis,in quibus aſſerit aliquē eſſe rebellem,illius enim aſſertioni non ſtatur in his,quę tendūt ad ſuum commodum.*

9 *Florentinus captus & ex actus propter repreſalias conceſſas occaſiōe Titij,poteſt a Titio quod ſoluit repetere, ſi repreſaliæ fuerunt iuſtæ,immo etiam ſi iniuſtæ,ſi quicquam Titio poteſt imputari,ut puta quod non denunciauit ciuibus .*

10 *Poſſeſſio rei transfertur ex illius conductione,ſi non inueniatur alium tunc poſsidere.*

11 *Geſta a uero tutore, qui tamen ignorabat ſe eſſe tutorem, non ualent.*

12 *Scriptura notarij dicitur priuata, quando illam non ut notarius ſed ut priuatus ſcripſit.*

13 *Confeſsioni alicuius non ſtatur in prǫiudicium tertij.*

14 *Debitor pupilli per confeſsionem tutoris de recepto liberatur, & ibi de intellectu. leg. Lucius. §. tutelæ. de adminiſtratione tuto.*

15 *Conducens rem alienam ſcienter, poteſt cogi a locatore ad ſibi ſoluendum affictum ſeu penſionem.*

16 *Solutio propter præceptum ſuperioris coacta non dicitur, niſi debitor prius contradixerit, & ſoluere recuſauerit.*

17 *Metus & uiolentia ſuperioris non excuſat conductorem,niſi illā domino denunciauerit.*

CONSILIVM CXLVII.

VISIS his,quæ proponuntur,& proceſſu agitato inter magnificum comitem Nicolaum de Gambara ex vna,& d.Homerum ex altera,videtur dicendum prima facie,ꝙ dictus d.Homerus nō ſit obligatus ad penſionem anni,1512. ad quā agit do.comes ex contractu locationis præcedentis,ex pluribus.Et primo,quia prædictus cōductor eſt damnificatus & amiſit fructus illius anni quos milites Veneti ex horreis per uim abſtulerunt.l.ſi merces.§.vis maior.& l.ex conducto.§.j.ff.locati.& q̄uis Bar.in d.§.vis maior.uelit,ꝙ nō teneatur locator de dāno, ꝙ paſſus eſt conductor in fructibus iam reconditis, & Bal. in l.licet.in 3.q.C.eod.tit.&c.In caſu noſtro aliud eſſe videtur ea ratione, † quia hoc damnum eſt illatum in iniuriam locatoris & eius odio; ideo ad emendationē damni tenetur locator, quā uis fructus eſſent in horreis reconditi, quia damnum videtur ab eo illatū.l.pen.in principio,ſol.mat.& ibi notat Bar.& alij, & d.l.ſi merces.§.culpæ.cum ibi notatis per gl.& quāuis loquatur,q̄n infertur ab inimicis locatoris,quia,ut dixi,a locatore vr̄ illatū,& hoc ēt vult Bart.in d.§.culpæ. & in l.cotē.§.qui maximos. de publica. Quinimmo ēt iſto caſu locator tenetur dānū emendare,licet ſit modicum,cum (ut dixi) eius culpa & facto proceſſerit,ad ꝙ aliàs non teneretur,d.l.ſi merces.§.vis maior. Quod autem damnū ſit datum ab inimicis locatoris, & in eius iniuriam, conſtat ex eo, ꝙ alijs dicti milites Veneti fructus nō abſtulerunt,ſm̄ Bar.& Doctores,in d.l.pen.in prin.dum cōcludit,ꝙ non dicitur damnum dari occaſione alicuius particularis,quando ſic factū fuiſſet contra alium quemcunq. vt contingit in deprædationibus,quæ fiunt in ſtrata,& in captura ciuitatis,ſed tunc dicitur caſus fortuitus.Cum ergo a quibuſdam ſpecialiter fructus fuerint ablati,& non ab alijs cōmuniter,ex hoc colligitur,ꝙ illatum fuit odio prædictorum . Propterea eis & non conductori dēt nocere,etiam ſi odium proceſſerit ſine eorum culpa,ſm̄ gl.in d.§.culpæ.& Bart. in d. l.pen.& multo magis ſi culpa præceſſit, ſicut præceſſiſſe dicitur in caſu noſtro , prout conſtat ex literis ducalib.in quib.declaratur , prædictos de Gambara eſſe rebelles & inimicos dn̄ij Veneti,quib.in hoc uidetur credendum,per nota.in cle.literis.de prob.& per no.p Bar. in l.ambitioſa.de decret.ab ordi.facien.verſ.niſis & examinatis regulis,&c.per l.1.de officio præfe.præt.ex quib.etiam literis apparet,ꝙ damnum paſſus eſt conductor in iniuriam locatoris.Secundò,ꝙ non teneatur conductor ad dictam penſionem,probatur ex alio.Nam ſuperueniente exercitu Veneto ille reconduxit eadem bona ſub alia penſione a domino prouiſore Veneto,& ſic a prima conductione receſſum fuit, & hoc facere licuit, quia dictus conductor ex iuſta & noua cauſa potuit ſibi mutare cauſam poſſeſſionis uel detentionis.l.nō ſolū, §.ꝙ vulgo.de vſucapio. De iuſta autem cauſa conſtat & apparet,prout dixi, ex literis ducalib.probatur,ꝙ comites de Gambara erant rebelles. Et ideo quamuis rebellis † retineat dominium ante publicationem bonorum,occupanti tamen conceduntur.l.trāſfuga.de acq. rer. do.& declarat Bar. in extrauag. qui ſint rebelles.in ver.rebellando.unde licuit dominio Venetorum,uel dicto prouiſori eius nomine dicta bona occupare, & d. Homero locare. Tertio ex alio videtur, ꝙ dictus conductor ſit abſoluendus, quoniam præcedentibus præceptis pœnalibus

4 nalib us dicti prouisoris eidem soluit pensionem † dicti anni, q̃ solutio propter dicta præcepta præsumitur coacta, & ex qua solutione coacta cõductor remanet liberatus a locatore, in cuius iniuriam fuit dictus conductor exactus.l.1.in prin.de solu. & per Bal.in l.si te.C.de iure deliberan. immo solus iussus iudicis vel superioris probat solutionem fuisse coactam.l.liber hõ. in prin.& ibi notat Dyn. & Imo.de hær.institué.De solutione 5 uero satis constat † ex confessione dicti prouisoris, quæ ꝓbat numerationem.l.Publia.§.1.ff.deposi.etiam in præiudiciu creditoris seu locatoris, vt probatur ex notatis per Barto. in l.assiduis.C.qui potio.in pig.habean.vbi vult, ꝙ uxori agenti hypothecaria sufficiat ad excludendum alios creditores ostendere confessionem mariti de dote recepta, & pro hoc facit, qđ voluit Bar.in consi.inci.Titius promisit Sempronio,&c.dum cõcludit, ꝙ si cõfessione creditoris constat recepisse a fideiussore, qđ talis confessio nocet debitori ad effectum, vt fideiussor possit ab illo exigere, ꝙ probatur ex dicta confessione ab illo solutum fuisse, & cum eo transit etiam Pa. de Cast.& mod.in l. duob.§.j.de iureiur.& Alex.in consi.25.incipiente, Viso instrumento,&c.2.vol. & alij idem tenẽt in varijs locis ꝑ prædictos allegat.& sic uolunt, ꝙ talis cõfessio noceat tertio ad acquirendum cõ tra eũ, multo igitur magis dẽt illi nocere quantum ad liberationẽ ab eo cõsequendam, de qua agitur in casu nostro, vt vr̃ esse casus in l.Lucius.§.tutelæ.de admi.tut.quæ ad hoc alleg.Fulg.& Alex.in d.l.duob.§.fi.Sed præmissis non ob.cõtrarium arbitror verius.Nã de locatione facta d.Homero per co. Nicolaum, & de promissione mercedis constat ex publico instrumento ex quo fundatur eius intentio.l.cũ precib.C.de ꝓba.Sola igitur vis stat rñdendo ad allegata in cõtrariũ.Nõ ob. igitur ꝙ cõductor amiserit fructus illius anni ex uiolentia militum Venetorũ, quia nõ probatur, ꝙ impeditus fuerit dictos fructus colligere immo testes quasi omnes utriusq. partis contrarium deponunt, & dicunt, ꝙ conductor fructus collegit, & 6 absq. vllo impedimento percepit. Et quamuis primus † testis partis contrarię uideatur aliter in hoc dicere, tamẽ nõ probat, quia est solus; l.vbi numerus.de testib.& c.in omni.eo.ti.& tãto minus cũ ex multis testib.probetur contrarium, quib.est stãdũ quia sunt plures numero, ut notatur in l.ob carmen.§.fi.de testib.& in c.in nostra.eo.ti.ac ẽt quia testis ille non est ĩteger nec idoneus, quia factor est d. Homeri, & sic tanquã domesticus vel familiaris repellitur.l.2.cũ ibi no. ꝑ Bal. C. de testib.& per Spe.eo.ti.§.1. ver. item ꝙ est domesticus. & in c.in literis. eo.tit.& ibi plene omnes.Et eadẽ rõne non est probatum, qđ fructus fuerint ablati, postquam in horreis erant reconditi, q̃a iste solus hoc testificatur, cui nõ creditur, & alij de hoc nihil dicunt.Est uerum, ꝙ aliqui deponunt, ꝙ fructus co.Io.Francisci per vim fuerunt ablati & exportati, sed ꝙ fructus percepti ꝑ d. Homerũ ex possessionib.co.Nicolai ab eo cõductis fuerint ab illo ꝑ vim ablati, nõ dñt, sed ꝯtrariũ potius deponũt testes locatoris.Et ubi ẽt testes ꝓbarẽt, fructus in horreis reeõditos a dictis militib. ꝑ vim subtractos fuisse, adhuc tñ non esset remissio mercedis facienda in totum uel pro parte, ſm Bar.in d.§.vis maior.& Bal.in d.l.licet.& hoc secundum Bar.quia postquam 7 fructus † sunt recollecti, contractus locationis est perfectus, hoc est ex parte locatoris impletus, qui tenetur pr̄stare patientiam, & vt frui liceat.l.si quis domum.& l.ex conducto.in prin. & §.j. in fi.ff.loc. Cum igitur locator adimpleuerit ex cõtractu amplius non tenetur, ideo damnum postea contingẽs spectat ad conductorẽ.l.damnũ.C.loca. Nec ob.dum dr̃, ꝙ hoc damnum illatum est culpa locatoris, & ab eius inimicis, & sic, qđ pertinet ad locatorem, quamuis fructus etiam essent collecti per l.pen.in prin.solu.matr.& arg.d.l. si merces.§. culpæ. quia non constat in processu, ꝙ isti nobiles de Gambara essent in 8 aliqua culpa, & quòd fuerint rebelles, quoniam ex dictis literis rebellio non probatur, ut colligitur ex not. per And.de Iser.in c.fi.quo tempore mil.dicẽtem, ꝙ cautus debet esse possessor ad quam peruenit de nouo feudum alterius vasalli, qui delictũ uel aliquam culpam commisit, ut debeat saluas tenere probationes, & documenta, ex quibus de culpa, uel delicto uasalli posset apparere, quia non staretur dicto domini, uel regis, aut principis, etiam si hoc testificaretur in facto proprio, ꝑ ea, quę habentur in l.omnib.C.de testib.idem ergo in casu nr̃o, q̃a ex rebellione, de qua in dictis literis fit mentio bona, venirent publicanda.l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiestatis, & per Bart. in d.uer.rebellando.& sic dicta asseueratio cederet ad utilitatẽ dominii Venetorum.& cum opinione And.in d.c.fi.transeunt alii Moder.& Ale.in consi.124.omissis.Nec obstat, quod no. in d.clem.1.de probationibus & per Bar.in d.l.ambitiosa, quia illud, quod hr̃ in dictis locis, locum non hẽt, q̃n assertio principis tenderet ad proprium eius commodum, ut colligitur ex dictis Doctorum in locis proxime allegatis, sicut ad commodum dominorum Venetorum directo tendit illa enũciatio de rebellione, quia sic asseritur ad effectum, & finem, ut bona dictorum nobiliũ per eos occuparentur, sicuti ex ipsis literis clare colligitur, & istud etiam uult do.Abb.in d.clem.1.in fin.ubi dicit se putare, ꝙ si Papa vellet per sua verba narratiua, quem suo iure priuare, ꝙ non posset, per c.vnicum, de feud.sine cul. non amit.Et per hoc etiam facit, quia assertioni Papæ creditur solum de his, quę ab eo gesta sunt, vel coram eo, & etiam de gestis alibi, si modo materia sit alteri præiudicialis, secus autem ubi esset ualde præiudicialis, ſm Cald.& Ant. de But.in c.postcessionem, de probatio.& Aret.in c.cum a nobis.de testibus. Non ob.etiam insuper, ꝙ locator teneatur de damno dato ab eius inimico, quamuis inimicitia sit contracta sine eius culpa, ꝑ no.in d.§.culpæ.per glo.& per Bar.in d.l. pe.in princ. sol.mat. Quia hoc procedere posset, q̃n damnum fuisset in fructib.pendentibus sed est secus, quando conductor damnum patitur in fructibus iam perceptis, ut in casu nostro.& est rõ diuersitatis quia primo casu locator tenetur præstare patientiam successiue, donec fructus colligantur, ut declarat Bart.in l.si quis domum.loca.Si igitur interim & fructibus pendentib.ab inimico locatoris damnum detur, non dr̃ præstitisse patientiam, siue inimicitia contracta sit culpa locatoris, siue sine eius culpa, q̃a habeat inimicitia, cautius debuit custodire, ꝙ si non fecit, per eum factum dr̃ quominus conductori frui liceat, sed alio casu quando fructus sunt iam percepti, contractus est perfectus & adimpletus ex parte locatoris, & respectu dictorum fructuum amplius non tenetur ex contractu, perinde ac si non percepisset, ſm Bar.in d.§.culpæ. iõ de damno dato in illis fructib.non tenetur locator, sicut non teneretur, si in qualibet alia re conductoris, super qua aliquis contractus non præcessisset, ab eodem inimico damnum illarum fuisset, quia fructus pecepti sũt cõductoris. l.si seruus.§.locaui.de fur.& ibi no.Bal.in d.l.licet & Io. Andr.in addi.Spec.in tit.de loc.in princ.ver.sed pone locaui, &c.& istud in terminis etiam firmat Alexan.in l.2.§.item 9 si in facto, de verb.obl. Nam Bart.ibi post Iac.de Aret.vult † ꝙ Florentinus captus & exactus propter repræsalias cõcessas occasione Titii debitoris, possit a Titio repetere id, quod soluit, ꝙ est verum secundum Bal.& Pau.de Cast.ibi, & Ang.in §.præceden.in ead.le. & Bald. in l.nam & Seruius.de neg.gest.si repræsaliæ fuerunt iuste concessæ, aliàs secus, per l.si per imprudentiam.de euictio. quod ultimum intelligit Imol.ibi & in d. leg.pen.in princ.sol.matr. esse verum, si Titio, cuius occasione repræsaliæ iniuste fuerunt concessæ, nihil potest imputari, ut quia denunciauit aliis conciuibus, ut cauerent a dictis repræsaliis concessis, vel quia curauit, quantum potuit, ne concederentur, sed ubi non denunciasset, nec curasset, & sic negligens fuisset, tunc teneretur Titius secundum eum, quamuis repræsaliæ fuissent iniustæ, per not.in d.leg.si merces.§.culpæ. Sed Alexand.in dict.§.item si in facto.in hoc tenet contra Imol. & Roma.quia secundum eum nota.in dicto.§.culpæ.habent locum, quando præcessit contractus locationis, ex cuius natura tenebatur quis custodire.leg.si ut certo.§. nunc uidendum.ff.commod.Sed in q̃one, de qua ibi inter illum Titium, cuius occasione represaliæ iniuste fuerãt indictæ, & alios suos cõciues, non præcesserat aliquis contractus, per quem teneretur denunciare, uel aliquam diligentiam præstare.ideo nõ tenetur alteri exactio propter repræsalias iniuste concessas. Sic igitur & in casu nostro non tenetur locator de damno dato in fructibus iam perceptis etiam ab eius inimico, si nõ apparet, ꝙ eius culpa inimicitia sit orta, quia in fructibus illis perceptis contractus est finitus, & eius occasione locator amplius non tenetur aliquod præstare, perinde ac si aliquis cõtractus nõ p̃cessisset. Et ex præmissis satis colligit r̃nsio ad illud, quod secundo loco principaliter allegatur in contrarium, videlicet, ꝙ cõductori superueniẽte iusta causa licuit sibi mutare causam possessionis,

nis,& reconducere a prouisore Veneto,qui potuit occupare, & locare bona rebellium.l.non solum. §. quod vulgo. Et ideo ex hac secunda conductione etiam si pensio fuerit soluta, primus locator non fuit priuatus sua possessione,ut est casus in l. 10 quamuis.§.1.de acq.poss.& ibi notant omnes.Nam † ex conductione transfertur demum possessio.l.quędam,de rei uend. & l.3.C.de acq.poss.si alius non inuenitur possidere,secus si alius possideat.d.§.1.& ibi per Bar. & alios,in l. qui uniuersas.§. quod per colonum. eo.ti. & sic patientia est præstita a primo locatore.Et dato ẽt,ꝙ ex dictis literis probaretur rebellio, ad huc tamen sine iusta cã facta fuisset secunda conductio, quia de illis.d.Homerus notitiam non habuit tempore quo a prouisore conduxit,quia adhuc in rerum natura non erant, nec ad eius notitiam puenerant.& ideo ad illas non habuit respectũ, nec ex illis potest excusari,arg.l.quæro.de eo,qui pro tut. ubi 11 † hr̃,ꝙ non ualent gesta ab eo,qui uere est tutor,si ignorat se tutorem esse.Et sic non sufficit,ut quis uere sit contumax, sed etiam est necesse constare de contumacia,ad hoc,ut processus factus contra contumacẽ valeat.l.sed & hæ.§.1. ex quib.causis in possessio.eatur.& nota Inn.in c.cum contingat.de off.dele. Nec similiter sufficit,ꝙ quis sit vere iudex,si ignorat fundamẽtum suæ iurisdictionis,ꝯm Bar.in l.multum.de condi.& dem. cum cõcordant.Non ob.dum tertio dr̃, ꝙ dominus Homerus per solutionem coactam fuit liberatus,per notat. per Bar.in l. creditor.de solutionib.in prin.Et primo,quia de aliqua solutione non reperitur aliqua sufficiens probatio.Nec obstat allega 12 ta confessio domini prouisoris,quia ad eius † probationẽ producitur scriptura priuata,non quidem eius manu scripta, sed sui cancellarii, quę fidem non facit, quamuis in ea sint descripti testes.l.instrumẽta.de probationib.Nec refert, ꝙ ille sit notarius,quia eam scripsit ut priuatus,non autem ut notarius,qđ patet,quia in ea non proponitur nomen principis, nec aliæ solennitates, ideo remanet scriptura priuata.l.scripturas.cũ glo. C.qui potiores in pignor.habean.Et etiam quia non fuit rogatus a partib.prout rogari debet.§.nos aũt.in auth.de tabellio. nec in dubio præsumitur rogatus Inn.& Doc. communiter in c.1.de fide instru.& Bar.& alios,in l.sciendum.de ver.ob.Et dato etiam ꝙ de dicta confessione facta fuisset probatio plena, nihilo minus per illam non probaretur solutio in præiudiciũ 13 comitis Nicolai,quia † confessioni vnius non statur in præiudicium tertii.l.Seia mancipia.in prin.ff.ad Vellei.quam ad hoc pro casu allegat Spec.in tit.de instru.edit.§. postremo.ver.sed nunquid,&c.& in auth.de æquali.dot.§.primum quidem.Et in terminis nostris proprie hoc etiam firmat Pau.de Cast.in cõs. 290.incipien.Visis his, quæ superius,&c.col.pen.cum seq.vbi allegat etiam ad hoc.l.si quis in graui.§.j.cum ibi not.per Bart. ad Sylla.& no.per Cy.in l.vbi adhuc.in 12.q.C.de iure dot. & per gl.in d.l.assiduis.C.qui potio.in pig.hab. per quæ concludit,ꝙ non liberatur debitor a creditore per confessionem principis, dicentis sibi fuisse solutum,nisi constet de confiscatione bonorum vel de solutione coacta,per notata per Barto.in d.l. creditor.& pro hoc ẽt facit,quod not. Doctores communiter in l.3.§.fi.si cer.pet.Nec obstat, ꝙ si confiteatur creditor solutum a fideiussore,quod talis confessio probet contra debitorẽ in fauorem fideiussoris,secũdum Doctores in d.l.duob.§.1. de iureiurando.quia secundum Pau.de Cast.& Ale.ex tali confessione liberatur debitor a creditore,ideo conuenit,ut etiam possit exigi a fideiussore,quę ratio cessat in casu nostro. Non ob. 14 etiam,ꝙ † saltem debeat talis confessio probare ad inducendum liberationem.l.Lucius,§.tutelæ.de admi.tut. quia secundum Alex.in l.2.§.fin.si cer.pet.per illum tex.loquitur in tutore confitente,qui habet liberam administrationem,qui repræsentat personam pupilli. l. inter bonorum. de adminiſt.tut.& ibi not.Barto. & not.gloss.in leg.mandato generali.de admin. tut.Præterea secundum Bart. in d. §. tutelæ. non loquitur ille text.de scriptura tutoris continente confessionem de recepto, quia illa non nocet pupillo leg.certum. §. sed an ipsos. de confess. sed loquitur de scriptura continente numerationem,quamuis gloss. ibi aliter intelligat. & cum Barto.transit etiam Alexand. in dict.§. fin. Item in casu illo quamuis confessio prodesset debitori,tamen pupillo est consultum contra tutorem a quo potest exigere & repetere debitum. ut ibi dicitur, quæ ratio cessat in casu nostro, & dato etiam ꝙ solutio probaretur.

d. tamen Homerus propter hoc non esset liberatus, quia ipse uoluntarie conduxit hæc bona a do.prouisore,nec constat, ꝙ ad hoc fuerit coactus: quamuis igitur postmodum fuerit coactus soluere,non tamẽ fuit cõpulsus uirtute locationis factæ a comite Nicolao,sed occasione locationis factæ a dicto prouisore,ut colligitur ex qualitate precij soluti,de quo fuit conuentum in ultima locatione, & non in prima. Et quia in dubio sic dẽt præsumi,arg.l.& magis.de solutio.& a quo domino prouisore iure permittente cogi potuit, ex quo ab illo scienter rem 15 alienam conduxit,& soluere promisit,arg.l.si fundum sciẽs.C. de euictionib.Quia ergo in hac necessitate se posuit,illi nõ succurritur,l.si fideiussor.§.si necessaria.qui satisdare cogan.cum concordantib.de quib.ibi in gl. Nec isto casu loquitur a superiore soluere id,qđ debebat creditori,& ex causa,qua illi tenebatur.Sed,ut dixi,in casu nostro nõ soluit, ꝙ debebat creditori,sed aliud,& quantitatẽ diuersam debitã & promissam.d.prouisori uoluntarie & ex noua locatione,iõ per hanc solutionem tollitur obligatio orta ex vltima obligatione, quia ad hoc tendit,& ad nõ tollendũ primã, quia hæc summa soluta ex prima non erat debita,sed ex vltima tm̃.Et ẽt una numeratio regulariter non tollit plures obligationes.l. in numerationibus.de sol. Quinimmo ẽt si d.Homerus tanquam debitor comiti Nicolao soluisset,adhuc non fuisset a creditore liberatus,quia talis solutio nõ diceretur coacta,sed spõtanea,quæ nõ liberat.l. si hominem.§. si nullo. de solutio. & l.si vrbana.de conditione indeb. 16 Nam ad hoc † vt solutio propter præceptũ superioris dicatur coacta,necesse est,ꝙ debitor contradicat & soluere recuset, & ꝙ hoc nõ obstante superior præcipiat & mandet, & hoc casu debet intelligi,& procedit ꝙ no.Bar.in d.l.creditor.sed vbi debitor ad præceptũ iudicis soluit absq. vlla contradõne, dicitur tunc solutio spõtanea,& iõ nõ liberat,prout in terminis notanter declarat Pau.de Ca.in d.cõs.290.in vlt.col. ꝑ tex. cũ ibi no. ubi habetur, ꝙ debitor, qui soluit minori de mandato & ex ꝑcepto iudicis liberatur, si debitor ille allegabat minorem ætatem,vt euitaret solõnẽ,& idẽ no.Bar. in l.minor.25.annis adito.eo.ti.alle.etiam Pau.de Cast.tex.in l.2.in fi.prin.ibi,cum re 17 stitisset,&c.de iud.Alia etiam † rõne puto,ꝙ iste colonus, vel conductor nõ sit liberatus,etiam si coactus a domino prouisore conduxisset,& coactus uel ex prima uel ex secunda locatione, & hoc quia debuit omnino denũciare præceptũ sibi factũ & violẽtiam sibi illatam,& aliàs nõ excusat illum metus & violentia.l.itẽ quæritur.§. exercitu.ff.loc.Nam etiã isto casu facta tali denunciatione domino,ille potuisset cõparere & se defendere,& sic militat ratio, de qua in d. §. exercitu. Nam colonus dicitur esse procurator domini ad denunciandum, ꝯm Bart.& Doc.in l.in prouinciali.§.pe.de ope.no.nũ. qui ad hoc allegat. d.§.exercitu.& sic no. per Bar. in l.creditor.locum non hñt in colono,sed in alio debitore, qui non tenetur domino denunciare.Nec dici potest, ꝙ isto casu denunciare nõ tenebatur qa dominus erat absens.d.§.exercitu.& no.Pau.de Cast. & Ro.in l.si filius.de dam.infec.& Ale.in d.§.pe. quia absentia in proces 18 su nõ est probata,& in dubio pręsumitur † quis præsens in loco unde est,uel ubi habitat,ꝯm Bar.no.in l.is põt.de acq. hær. post med.Ex quib.videtur concludendũ,ꝙ d.Homerus ad dictam pensionem sit condemnandus. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta creditor domini directi non cadit ab emphyteusi,si pensionem non soluat,quia isto casu, in quo agitur de pœna cõmittenda,compensatio inducitur ipso iure.*

2 *Fideiussor conuentus compensat de eo,quod sibi debetur.*

3 *Cessionario agente obijci potest compensatio de eo, quod ille dẽt ex persona sua.*

4 *Locatio ad longum tempus facta irrequisito domino, non nocet emphyteutæ,quando conductor promisit rem, quantum est pro utili dominio & melioramentis francare & liberare.*

5 *Possessio transfertur per constitutum,etiam si constituens possideat solum naturaliter.*

6 *De natura locationis ad longum tempus est,ut transferatur possessio & utile dominium.*

7 *Res propria emi non põt quando est propria irreuocabiliter uel reuocabiliter,& reuocatio pendet ab ementis libera uolũtate.*

8 *Loca-*

8 *Locare ad longum tempus cum pacto, quod non transferatur dominium vel quod transferatur possessio cum pacto francandi, differunt, quia primo casu nullo modo potest esse translatum dominium, secundo sic reuocabiliter.*

9 *Dominium ex traditione vera vel ficta transfertur, etiam si spe solum & non de præsenti subest causa.*

10 *Licentia locandi emphyteutæ concessa, intelligitur ad modicum tempus.*

11 *Prohibita alienatione, dicitur etiam prohibita locatio ad lõgum tempus.*

12 *Res propria conduci non potest a domino & possessore pleno iure, sed a domino directo tantum sic, propterea non ualet locatio ad longum tempus eo irrequisito.*

13 *Emphyteusis ecclesiastica potest dari in dotem, & donari domino irrequisito ratio ibi ponitur.*

CONSILIVM CXLVIII.

CASVS iste prima facie vr̃ multum dubius. Nunquid illi de Veraria a iurib. suis ciciderint, quia canonem debito tempore non soluerint, iuxta c. potuit. de loca. non vr̃ rõnabiliter dici posse, qm̃ compensatio illos vr̃ excusare. cum in maiori 1 † summa reperiuntur creditores reuerendissimi domini Cardinalis, & quæ isto casu, in quo agitur de pœna committenda, in ducitur ipso iure, ẜm Imo. in c. bona fides. de deposi. & Ang. in l. semel mora, sol. matr. per notata per glo. & Bald. in si constat. C. de compe. & quamuis dictus reuerendissimus do. sit creditor uelut primicerius, & debitor tanquam priuatus, non tamẽ debet impediri compensatio, sicut si quis esset creditor tanquã hæres alterius, & tanquam hæres ac repræsentans defunctum ageret, ut in auth. de iureiur. a moriente præstito. posset ei obijci compensatio de eo, quod ab illo deberetur ex propria persona & non ex persona defuncti, & hoc nullus negaret, sicut fide- 2 iussor † conuentus compensat de eo quod sibi debetur. l. si q̃d de compen. & tamen in eo ad qđ conuenitur, tanquam fideiussor repsentat alium. s. debitorem. l. si plures. §. 1. cum ibi notatis per gl. C. de fideiuss. & in l. mulier. & ibi per Bal. C. de iure do- 3 tium. & † quemadmodum si quis tãquã cessionarius, & repræsentans cedentem agat, pt̃ ei obijci compensatio de eo, qđ ille debet ex persona propria. l. in rem. in prin. eo. ti. & hoc, quia licet agens sit creditor & debitor sub diuersa qualitate, debitum tamen dr̃ proprium tam agentis, quam excipientis, ex quo exigitur ad proprium cuiuslibet commodum. l. 1. §. in propria. ff. qñ appell. sit. habito ergo respectu ad finem & ad effectum, qui dẽt attendi. l. 1. §. fi. quod quisq; iuris. vnus & idem seu quilibet reperitur creditor alterius & debitor, iõ dictis casib. hẽt locum compensatio de eo quod actor debet alteri, & non ipsi excipiẽti, quia cum ad alium commodum pertineat, debitum non est proprium excipientis, sed alienum. l. eius qđ. C. de cõpensationibus & idem si contra agentem noĩe alieno, & ad alienum cõmodum cõpensatio objiciatur de eo, ad quod ex propria persona tenetur actor aduersario, quo casu loquitur Cy. Bal. & Sali. in d. l. eius quod. & probatur in l. pe. de cõpensa. ꝙ non est in casu nostro, quia ad compensationẽ debitã non cõpetebat actio reuerendissimo do. Cardinali pro alio; sed ad proprium cõmodum. iõ quantum ad compensationis effectum considerat̃ tanquam priuatus & non tanquam primicerius. De delegatione etiam debitoris, vel de datione in solutum facta per reuerendissimum dominum prædictis de Veraria, non videtur facta fides legitimè, ideo de hoc non videtur curandum. Non videtur 4 † etiam, ꝙ per locationem ad longum tempus factam irrequisito domino ceciderint prædicti a iure suo ea ratione p̃sertim, quæ allegatur pro eorum parte, quia. s. non est isto casu translatum in cõductorem vtile dominium, ex quo promisit per pactum rem concessam affrancare & liberare quantum est pro vtili dominio, & melioramentis, ex quo pacto apparet, ꝙ apud locatorem remansit vtile dominiũ, quia amplius affrancari nõ posset, nec emi, si in eum ex locatione translatum fuisset. l. suæ rei, de contrah. emptio. & ita etiam in terminis concedit & vult Alex. consi. 103. aliàs. 115. incip. In causa & lite vertente, &c. 3. vol. & ideo talis locatio fieri potuit etiam irrequisito domino, secundum Bal. & Imo. in l. codicillis. §. instituto. de leg. 2. qui saluant glo. ibi isto casu, & Bal. Imo. & Alex. in l. si domus. §. fi. de leg. 1. cũ concor. de quib. ibi. Et quãuis Alex. in d. consi. dicat, ꝙ talis reseruatio dñij, de qua constat ex dicto pacto de affrãcando, non prosit tanquã sit facta in fraudẽ, per no. per Bal. in c. 1. in prin. de prohib. feu. aliena. per Fed. tñ ista rñsio non est vera, & cõtrariũ tenet ipsemet Alex. in d. l. si domus. §. fi. Nec Io. Fab. in §. adeo. insti. loc. loqui videtur, qñ apparet, ꝙ emphyteuta reseruauit sibi dñium vtile, sed loquitur in dubio, quo casu fatendũ est, ꝙ cõstituendo aliũ emphyteutã, vel locando ad longum tẽpus transtulerit vtile dñium, adeo ꝙ aliquod ius apud eũ remansit, ẜm gl. cõiter approbatam, in l. fi. de iure emphy. & Bar. in l. ex asse. ad Treb. & in l. si quis vi §. differentia. de acq. poss. & licet ibi Io. Fab. ĩ hoc aliter sentiat, malè loquitur, quoniam (vt dixi) in dictis locis cõiter concluditur, ꝙ aliquod ius dicto casu apud eum non remanet, & ideo si in casu nostro esset translatum in conductorem, non remansisset apud emphyteutam, nec ab illo potuisset affrancari dominium vtile, præterea videtur, ꝙ emphyteuta possit locare ad longum tempus, etiam si vtile dominiũ non reseruet, dummodo locatio non sit perpetua secundũ Imo. in c. potuit. de loc. col. 9. ver. itẽ quæri põt, an emphyt. possit locare, &c. & hoc ẽt vult Pau. de Cast. & Alex. in l. vsum fructũ. in §. so. ma. dicentes, ꝙ l. fi. C. de iure emph. loquitur in alienatione perpetua, non aũt in tp̃ali, & per hoc infertur, ꝙ emph. põt in dotẽ dari irrequisito dño, & alleg. Spe. in ti. de lo. §. nunc aliqua, ver. 109. Sed tñ p̃missis non obstantib. contra- 6 riũ puto verius. Et est primo aduertendum † ꝙ in contractu locationis vsq; ad annos vndecim est appositum constitutũ, ꝑ qđ transfertur possessio. l. qđ meo. in prin. de acq. pos. ꝙ est verũ, ẽt si constituens possideat solum naturaliter, sicut emphy- 7 teuta, ẜm Bar. & Doc. in l. interdum. §. fi. eo. tit. & est ẽt † de natura locationis ad longum tp̃s, ꝙ possessio transferatur, vt no. in l. si quis ante. de acq. pos. & in l. si ut certo. §. si duob. uehiculũ, cõmoda. Quia ergo translata fuit possessio in conductorẽ, dico ꝙ ẽt in cũ fuit translatũ utile dñium, qđ ea ex tali locatione solet transferri. l. 1. & 2. ff. si ager vect. vel emph. pet. & in dubio agi vr̃ transferatur, ẜm Imo. in c. ad audientiam. de reb. ecc. non alie. per d. l. 1. & 2. Non fuit tñ isto casu dictum utile dñiũ translatum irreuocabiliter, sed reuocabiliter, quia post vndecim annos si non p̃cessisset affrancatio & approbatio, auferri & reuocari potuisset per locatorem, tanquam res incepisset esse sine cã apud conductorem. l. 1. in fi. de condi. sine cã. Et ideo quia apud emptorẽ dictũ dñiũ vtile erat reuocabiliter, vt dixi, valuit pactũ de affrancando & de emendo quantum est respectu vtilis dñij, quia † licet res propria emi non possit. d. le. suæ rei. de contrah. emp. illud tñ procedit, qñ est ementis irreuocabiliter, sicut etiam res mea reuocabiliter põt esse mihi pignorata. l. in bello. §. si quis seruum. de capti. leg. debitor. in prin. ad Treb. & l. ex sextante. §. Latinus. de excep. rei iud. quamuis secus sit, si mea sit irreuocabiliter. l. neq; pignus. de reg. iur. & facit, quod notat Bar. ĩ l. 1. in fine. de le. 1. vbi in simili talem facit differentiam, & ita in terminis tenet Alex. in leg. qui Romæ. §. duo fratres. de uer. ob. col. 28. in fi. cum seq. ver. item inquantũ Bal. & c. vbi per prædicta concludit, ꝙ dñs põt rem suam reuocabiliter emere, nisi cum reuocatio penderet, sicut qñ acquisiuit dñiũ ex legato, a sua libera uoluntate, ex quo fit ipso iure dominus reuocabiliter ante acceptionem, quia tunc si rẽ emat non ualeret emptio, nisi legato renunciaret exprefsè vel tacite secundum gl. in l. hmõi. §. si seruum. de leg. 1. per d. l. suæ rei. & Bal. & Imo. in l. si a substitulo. eo. ti. & Bald. Imo. & Raph. in d. §. duo fratres. vnde secundum prædictos in dubio emendo uidetur legato renunciare, & ualet emptio: sed ubi non pendet reuocatio a potestate ementis, sicut contingit in casu nostro, in quo non potest a cõductione, per quam est factus dominus discedere. l. sicut. C. de act. & obl. cum vulg. tunc ualere potest 8 emptio rei propriæ, ẜm Alex. per superius allega. Aliud † est ergo locare ad longum tp̃s cum pacto, ꝙ non transferatur dominiũ in conductorem, & tunc dici põt, ꝙ non priuetur emphyteuta per allegata in contrarium, quia isto casu dici non p̃t esse translatum dominium irreuocabiliter uel reuocabiliter. Et est aliud ad dictum tempus locare & possessionem transferre cum pacto affrancãdi, quia ex tali pacto non sequitur, quin potuerit dominium utile transferri, quod solet acquiri ex tali contractu, quia pactum prædictum de affrancando põt hr̃e locum, q̃uis dictũ dominiũ sit trãslatũ, quia non est acquisitum irreuo-

irreuocabiliter,sed reuocabiliter,vt est dictum.Ex alio ẽt dici tur,ꝙ isto casu vtile dñium fuit translatum.Nam(ut dixi) fuit translata possessio in uẽditorem rõne cõstituti. Quamuis igit̃ dñium non sit translatum ex contractu locationis,nihilo minus translatum fuit ꝑ pactum de affrancando,quod est idem

9 ꝙ pactũ de emendo. Nã † licet promissio de uendendo non di cat cã habilis de p̃senti ad translationẽ dñii,dicit̃ tñ in spe,q̃a sperat̃ uenditio uirtute promissionis,vnde qñ ei non subest cã de præsenti,nec in spe, ex sola traditione uera vel ficta nõ trãs feratur dñium.l.nunquam nuda.de acq.rer.dom.tñ qñ subest cã solũ in spe,& non de præsenti,trãsfertur dñium ex traditione facta ob cãm separatam,ſm Bal.in l.contractus. C. de fide inst. & ita per istã rõnem hoc in terminis pulchrè firmat Soc. in d.l.si ante nuptias.in fin.sol.ma. vbi concludit,ꝙ si præcedat pactũ de vendendo, & ante venditionẽ sequatur traditio, ꝙ dñium transfertur. Et quãuis ibi formetur qõ, qñ solutũ fuit preciũ,tñ hoc solum consideratur quantum ad effectum acq sitionis fructuũ, sed quo ad simplicem dñij translationẽ locũ habet dicta rõ,ẽt si non interuenit p̃cij solutio. Quamuis ergo dñiũ sit translatũ,pñt tamen affrancari & emi ratione p̃missa, quia dr̃ translatum reuocabiliter.s.si non sequatur affrancatio & emptio.l.dotis fructus.§.fi.cum.l.seq.de iur.dot.& l. sub cõ ditione.de sol.& per hoc patet, ꝙ ex pacto de affrancando nõ potest argui,ꝙ vtile dominiũ non sit translatum. Quia igitur talis translatio est alienatio.l.alienatum.de verb. signi. cecidit emphyteuta a iure suo.l.fi.C.de iure emph.Nec excusatur ꝑ licentiam locandi, quam habuit a domino, quia dicta licentia

10 est de locando ad modicũ tp̃s,quæ in substantia differt† a locatione ad longum tp̃s,quia ex prima nullum ius in te transfert. l.non solet.loca.prout transfertur ex alia, & ideo ad hanc dicta licentia non extenditur.l.si pupillorum.§. si prætor.de rebus eorum,vbi hoc est quasi expressum.In locatione.n.ad modicum tp̃s dicta licentia fuit necessaria ad euitandum pœnam statuti,quæ ꝑ hoc fuit petita & concessa, non aũt ut euitaretur pœna iuris cõis,de qua in d.l.fi. quia illa non committitur ex simplici locatione,sed ex locatione tantum,ex qua transfer tur dominium,vt habetur in locis statim allegãdis. Nec etiam obst.dum dicebatur,ꝙ d.l.fi pœna,de qua ibi,non habet locũ in locatione ad lõgum tempus,per no.per Imo.in d.c. potuit, & per Pau.de Cast.& Alex.in leg.vsufructu.sol.mat.Quia hoc non est verum,quia talis locatio est alienatio,ut no.in d.clem. 1.de rebus.eccle.non alienan. ideo prohibita alienatione, di-

11 citur etiam locatio † prædicta prohiberi,secundum Dy. Bart. & omnes in d.l. codicillis. §.instituto.de leg.2.Anton.de But. in c.nulli.de reb.ecclés.non alienand.& Imo. & Abb. in cap.ad audientiam.eod.tit.& istud in specie vult Bal.in le.si domus.§. fin.de leg.1.ubi dicit,ꝙ leg.fin.C. de iure emphyteutico, non habet locum in locatione ad centum annos,nisi facta sit in pecunia numerata. ergo vbi pensio consistit in pecunia,uult, ꝙ locum habeat dicto casu,& tamen locatio erat ad tempus certum.& sicut etiam videmus, quòd prohibita alienatione feudi intelligitur etiam prohibita dicta locatio, secundum Bal. in cap.quæ in ecclesiarum.de constitutio.& in ca.Imperialem.in princ.de prohi.feu.alienand.per Fed.& in c.j.qui feu.da.poss. & in c.j.§.ut in liuellario.quib.mo.feu.amit.Pari ergo rõne & in casu nostro,& istud ẽt p̃supponit,& uult Alex.in d.cõs.103. 3.uol.Non ob.rõ allegata per Imo.in d.c.potuit.s. ꝙ isto casu non põt,nec debet requiri dominus,quia rem propriam conducere non põt.l.si rem aliquam.de acqu.poss.& l.ei a quo, de vsuc. quia uerum est, quando quis est dominus & possessor pleno iure, & conducit respectu proprietatis, sed bene po-

12 test dominus † conducere respectu possessionis, maxime si lo cator possidet.d. leg. si rem aliquam.& ibi per Bart. & Doct. & ideo cum emphyteuta naturaliter possideat, ut not. in leg. 3.§.ex contrario.de acq.poss. potest dominus ab eo conducere respectu suæ naturalis possessionis. Item & eadem ratione potest conducere respectu vtilis dominii,quando est apud emphyteutã,& ideo potuit,& debuit dominus requiri, an uellet pro eodem precio conducere, & in eo potest locum habere dispositio.d.leg.fin.& istud(ut dixi) uoluit Bald.expressè in d. leg.si domus.§,fi.dum dicit,ꝙ d.l.fi. locum habet,quando locatio est facta in pecunia numerata.Non ob.ẽt dum dr̃,ꝙ põt in dotem dari irrequisito domino, quia concedo, sed non ea ratione,q̃a alienatio sit temporalis & non ꝑpetua, sed q̃a dñs

13 nõ p̃t isto casu interpellari,an† velit rẽ ꝓ eodem p̃cio,vt dr̃ in d.l.fi.quia hic p̃cium non interuenit,vñ idẽ est,qđ in donatione,in qua eadem rõne locum non hẽt.d.l.fi.q̃a ei non cõuenit eius dispositio,ſm gl.ibi cõmuniter approbatam. & hac rõne ẽt Imo.in d.c.potuit.in prin.ver.tangit hic Io.Ang.&c.sentit, ꝙ res emphyteutica p̃t in dotem dari irrequisito dño, dum dicit,hoc esse uerum,si res detur inæstimata,secus aũt si dare t̃ æstimata,quia æstimatio facit emptionem.l.si inter uirum. cum ibi notatis.C.de iure do.ideo hoc casu est eadem rõ, quæ est in uenditione,& dicit,ꝙ idem sentit Spe.in d.§.nunc aliqua. uers. 109. vnde ex hoc constat, ꝙ alio casu uult, quòd dotis datio non sit similis venditioni, sed donationi.Ex quibus omnibus potest concludi,quod ex tali locatione ad longum tempus cecciderit emphyteuta a suo iure. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteusim ab auo receptam in defectum masculorum pro filiabus & neptibus, quæ rem patris possideant, non possunt habere neptes, si patris hæredes non sint, & hæreditatem possideant.*

2 *Emphyteusis ecclesiastica, quę ex priuilegio facta est transitoria ad quoscunq. hæredes, si stipuletur pro filijs, intelligitur ut hæredibus, sicuti quum ita stipulatur emphyteusis priuari est uerum, nisi de mente contraria stipulantis aliter apparet. & nu. 13.*

3 *Delictum patris & aui præiudicat filijs et nepotib.in emphyteusi,ad quam non admittuntur nisi sint hæredes,prǽsertim quum non fuit quæsita ex beneficio concedentis,sed ex re patris,secus si admitterentur ut filij. & nu. 14.*

4 *Neptes,quę in casu emphyteusis,prout supra,stipulatæ,hęreditatem patris adiuerunt,quamuis possessionem adhuc non apprehenderint,quoad hoc tamen ut ad illam admittantur, habentur pro possidentibus.*

5 *Casus uerus in cõtractib. extẽditur ad fictum,ut si promittatur factum proprium,ad factum quoq. hæredis porrigitur,et si fiat mentio de possessionis traditione,etiam in ficta uerificabitur.*

6 *Licet habens actionem personalem ad rẽ immobilẽ nõ habeatur pro possessore,satis tamen in eo hoc nequaquam esset, qui propter illius possessionem releuatur ab onere satisdandi.*

7 *Mulieres propter masculos exclusæ,ex sola eorum super existentia non excluduntur,sed si supersint,& succedant.*

8 *Filiæ,quæ ut hæredes ad emphyteusim uocantur, non admittuntur si possunt esse hæredes,& nolunt,sed si uolunt, & non possunt,tunc debent admitti tanquam filiæ.*

9 *Clausula posita in præcedenti capitulo statuti non debet censeri repetita in sequẽti, quum per talem repetitionem induceretur correctio iuris communis.*

10 *Statutum,quod in uolumine statutorum reperitur posterius scriptum, debet præferri non attento editionis uel confirmationis tempore.*

11 *Per expressam prouisionem hominis intelligitur recessum a prouisione statuti extraordinaria.*

12 *Statutum disponens, quod qui in inuestitura comprehensus non est,præferatur comprehenso,non ualet, quia interest ecclesiæ, ut in non comprehensum non transferatur utile dominium.*

CONSILIVM CXLIX.

IN primis est uidendũ,vtrum d.Margarita & Polisena ex inuestitura aui recepta in defectũ masculorũ pro filiab.& neptib.q̃ viros liberos & legitimos hẽant,& rẽ p̃ris posideãt,posint ad emphyteusim ecclesiæ admitti.Prima facie vr̃ ꝙ non. Et

1 primo,quia illud verbum † rem patris,&c. exponitur id est ad hr̃ditatẽ.l.licet.& ibi notat Bar.C.de pac.& l.nam qđ.§.fin.ad Treb.& sic apparet,ꝙ dictæ neptes uocãtur, si sint hæredes patris,& hoc ẽt non sufficit,sed requiritur,ꝙ hæreditatem patris ẽt possideant, & possessio non acquiritur sola hæreditatis aditione.le. cum hæredes. in princ.de acquir.possess. Quia igitur non fuerunt hæredes patris ex testamento, quia decessit intestatus, nec ab intestato hæredes esse potuerunt extãtibus agnatis masculis,qui illas ex forma statuti Ferrariensis excluserunt, pro-

ppea ex inuestitura prædicta admitti non potuerunt, & ita p pdicta in terminis concludit Pau. de Cast. in cõsi. 127. inc. Viso puncto, &c. Scdõ, vltra eum istud confirmatur alia rõne. Nã 2 hmói emphyteusis † ecclesiæ ex priuilegio apostolico concesso populo Ferrariensi põt alienari, & est transitoria ad quoscũque hæredes ẽt extraneos, adeo ꝙ redacta est ad instar aliorũ bonorũ patrimonialiũ. Vñ pater stipulando filijs & alijs descendentib. in dubio vr̃ stipulatus ut hæredib. sicut qñ a priuato pro filijs stipulatur emphyteuta, censetur illis ut hæredib. stipulatus, per notata in l. & hæred. §. nos aũt. de pac. & p Bar. in l. quod dicitur. de ver. ob. & in l. Gallus. §. j. de libe. & posth. cum conc. de quib. per Mod. in dictis locis, & ea rõne, quia emphyteusis priuati est transitoria ad hæredes extraneos, quæ rõ locũ ẽt habet in casu nostro stante dicto priuilegio apostolico & ita per istã rõnem in specie determinat Pet. de Anch. in consi. 224. Ad euidentiã, &c. quamuis aliàs intelligatur pater stipulari emphyteusim ecclesiæ pro filijs tanquam filijs, & non tanquã pro hæredib. in terminis iuris cõis, quia sui natura nõ est ad hæredes extraneos transitoria, ſm gl. cõiter approbatam in l. ẽt. in prin. so. ma. cũ conc. de quib. ibi, & in d. l. quod dicitur. post Bar. Et ideo ẽt si isto casu non fuissent expressa in inuestitura illa verba, & rem patris possideant, nihilo minus dictæ neptes ex illa non admitterẽtur, si non essent hæredes patris, sed 3 † ubi ẽt ex inuestitura non excluderentur, tamẽ ex delicto aui deberent excludi, cuius bona fuerunt publicata pp crimen læsæ maiestatis. Cum. n. vt dictum est non sint sub inuestitura cõprehensę, nisi sint hr̃des patris & aui mediante persona hæredis, qui ẽt tanquam filius non uocatur, nisi sit hæres patris, per no. p Pet. de Anch. in d. consi. delictum aui illis nocet, ſm Bar. in l. cum qui. in prin. de interdi. & relegat. dum dicit, ꝙ si emphyteuta non deliquit circa contractũ, sed aliter, pp quod bona eius publicantur, tunc delictum non nocet filiis & nepotibus, quia non transit emphyteusis ad eos, tanquã hæredes, sed hñt iure suo. l. e. ut iurisiur. §. si liberi. de ope. libe. Si ergo illi uocarentur vt hęredes, sicut contigit in casu nr̃o, præsupponit Bar. ꝙ filijs nocet delictum patris, & expresse istud uult Pe. & Cy. in l. 2. C. de libe. & eorum libe. & Imo. in c. ex parte. de feu. in 6. col. qui ad hoc etiam allegat no. per Bar. in d. l. eum. Nam cum filius non sit hæres, sed fiscus sit loco hæredis, vt notatur in l. inter eos. §. fi. de fideiussorib. & in l. 2. C. ad l. gem Iuliam de vi. ad fiscum tunc transit emphyteusis, & nõ ad filium cum sit ex priuilegio apostolico transitoria ad hæredem extraneũ. Preterea ista emphyteusis fuit quæsita ex re patris, & non ex beneficio concedentis, ideo factum & delictum illius nocuit filiis & nepotibus, secundum Bald. in leg. fin. C. per quas perso. nob. acquiri. Sed premissis non obstantibus contrarium iudicio meo est dicendum. Nam Matthæus de Herba auus dictarum mulierum fuit inuestitus pro se, filiis & nepotibus masculis, & illis deficientibus, pro filiabus & neptibus quæ viros liberos & legitimos habeant, & rem patris possideant. Si ergo omnes eius descendentes masculi decesserunt, & dictæ mulieres hæreditatem patris adiuerunt, ut præsupponitur, quamuis nõ sint hæredes aui inuestiti, ex dicta inuestitura pñt admitti, quia in illis concurrunt omnia requisita. Nec ob. ꝙ hæreditatem patris non possideant, quia ex sola aditione non fuit pos- 4 sessio acquisita. l. cum hæredes. in prin. de acq. pos. Quia † cum ex aditione actionem acquisiuerint, per quam possessionem bonorum hr̃ditariorum pñt adipisci. l. 1. ff. quorum. bo. cũ ibi not. & not. in rub. & in l. 1. C. eodem, quantum ad effectũ, de quo agitur dñr possidere, seu hñr pro possidentib. l. 1. §. peruenisse. de hære. uel act. vend. vbi hr̃, ꝙ res dñr ad hæredem peruenisse, etiam si corpora earum nactus nõ sit, dummodo actio hæredi competat, quamuis dicantur plenius peruenisse, si corpora nactus sit. & idem probatur in le. qui actionem habet. de reg. iur. & in l. cum apud. eo. tit. ubi dr̃, ꝙ is, apud se hr̃e videt, qui habet actionem. & probatur ex not. per Bar. in le. si prius. de ope. nou. nunc. ubi dicit, ꝙ paria sunt, amittere possessionẽ & amittere actionem competentem ad acquirendum possessionem, per d. l. qui actionem. & l. non uidet. de reg. iur. Et quã- 5 uis istud sit per † fictionem. tñ in contractibus casus verus trahitur ad fictum, in quo sit eadem rõ. l. amplius non peti. rem rat. hab. & l. stipulatio ista. in prin. de uerb. obl. & probatur ex not. per Bar. in leg. si seruus. in princ. de cond. fur. ubi uult per gl. ibi, ꝙ q promisit de suo facto, teneretur ẽt de facto sui hæredis, q̃a factũ hr̃dis fingit factum defuncti, & econuerso. & idẽ tenet Bal. in c. 1. qui succes. tene. & Alex. in d. l. stipulatio ista. in prin. & bene facit. l. prædia. de acq. posses. vbi probat ſm intellectum gl. & Bar. ꝙ verba instr̃i loquẽtia de traditione possessionis verificantur in possessione ficte tradita. Nec istis ob. l. sciendum. §. si fundus. q satisd. cogan. vbi hñs actionem personalem 6 ad rem immobilẽ nõ habetur pro possessore illius rei, q̃a † quãtum ad illam materiam, vt scilicet quis releuet ab onere satisdandi, ille dicitur possidere bona immobilia, q possidet rõne dñij, ſm Cy. & Alex. in e. dẽ. l. §. possessor. & hoc, quia præstat satisdatio ab illo, qui non possidet pp timorem fugę, ſm Doc. in prin. illius legis, quæ rõ solum cessat in eo, qui rõne dñij possidet, & non in illo, qui habet actionem personalem ad ipsam rem, quia igitur non est eadem ratio in casu ficto, in illo non hẽt locum dispositio. l. non abstulit. C. de nouationibus, & l. si debitorem. ff. eod. Sed in casu nostro quòd hæres succedat in emphyteusi, siue possideat hr̃ditatem, siue habeat actionem ad possessionem, est eadem ratio, quia utroque casu apud eum reperitur ius hæreditarium, pp quod repræsentat defunctum, & cuius occasione vocatur ad emphyteusim: & ꝙ sufficiat, ꝙ adeatur hæreditas, etiam si non possideatur, præsupponit etiam Pau. de Cast. in d. consi. 137. Nec etiam præmissis obstat, ꝙ istæ neptes non potuerint adire hæreditatem patris defuncti ab intestato propter superexistentiam agnatorum masculorum, q 7 ex forma statuti dñr illas exclusisse, quia † vbi dicti agnati decesserint hæreditate Pauli nec adita, nec repudiata, & quam transmittere non potuerunt. leg. unica. §. in nouissimo. C. de caducis tollendis. dictæ mulieres ex sola superexistentia masculorum non remanserunt exclusæ, sed demum si existant masculi & succedant. leg. 2. §. si sint sui. ad Treb. & ibi notat Bart. & per eum in l. j. §. pen. de bon. possessio. contra tabu. Sed dato, ẽt ꝙ agnati successissent, & fęminas exclusissent, adhuc tamen ex 8 inuestitura admitti deberent. † quia quamuis vocentur, si rem patris possideant, & sic tanquam hæredes, hoc tamen intelligẽdum est, quando possunt esse hæredes, & nolunt, sed vbi hæredes esse non possunt propter exclusionem statuti, vt in casu nostro, tunc admittuntur & admitti debent tanquam filiæ, sicut uidemus, quod licet feudum simpliciter acquisitum ita demum transeat ad filios si sint hæredes. c. 1. an agna. vel fil. & ibi not. omnes, & Bar. in d. l. qđ dr̃, de ver. ob. hoc tamen intelligitur & locum habet, si põt hæres esse, sed vbi hæres esse non pt, quia p statutum excluditur, quia tunc per eum non stat, quominus sit hæres, admittitur ad feudum, tanquam filius ſm Bal. no. in l. cũ secundum. in fi. C. de fideicomm. & Mod. in dicto c. 1. an agna. vel fil. & de feudo ad emphyteusim hoc casu etiam arguit Alex. in l. quædam. §. nihil. de eden. Et pro hoc faciunt no. per Bar. in l. ut iurisiurandi. §. si liberi. de ope. liberto. vbi vult, ꝙ si emphyteusis acquiratur pro filiis & hæredibus quo casu filij non admittuntur, nisi sint hæredes, secundum eum. Si tamen filius sit exhæredatus bona mente, non excluditur. & idem tenent Moder. in d. cap. 1. Idem ergo & in filia exclusa a statuto quamuis ad emphyteusim sit uocata, ut hæres, quia talis exclusio statuti dicitur quædam exhæredatio secundum Bald. in leg. si defunctus. C. de suis & legi. nec est facta mala mente, id est non odio filiarum, sed pro conseruatione agnationis. Et propterea Pa. de Castr. in dicto consilio in contrarium allega. qui aliter isto casu sentit, non uidetur recte sapere, & de prædictis non cogitasse. Et ubi etiam bene loqueretur, tamen adhuc opin. eius non obstaret, si istæ mulieres adiuissent hæreditatem patris, vt præsupponitur, & dictum fuit superius, quòd in casu Pauli factum non reperitur, qui præsupponit quòd si hæreditas fuisset adita, quòd mulieres istæ non fuissent exclusæ ab emphyteusi hoc modo concessa, & quæ etiam per agnatos masculos non potuissent excludi, etiam si succedere voluissent prædicti agnati, quia in istis bonis emphyteuticis agnati non excludunt fœminas ex forma statuti, quoniam statutum primo disponit, quòd filij defuncti etiam in dictis bonis excludant fœminas non obstante inuestitura, & in hoc statutum concordat cum bulla & priuilegio apostolico. Si vero non extent filij vel ascendentes, vult statutum, quòd agnati masculi & transuersales excludant filias a successione, & in hac parte expresse vel specialiter statutum non facit mentionem de bonis

PRIMO videndum est, an Carolus dicatur vocatus ad emphyteusim ecclesiæ cōcessam auo ꝑ se & suis hæredib. Et vř. ꝙ non, quia † quamuis emphyteusis ecclesiæ non transeat ad hæredes extraneos, & sic concessio facta pro hęredibus intelligatur de liberis, ſm ꝙ uoluit Bar. in l. vt iurisiurandi. §. si liberi. de oper. lib. & in l. quod dř. de ver. obl. & multi alii idem tenent de quibus ibi per Alex. post Imo. & in l. etiam, in prin. sol. matr. & per Doct. in c. in præsentia. de probatio. Nihilo minus oportet, ꝙ liberi sint hæredes recipientis ad hoc, ut possint admitti, & sic, ꝙ in illis concurrat qualitas importata per illud verbum hæredibus ſm Bar. Pau. de Cast. & Alc. in l. ex facto. §. fi. ad Trebellia. & Bal. in l. filiusfamiliàs. §. cum quis. de leg. 1. & in l. 1. C. de conditio. inser. & Imo. in d. l. quod dicitur. Carolus † ergo, qui fuit institutus in quinq; solidis ab auo, & quilibet alius institutus in re certa non est hæres proprie & simpliciter. l. quoties. C. de hæredi. insti. & ibi plene no. & in l. ex facto. la grande ff eo. tit. & declarat Bal. in l. si non speciali. C. de testa. & per cōsequens non est comprehensus sub dictis uerbis inuestituræ, & istud etiam uoluit Bal. in l. quædam. §. nihil. de eden. & in l. liberti libertæq;. C. de oper. liber. & Ang. in l. Gallus. §. ēt si parente. de liberis & posth. Sed istis non obstantibus contrarium est verius, & ꝙ immo Carolus dicto modo institutus dicatur ad emphyteusim uocatus. uoluit Bar. in d. §. si liberi. & in l. plurib. consilis, ut refert Ale. in d. l. quædam. §. nihil. vbi sequitur eādem opin. Et idem uult Imo. in d. l. ex facto. & in c. potuit. de loca in vers. 7. tāgit, &c. dicit † ꝙ aut est emphyteusis ecclesiæ, quæ trāsit etiam ad hæredes. & tunc hæres in re certa non admittitur per dictum. §. nihil. & procedit opi. contraria, aut est emphyteusis ecclesię, quæ ad extraneos hæredes non est trāsitoria, & tūc admittitur hæres in re certa. d. §. si liber, & hęc concordia est ēt de mente Ang. & Pau. de Cast. in d. l. quoties. & Pau. de Cast. in d. §. etiam si parente. & idem tenet Alex. in d. consi. 128. in fi. 1. vol. Et ex præmissis sequitur † ꝙ Ioannes Baptista institutus a patruo & ab auo dicti Caroli non potest ad dictam emphyteusim ecclesiæ admitti, cum sit hæres extraneus, secundum communem opi. de qua in dictis locis, & qui etiam est exclusus mediante laudo homologato per eum. Est ergo, videndum utrū Mattheus nepos ex filio legitimatus in dicta emphyteusi possit succedere. Et certum est, ꝙ in totum non succedit, & capax reperiatur, quia licet hęres sit uniuersalis institutus cum d. Io. Baptista, tamē ad dictam emphyteusim pro dimidia etiam potest venire dictus Carolus instituta in certa quantitate per prędicta. Sed dicitur etiam, quòd dictus Matthęus in totum est exclusus, & quòd Carolus admitti debet solus. Nā ab initio, quo auus illius fuit inuestitus, non fuit in inuestitura comprehensus, quia † emphyteusis ecclesię non transit ad descendentes illegitime natos etiam legitimatos, secundum Bald. & Salic. in l. generaliter. §. cum autem. C. de insti. & substi. &c. quia secundum eos sicut in feudis non admittuntur bastardi legitimati. c. naturales. cum ibi no. si de feu. fue. contr. inter do. & agna. quia feudum est beneficium & honor, ut ibi, ita etiam non admittuntur ad emphyteusim ecclesiasticā, quia apud ecclesiam bastardi sunt infames, vt no. Azo in summma de infa. & licet sint legitimati, non sunt tamen legitime nati, ut no. in c. innotuit. de elec. & idem uult Bald. in addi. Spe. in ti. de loc. in 2. char. uers. emph. ecclesię. in c. quæ in ecclesiarum. de const. & Imo. in leg. quod dicitur. col. antepe. de uerb. obl. quia sicut naturales non admittuntur, quia cum non possint tales haberi sine peccato, de illis non censetur ecclesia cogitasse, ut not. Barto. & Docto. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ad Treb. & Ange. in l. filium diffinimus. de his qui sunt sui vel alien. iur. & Docto. in cap. in pręsentia. de prob. ita etiam legitimati non debent admitti, quia in illis militat eadem ratio, & idem tenet Petr. de Anch. in consi. 427. inci. Circa primum quæsitum, &c. & Alexand. in d. consi. 129. 1. volum. colum. penul. & in consil. 59. aliàs. 60. incip. Visa legitimatione, &c. col. 2. in 2. volum. & in d. §. si quis rogatus. in 6. col. cum sequ. ubi facit mentionem etiam de aliis consiliis Petr. de Anch. Et istud confirmatur, nam licet legitimatus excludat substitutum sub illa conditione, si institutus decesserit sine filiis legitimis, & naturalibus ut per Bald. in dict. §. cum autem. cum concord. de quibus ibi per Alexand. & per Bald. & Moder. in le. Gallus. §. si eius. de libe. & posth. & in l. ex facto. in prin. de vulg. & pup. hoc tamen locū non habet, qñ testator erat in dignitate constitutus, quia sicut de naturali sensisse nō pſumitur dicto casu ꝑꝑ eius dignitatē. d. l. ex facto. §. si quis rogatus. cū ibi plene no. ad Trebel. ita etiā non intelligitur cogitasse de legitimato eadem rōne, ſm Ang. ī dispu. incip. Nobilis quidā genere, &c. in 2. dubio. & ista est rō, ſm cū, ꝙ legitimatus non admittitur ad feudū, quia non est verisimile, nobilē feudū concedentē de tali persona uel prole sēsisse, & cū eo transit Ant. de But. in c. per venerabilē. qui filij sint leg. circa mediū, vers. alius est effectus, &c. & Alex. cons. 2. & cōsi. 67. & cons. 94. 1. vol. Idē ergo est dicendū de concessione facta ab ecclesia propter eius dignitatē, & ꝑꝑ quam in ea ēt nō veniunt naturales, ſm Bar. in d. §. si quis rogatus. & Bald. in auth. si quas ruinas. C. de sacros. eccle. & Ang. in d. §. cum autē. & in disputa. Quinimmo † in tali concessione in emphyteusim facta ab ecclesia non venit nepos ēt legitime natus ex filio naturali legitimato ſm Hosti. Io. And. & Ant. de But. in c. lator. ꝙ fil. sint legi. & Io. And. in addi. Spe. eo. tit. in rub. & Alex. in d. §. si quis rogatus. in 7. col. quia licet talis nepos sit legitimus patri suo, tamē nō est ita legitimus auo, cui ex naturali sobole nullus legitimus esse pōt. l. fi. C. de natu. lib. multo minus ergo dēt admitti nepos illegitime natus ex filio legitimo & naturali, fortius ēt voluit Bal. Sali. & Pau. de Cast. in l. fi. per illum tex. C. de his, qui ve. æta. impe. ꝙ legitimatus † per rescriptū non admittatur ad emphyteusim priuati receptā pro se, & filijs legitimis, q̃a non sunt naturaliter legitimi. Non pōt ēt dictus Mattheus admitti tanquā legitimatus alia ratione ultra prædicta, quia legitimatio non valuit, ex eo quia auus, ad cuius preces fuit legitimatus, narrauit comiti, illum esse naturalem, cū re vera esset spurius † ideo redditur nulla legitimatio propter defectū obreptionis. l. sed si hac. §. patronum. de in ius voc. per quē tex. dicit Ang. ꝙ rescriptū principis nō extenditur ad defectus tacitos & suppressos. & pro hoc alleg. etiam. l. quidam. consulebāt. de re iud. & l. cum dominus. in prin. de pecu. leg. & no. ꝑ Inno. in c. cū olim. de re iud. & probatur l. 1. de nat. rest. & ibi no. Benedi. de Plumb. & probatur ex no. per Old. in cons. 247. Factū tale est, quidā rex, &c. & Io. And. ī d. rub. qui fi. sint legi. in addi. Spe. & Ant. de But. in d. c. per uenerabilem. in 2. col. uers. nunc descendo ad ſm, &c. in quibus locis concluditur, ꝙ debet exprimi qualitas illegitimatis, videlicet an sit spurius, uel incestuosus, quia difficilius dispensatur cum incestuoso, quā cum spurio, & difficilius cum spurio, quam cum eo, qui naturalis est tātum. d. c. per venerabilē. qui filij sint leg. in fi. & in §. fi. in auth. qui. mo. na. effi. sui. Et ita in terminis nostris tenet Alc. in d. cōsi. 59. 2. uol. in ult. col. ubi concludit per prædicta, & quædam alia, ꝙ si narratum sit, filium esse naturalē, cum sit spurius, qđ legitimatio tanquam obreptitia sit nulla, ꝙ dicit etiam esse uerum, quamuis in legitimatione sit apposita illa clausula non obstante. §. fi. in auth. quib. mo. na. effi. leg. & alijs legib. prohibentibus spurios legitimari, quia quamuis per eā dicatur declarari intentio legitimantis fuisse legitimare, ēt si fuisset spurius per ea, quæ no. Bal. in l. eam quam. C. de fideicommis. uers. sed pone quidā erat, &c. dum vult, ꝙ si non sit facta mentio de publico defectu & impedimento, non ualeat legitimatio, nisi ex appositione clausulæ, non obstante, appāreat contrariū, per quā licet non augeatur gratia, declaratur tamen intentio circa concessum ſm eum, quia secundū Alex. in dicto consi. loquit Bal. quando uitium non fuit expressum, & quando impedimētum fuit suppressum & non narratum. Sed nos loquimur in casu, quo falso illud, ꝙ non est uerum, fuit narratum, ut quia dictū fuit, nec nepotē esse naturalem, cū esset spurius. Et sic † quando in legitimatiōe interuenit defectus obreptionis, qui magis nocet, quam defectus subreptionis, vt colligitur ex no. per Inno. in c. cum dilecta. de rescrip. & no. Ant. de But. in c. ex parte. de capel. mona. Et per hoc respondetur ad unum, qđ posset adduci in contrarium, scilicet, ꝙ in hac legitimatione est apposita † clausula, non obstante, in amplissima forma, quia nihil operatur circa uitium obreptionis, quæ committitur narrando falsum, sed operatur solum quantum ad defectum subreptionis, quæ consistit in tacēdo verum, ut colligitur ex præmissis. Nec etiam obst. ꝙ comes uideatur uoluisse legitimare, etiam si Mat-

Matthæus pateretur quemcunque alium defectum, & quamuis sit natus ex quocunq. alio damnato, & illicito coitu, quia 12 † quamuis per huiusmodi uerba uel similia videatur comes in genere cogitasse de omni dānato coitu, & hoc sufficere uideat quando aliquis defectus in specie nō fuisset expressus.arg.eorū quæ habentur in l.sub prætextu specierū.C. de transac. tamen qñ unus defectus fuit expressus, & suberat alius, tunc non sufficiunt dicta uerba, quia legitimans vr̄ principaliter habuisse re spectū ad defectū expressū.& ita notabiliter distinguit Pau. de Cast. in cons.221.incip.Super isto puncto.ad fin.in vlt.mēbro distinctionis, alleg.Old.in d.consi.247.qui isto casu loquitur, ſm eum.& Oldr.& in d.consi.loquitur, quando defectus expssus in genere erat verus, ut quia dictum fuit, filium ex adulterio natū, sed quia erat duplex impedimentum; quia erat vxoratus & mulier coniugata, & de hoc duplici uinculo non fuit facta specialis mentio, vult legitimationem non ualere, etiam apposita clausula non obstante in genere.& idem quādo per alia verba de defectu in genere cogitasset, ſm Pau. de Cast. in d.consi. Multo ergo minus in casu nostro debet sufficere, ex quo uitiū non fuit in tacendo uerum, prout prædicti loquuntur, sed in narrando falsum, qđ magis nocet, ut dictum est. Et ideo quamuis Oldr.in d.cōsi.sentire videatur, ꝙ in casu suo sufficeret clausula, non obstāte, in specie, ut etiam aperte uult Bal.in d.l. eam quam.tamen hoc non est contra illud, qđ uoluit Alex.in d.consil.59. quia ad dictum Oldr. conuenit responsio, quā dedit ad doctrinam Bal.in d.l.eam quam.quia ambo loquuntur in eodē casu. Ex alio quoq. dicta legitimatio non valet tanquam obreptitia, quia narrauit ille, qui præces obtulit, ꝙ Carolo nepoti suo legitime nato prouiderat in uita commode, & sufficiēter, quæ verba vel alia similia important, ꝙ tantum illi concesserit 13 ꝙ egere non poterat, sicut dicimus † ꝙ illa uerba, scilicet inquātum facere potest, debent intelligi commode & honeste, ita ꝙ non egeat.l.in cōdemnatione.in prin.cum gl.de reg.iur.& not. gl.& Doc.in l.maritum.sol.mat. Si ergo aliter reperitur factū, & non sit uerum, ꝙ Carolus ex donatione ab auo, habuerit tātum, ꝙ egere non posset, legitimatio non ualet, quia in hoc comes, qui legitimauit plurimum se fundat. Et ex legitimatione apparet, ꝙ ex hoc præcipue inductus fuit ad legitimādum spurium extante prole legitima & naturali. propterea clausulæ derogatoriæ & uerba generalia non obstant, tum per prædicta, & quia ad hoc remouendum non diriguntur, nec ad hoc sunt ordinata, ut per se patet. Et dato quod legitimatio ualuisset, ꝑdictis tamen non obstantibus, quòd Matthæus uideatur specialiter legitimatus & expresse ad hanc emphyteusim, ex quo legitimatur ad feuda & ad quoscunq. alios actus similes vel dissimiles, etiam si essent tales, qui requirerent expressam mentionem, & ꝙ cōprehendatur sub quacūq. dispositione tam inter viuos, quā in vltima voluntate, in qua sit facta mentio de filijs legitimis & naturalib. quasi ꝙ talia verba idem operentur, qđ specialis expressio, iuxta no.per Ant.de But. in c.1. de rescrip. & in consi.2.& per Bar.in l.si quis in prin.testamenti. de lega. 3.& Mod.plene in c.nonnulli, in prin.de rescrip. Quia ad istud 14 respondetur, ꝙ aut dicitur † Matthæū esse legitimatum spāliter ad hanc emphyteusim ecclesiasticam ex priuilegio Cæsaris & hoc esse non potest, quia non potuit concedere potestatem legitimandi ad dictam rem ecclesiæ, per ea, quæ hn̄r plene in c. ecclesia sanctæ Mariæ.de consti. Ex hoc.n.inferretur præiudicium ecclesiæ, quia cōgeretur habere alium emphyteutam, de quo non sensit, & quē habere noluit, ꝙ princeps peculiaris facere non potuit.& facit, quod habetur in d.c. per uenerabilē. & magis in specie hoc uult Bal.in d.l.eam quam.C. de fideicō. circa. 6.col. uer. ex his apparet, &c.vbi dicit, quod Imperator non potest legitimare ad feudum Papæ, nec econtra Papa ad feudum Imperatoris. Nec ēt ex ampla potestate & generali attributa comiti per Cæsarem ur̄ in dubio uoluisse, quod ad emphyteusim uel ad feudum ecclesiæ posit legitimare, ex quo hoc expresse concedere non posset, si uoluisset, ut probatur ex not.per Bart.in l.si sub conditione.de cond.insti. ubi dicit, quod statutum generale non porrigitur ad illicita, & iō ſm eū si statutum dicat, quicūq. declinauerit iurisdictionē Potestatis possit impune offendi, non intelligitur de clerico declinante, & hoc probatur in cap. tuæ. de deci. & ita ibi decidit Hostien. & dom. Anto.& Bal.in l.fi.§.in computatione. C.de iur. deli. 15 dicens, ꝙ uerba † generalia statuentium non adaptātur ad impossibilia ipsis statuentibus, & idem uoluit in l. fi. de iurisd.om. iud.& d.Ant.& Abb.in c.quod clericus.de foro compe. Et iō licet etiam Papa confirmauerit dictum Cæsaris priuilegium, qa tamen Imperator ab initio, quo priuilegium concessit, de emphyteusi ecclesiastica non sensit, quia hoc facere nō potuit (vt dixi) dicta confirmatio simplex non operatur, ꝙ ad dictā emphyteusim potestas legitimandi concessa dicatur, quia natura 16 † confirmationis est addere robur confirmato, non autem extende illud ad id, quod in eo non includebatur, secundum Bal. in l.aduersus.C.si aduer.rem iud.ar.no.in l. Aurelius.§.testamēto.de liber.legat.& idē uult.Bal. in effectu in l.nominationes. in fi.C.de app.& in c.1.in prin.per quos fiat inuest. Et per prædicta ita in terminis nostris vult Ale.in cons.122.inci. Viso pūcto, &c.4.vol. vbi in specie vult, ꝙ confirmatio Papæ non includat illud, quod non includebatur, nec includi poterat in statuto confirmato, etiam si esset facta ex scientia, quia licet Bal.in d.l.nomitationes, & in c.ex parte.in fi.de consti.dicat, ꝙ tūc auget confirmatum, tamen etiam dicto casu intelligitur facta in casu habili, secundum Abb.in c.dudum.de deci.& ibi etiam idē uult Anto.de But.dicens, ꝙ confirmatio ex certa scientia rum confirmat actum, nisi ubi liceat, & vbi posset referri confirmatio ad actum, quod esset secundum ius, & contra ius, & in dubio refertur ad actum, qui est, secūdum ius, ut etiam colligitur ibi ex dictis Inno. quod dicit raro alibi reperiri, & istud etiam prosequitur latius Ale. in dicto consil.& idem etiam dr̄ in seq. consi.& ex no.etiam ibi per Inn.& Ant.de But.infertur in pro 17 posito, ꝙ † si expresse Imperator concessisset facultatem legitimandi ad emphyteusim ecclesiæ, ꝙ dicta simplex cōfirmatio non referretur in dubio ad istud, quod est inualidum, & contra ius, sed referri deberet ad alia, de quibus in priuilegio, quæ erāt de iure ualida, & secundum ius. & ita etiam quasi in terminis concludit Ale.in consi.39.4.vol.dicens, ꝙ generalis confirmatio summi Pontificis facta de statutis debet in dubio referri ad statuta, quæ sunt aliqua, & non ad illa, quæ sunt nulla, per not. per Inno.& Ant.de But.in d.c. dudum. cum quo transit etiam Alex.in l.more.cum seq.de iurisd.om.iudi. Et præsertim in casu nostro hoc esset dicendum, quia ubi expresse diceretur data licentia legitimandi dicto casu per principem secularem, illa diceretur esse contra libertatem ecclesiasticam, per ea, quæ habētur in authen.cassa. C.de sa.san.eccl.& in d.c.ecclesia S.Mariæ de const.ad dictam ergo licentiam, quæ est contra ecclesiasticā libertatem, non traheretur dicta confirmatio, sicut nec generalis confirmatio statutorum includit statuta, quæ sunt contra libertatem ecclesiasticam, secundum Bal.in l.omnes populi.de iusti.& iu. circa.6.col.uers.sed nunquid Papa confirmando statuta, &c. & facit, qđ no.Bar.& Ang.in l.1.de his, qui sunt sui uel alie.iur.& Bald.in c.1.per quos fiat inuesti.vbi dicunt, ꝙ si Papa confirmat omnia priuilegia alicuius ecclesiæ ꝙ iniusta & iuri contraria non intelliguntur confirmata. Ex præmisis ergo cōstat, ꝙ Matthæus legitimatus non potest admitti ad emphyteusim ex inuestitura & legitimatione, & cum non sit de comprehensis in illa, non potest etiam ex testamento ad illam uenire, quamuis sit uniuersaliter hæres institutus, secūdum Spe. in tit. de loc.§.nunc aliqua.uers.113.& Sali.in l. fi.C. de iure emphy. nec in dubio uidetur uoluisse testator auferre Carolo nepoti suo illud, quod petere posset tanquam descendens & hæres, nisi de illo specialiter facta fuerit mentio, secundum Bar.in d.l.vt iurisiurandi.§.si liberi.& Bal.in l.si adulta. C.de hæred. uel act. vend.& prout etiam concludit Ale.in dicto consi.128.in fi. 2. uol. Est etiam ad aliud aduertendum, quia cessantibus etiā omnibus præmisis uidetur, quod nō potuerit auus plus relinquere Matthæo legitimato, quam habuerit Carolus ab illo, quia 18 † plus non potest per patrem relinqui legitimato, q̄ relictū sit uni ex filiis legitime natis, cui mi minus relinquitur, secūdū Bal.no.in c.per tuas. de maio.& obe. quem refert & sequitur Alexa.in d.§.si quis rogatos.ult.col.& in l.e.sed si hac.§. patronum.de in ius uoc.& idem tenet Bened.de Plumb. in disputatio.incip.statuto Pisano, &c.in fi.tertii dubij.& refert qđ Vbertus de Bobio idem tenuit, & idem consuluit Fulg.ut refert So. in consi.112.col.1. Mouentur prædicti per tex.in d.§. & quoniam uarie.in auth.quibus Mod.nat.effi.sui.& licet ille tex.loquatur in legitimato per oblationem curiæ, tamen idem in legiti-

gitimato per rescriptum, ſm Ang. ibi, qui idem tenet in §. fi. eo. tit. in 1. col. & idem probat in l. communium. in fi. C. de natu. libe. Eſt tamen concedendum, q illa iura non pñt de iure cōi in legitimato per reſcriptū verificari. Quia de dicto iure ac de ordinaria ptāte non poteſt extantibus filiis legitimis legitimari p reſcriptum naturalis uel ſpurius, ut in auth. quib. mod. natu. eſſ. legi. §. ſi quis igitur. Sed ſi legitimetur de ptāte abſoluta, extātibus legitimis, quia per hoc ius legitimorum minuitur mediante tali diſpenſatione contra ius, iō tunc legitimis in hoc prouideatur, vt plus legitimato relinqui non poſſit, quam uni ex eis, quia hac etiam rōne ſic ſtatutum fuit de legitimato per oblationem curiæ, qui dicto modo legitimari poteſt legitimis etiā extantibus. §. ſi quis igitur. in auth. quib. mod. natu. effi. ſui. & d. l. communium. Et propterea prouidetur, q illi plus relinqui non poſſit, quam vni nato legitime, & ſic in vtroq; eſt eadem rō. fateor tamen, q tex. in d. §. & qm̄ varie, dum etiam vult legitimatum per oblationem curiæ non poſſe abſtinere ab hrditate patris, non habeat locum in legitimato per reſcriptum, vt vo luit Rom. Are. & Ale. in l. neceſſarijs. de acq. hær. quia rō iſtius dicti aſſignatur in illo tex. quæ non poteſt conuenire legitimato per reſcriptum, vt declarat Are. in d. l. neceſſarijs. & quātū ad hoc inter prædictos non militat eadem rō, ſicut habet locū in alio, de quo in illo tex. & de quo ſupra. Secundo principaliter eſt videndum de fructibus, ſuper quibus contenditur. Et p̄mitto, q Matthæus quamuis ſit inſtitutus hæres, tamen nunquam adiuit hæreditatem, nec illā adire potuit ſine tutoris authoritate, quia erat pupillus, & multo minus ſi era infans. le. ſi pupillus. cum ibi plene not. per Doct, de acquirenda hæreditate. & in l. potuit. C. de iure delib. Ex † quo ſequitur, quod illi p colonum exiſtentem in fundo non potuit acquiri poſſeſſio ante hæreditatem aditam, ſm gl. in l. qui fundum in prin. de vſuc. pro emp. Secus aut dici poſſet, ſi dictus Matthæus adiuiſſet, antequam alius ingreſſus fuiſſet. d. l. qui fundum. cum gl. Nec ēt per ingreſſum illam acquiſiuit, quia ipſe ingreſſus non fuit. Et licet alius eius nomine fuerit ingreſſus nuncio publico aſſociāte, tamen Matthæo per illum non potuit quæri poſſeſſio, antequam habuerit ratum. l. communis ſeruus. §. fin. de acq. hær. & per Doct. in l. 1. §. per procuratorem. eo. tit. & in l. 1. C. eo. Nec etiam nunc poſſet habere ratum, poſtquam de nouo Carolus penſionem acquiſiuit, quia res non eſt integra, ſm Ant. de Bu. in c. cum veniſſent. de reſti. ſpo. qui allegat Rotam & Alex. plene in l. quod meo. in prin. de acq. poſſ. Et † ſi dictus Matthæus tunc erat infans, non potuiſſet etiam per ingreſſum ſuum ſibi poſſeſſionem acquirere ſine tutoris authoritate. leg. quamuis. §. infans. de acqu. poſſeſſ. & traditur plene in l. 1. §. adipiſcimur eo. tit. Et licet etiam Carolus, quia infans ſolus non potuerit ſibi acquirere poſſeſſionem, nec per alium ſibi acquiri abſque ratihabitione. d. l. ſeruus. communis. §. fin. nihilo minus quia ante aditam hæreditatem per Matthæum colonus incepit reſpondere matri & aliis de fructibus dictæ poſſeſſionis nomine dicti Caroli, & poſt laudum latum potuit Carolo quæri poſſeſſio per dictum colonum, vt not. in d. l. qui fundum. & fuit quæſita ſequuta ratihabitione Caroli facta cum authoritate tutricis, & quæ ratihabitio potuiſſet etiam fieri per ſolam tutricem, quia ſicut potuiſſet infanti acquirere poſſeſſionem. d. §. per p curatorem. ſic etiam actum illum traditionis fructuum, per quem acquiritur poſſeſſio. l. Titia. de ſolu. potuit ſola ratum habere, ſecundum Bar. in l. 2. rem rat. hab. & idem potuit infans tutore authore, quia ſicut etiam poſſeſſionem potuiſſet acquirere. d. §. infans. & ſequi potuit etiam lite pendente, quia ratihabitio trahitur retro. l. fin. C. ad Maced. & l. licet. ff. de iudi. ideo † conualidatur iudicium ex cauſa, quæ trahitur retro. leg. ſi rē. §. fin. de pigno. actio. & l. ſi mandauero. la 1. ff. manda. & per Docto. in l. non poteſt. de iudi. & in l. hæres quandoque. de acquir. hære. & in terminis noſtris ſic etiam concludit Alexan. in conſi. 127. in fi. 1. col. cum ſeq. in 5. volum. Et eodem modo per locationem factam nomine Caroli fuit ſibi quæſita poſſeſſio per conductorem, qui rem tenebat prius, & quam poſtea eius nomine cœpit tenere. d. leg. quod meo. in princip. & hoc ſubſequuta ratihabitione, vt dixi. Et licet ille, qui conduxit ab uno, ſi ab alio poſtea conducat, non transferat per hunc actum fictum in illum poſſeſſionem. leg. quamuis. §. 1. de acqu. poſ. Illud tamē eſt uerum quando primus locator poſſidebat, per actum fictum coloni potuit ſua poſſeſſione priuari, ſed, vt dictum eſt, Matthæus hæres locatoris non poſſidebat, ſed poſſeſſio per mortem dicti locatoris vacabat. l. 1. §. Scæuola. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue. & no. in d. l. qui fundum. unde conductor ingrediendo fundum nomine Caroli, qui poſtmodum ratum habuit poſſeſſionem illi acquiſiuit. d. l. quod meo. Præterea † dictus colonus, qui habet cauſam a Carolo, non poteſt ſibi referre quæſtionem dominij alicuius tertij, hoc eſt Matthæi, vel Io. Baptiſtæ, ſiue agatur actione ex contractu ad penſionem, ſiue condictione ex lege ad expulſionem, quo caſu etiam de dominio proprie opponere non poteſt. l. ſi quis cō ductionis. C. loc. & ibi per Docto. & plene traditur in l. ſi rem alienam. ſol. mat. & ſic quantum ad colonum nihil uidetur obſtare, nec tertius poteſt impedire reſtitutionem, hoc eſt dictus Matthæus, quia non adiuit hæreditatem patris, & quia ex proceſſu conſtat, quod nullum ius ſibi competit in hac poſſeſſione, ut patet per prædicta. & minus etiam Io. Bapti. poteſt opponere, quia tanquam extraneus ad hanc poſſeſſionem emphyteuticam nō pōt uenire, ut dictum eſt, & ſic etiam per colonum non fuit ſibi per aditionem quæſita poſſeſſio, quia illā non tenuit, nec tenere potuit ſuo nomine, quia ad illum tanquam hæredem non potuit pertinere, & quia excluſus eſt per laudum homologatum, & ex hac noua cauſa colonus potuit eum etiam priuare poſſeſſione, etiam ſi prius poſſediſſet tradendo & reſpondendo de fructibus dicto Carolo, quia ceſſat ratio, de qua in l. fina. C. de acqui. poſſeſſ. cum ipſe Ioan. Baptiſtæ eſſet obligatus tradere. & ceſſant rationes, quę aſſignantur per Doct. in l. peregre. §. quibus. de acquiren. poſſeſſ. & ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Ius accreſcendi non habet locum inter fratres, quorum unus pro ſe, ac uice & nomine fratris, & pro vtriuſq. eorum filijs fuit inueſtitus iure emphyteutico ab eccleſia.*

2 *Frater, cui non ex iure accreſcendi, ſed ex titulo diuiſionis acquiritur portio rei fratris emphyteuticæ, ſi intra annum & menſem iuxta formam bullæ non accipiat inueſtituram, cadit in comiſſum.*

3 *Fratres non poſſunt diuidere emphyteuſim irrequiſito domino, ſi ſit noua, & non ſit inter eos locus iuri accreſcendi, uel unus ex pacto non ſuccedat alteri.*

4 *Immo uerius & æquius eſt, quod de nouo inueſtiti poſſint ſine licentia domini bona emphyteutica, & etiam feudalia inter ſe diuidere.*

5 *Ratio, propter quam emphyteuta non poteſt alienare irrequiſito domino, quæ eſt, quod emptor non recognoſcit dominū, non hēt locum in emphyteutis alienantibus inter ſe.*

6 *Alienatio, & diuiſio rei emphyteuticæ ſine licentia domini pōt fieri inter fratres, quando quilibet cognoſcit dominum in ſolidum, & ad penſionem tenetur in ſolidum.*

7 *Conſenſus domini, ſicuti in caſu prædicto, in diuiſione rei emphyteuticæ inter fratres non eſt neceſſarius, ita nec in qualibet alia alienatione, nec eo caſu eſt neceſſe petere inueſtituram intra tē pus, de quo ſupra.*

8 *Laudemium non ſoluitur, quando mediante diuiſione res alienatur.*

9 *Portio unius fratris non cadit in commiſſum ob inueſtiturā non petitam, quando inter eos habet locū ius accreſcendi, quod poſt emolumentum quæſitum poteſt pacto expreſſo per contrahentes induci.*

10 *Quando actum eſt, quod inter fratres deſcendentes habeat locum ius accreſcendi, credendum eſt, quod idem tacite ſit actum quo ad ipſos fratres.*

11 *Iure meo id habere dicor, quod per ius accreſcen. ad me peruenit.*

12 *Mortuo emphyteuta dominus non poteſt amplius declarare rem in commiſſum cecidiſſe, nec illam uendicare.*

13 *Dominus, qui poſt culpam vaſalli, uel emphyteutæ, mortuus eſt, emphyteuta uel uaſallo adhuc uiuente, antequam declaraſſet eos in commiſſum cecidiſſe, cenſetur delictum remiſiſſe, ſi fuit ſciens, ſecus ſi ignorans, quia tunc hæres poterit declarare & illos priuare. Si uero uaſallus, uel emphyteuta mortuus ſit ante* domini

domini declarationem, eius hæres non poterit priuari, etiam si dominus fuit ignorans.

14 *Si reuocatio, uel inuestitura de nouo cõcessa allegetur, ex diuturna pensionis solutione præsumitur.*

15 *Ius accrescendi habet locum in emphyteusi paterna, sicut etiam in feudo paterno.*

CONSILIVM CLXI.

QVIA intra tempus comprehensum in literis apostolicis petita non fuit inuestitura, vr̃ prima facie, ꝙ tres partes ex quatuor sint ad ecclesiam deuolutæ, Nam ser Franciscus a Caligis recipiendo pro se ac nomine, & vice do. Baptistæ fratris sui & pro vtriusq. eorum fratrum filijs & descendentibus fuit inuestitus iure emphyteutico ab ecclesia, &c. Et, vt dicitur in 1 puncto † bona concessa obuenerunt ex diuisione in partẽ dicto ser Frãcisco, q pro parte fratris de nouo sibi quæsita nunq accepit inuestiturã. Vñ præmitto, ꝙ inter dictos primo loco inuestitos nõ habuit locũ ius accrescẽdi. l. si mihi & Titio. de ver. obl. & ibi ꝑ Bar. & oẽs. Nec ob. illud verbũ, & pro vtriusq. eorum fratrũ filijs, &c. quia illud non põt referri ad ipsos fratres, salua rõne recti sermonis, & per cõsequens nõ attribuit cuilibet eorũ rẽ in solidum, nec inter illos inducit ius accrescendi, sed refertur ad filios illorum, & inter illos solum põt operari, ꝑm Pet. de Anch. in consi. 247. Duo prima, &c. ubi concludit, ꝙ si duo fratres copulatiue sint inuestiti pro se & cuiuslibet eorum filijs, ꝙ inter ipsos non habet locum ius accrescendi, quia illud distributiuum cuiuscũq. ad filios refertur, & ad ipsos fratres referri non potest, nec debet ex quo hoc non potest fieri salua ratione recti sermonis, & sine offensa iuris communis, secundũ ꝙ inter fratres dicto mõ inuestitos nõ habet locum ius accrescendi, sed inter filios ꝑm Bar. in d. l. si mihi & Titio. Verba ergo ad intellectum iuris sunt reducenda in dubio, quãtum fieri põt. c. cum dilectus. de consue. c. causam. de rescrip. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. loca. Et idẽ per easdẽ rõnes tenet ẽt Alex. in consi. 13. 5. vol. in vlti. dub. vbi sequitur dictam decisionem 2 Pet. de Anch. cum ergo † inter dictos fratres non haberet locũ ius accrescendi, portio fratris acquiritur per eum ex titulo diuisionis, si non accepit inuestituram intra annum & mensem, & ipso iure cecidit in commissum ex dispositione bullæ aposto 3 licæ. Et hoc cõprobatur, quoniam † licet diuisio inter fratres de re emphyteutica valeat, etiã domino irrequisito, secundum Bar. in l. si domus. §. fi. de leg. j. & in l. & ideo. de condi. fur. in l. qui Romæ. §. duo fratres. in 10. q. de verb. obli. hoc tamen limitatur, & non procedit, quando emphyteusis est noua, & cõcessa pluribus simul, ꝙ inter eos non sit locus iuri accrescendi, vel vnus ex pacto nõ succedit alteri. secundum Bal. in l. uoluntas. C. de fideicom. & idem sentit in c. Imperialem. in prin. de prohibi. feudi alie. per Fede. & Aret. in d. §. duo. fratres. in antepenu. colu. & hoc præsertim procedit, quando res in totum, & ultra partem debitam obuenit alteri fratri ex diuisione, quia illam dicitur consequi ex illo nouo titulo, & non ex inuestitura, ideo tanquam quilibet alius, qui dictam partẽ acquisiuisset, debuit intra dictum tempus inuestituram accipere. Et dato etiam qđ ius accrescendi haberet locum, quia tamen ad ser Franciscum ab initio non peruenit portio fratris ex iure accrescendi, sed ex diuisionis, si post annum & mensem a die diuisionis inuestituram non accepit, qđ a suo iure ceciderit, nihil impedit. Et idem videtur dicẽdum de parte. d. Bernardini, quæ est quarta totius quæ ad fratrem peruenit iure successionis, quia quamuis in illa potuerit succedere ex testamento, & ab intestato ex dispositione eiusdem bullę, tamen etiam per illam disponitur, quòd successor intra dictum tempus teneatur inuestituram petere. Sed istis non obstantibus contrarium arbitror de iure uerius 4 & etiam æquius. Nam † fratres de nouo inuestiti possunt sine licentia etiam de iure communi inter se bona emphyteutica diuidere, secundum Bart. in d. §. duo fratres, in quęst. 10. & in d. le. & ideo. & in l. cum hi. §. si vni. de transa. & in d. l. si domus. §. fin. vbi ad hoc allegat. d. c. Imperialem. §. præterea ducatus. ubi idem in feudo conceditur regulariter, quamuis etiam feudum sit nouum, quia tex. ille loquitur indistincte. Et ideo etiam Barto. in locis pręallegatis per illum tex. vult simpliciter, quod diuidi possit emphyteusis, & in illa, quæ est de nouo concessa, ꝑ 5 cedit etiam rõ sua, dum † dicit, ꝙ emphyteuta nõ potest sine licentia domini alienare, quia emptor non recognoscit dominũ ꝑm Doc. in l. fi. C. de iure emphy. quæ ratio, dicit ipse, non hẽt locum, quando emphyteutæ alienauit inter se, & non tñ hoc est verum in emphyteusi paterna, sed etiam in noua & de nouo concessa. Et quamuis Alex. in d. l. si domus. §. fi. de leg. 1. quantum ad diuisionem approbet dictum per d. l. fi. de iure emphy. quæ in diuisione non potest locum habere, & prædictam rationem Bar. reprobet, quando res in totum ad unum peruenit, qa ille pro parte alterius dominum non recognoscit, nec pro illa parte ad pensionem personaliter est obligatus, tamẽ in casu nostro absque dubio procedit dicta ratio, quia ipse ser Franciscus inuestitus nomine suo & fratris, cõfessus est expresse, bona esse de iure ecclesiæ. ac se & dictum do. Io. Baptistam & eorum vtrũque obligando promisit soluere, &c. & sic ad annuam ꝑstationem fuit quilibet in solidũ obligatus, quia illud destributiuum utrumq;, rem cuilibet attribuit in solidum, ꝑm Bar. in l. hoc articulo. in fi. de hære. instituen. per iura, quæ ibi allegat, & eo magis quia in instrumento fuit facta expresse pro utroque principaliter & in solidum, referatur solum ad obligationẽ bonorum, quia ex quo promissio & bonorum obligatio ponitur in eadem oratione, & determinatur ab eodem uerbo, verba ꝑdicta referuntur ad vtrunq;. l. doli. in prin. de seruo corrupt. cũ ibi notatis per Bar. & l. mulieri & Titio. & ibi per Bar. post Dy. de cond. & dem. & facit, quod notat Bar. in l. cum filio. in fine, de legatis. 1. per l. hæres. §. vxori. de leg. 3. Et sic apparet, quòd 6 † in casu isto quilibet recognoscit dominum in solidum, & ꝙ est etiam obligatus ad pensionem in solidum. Et propterea nihil obstat, quo minus inter eos fieri possit alienatio & diuisio, adiudicando etiam uni rẽ in totum, quia & isto modo facilius est permissa diuisio emphyteusis, ut est casus in l. communi diuidundo. in princ. ff. com. diuid. quę etiam loquitur indistincte & sic tam de illa, q̃ de nouo est concessa, quam de hæreditaria. & si dicatur, ꝙ ille tex. loquitur in fundo uectigali, qui potest indistincte alienari sine consensu domini. d. l. si domus. §. fin. & in l. 1. C. de fund. patri. lib. 11. istud conceditur, sed ea rõne in tali fundo alienatio permittitur, quia ad quemcunque vadat, ille tenetur fisco ad pensionem. l. fi. C. sine cen. vel reliq. & l. Imperatores, de pub. & ideo conceditur alienatio, quia fit sine fisci prę iudicio, secundum Bar. in d. §. fi. & in l. fi. C. de iure emphy. & in l. si finita. §. si de uectigalibus. in 2. q. prin. de damno infec. & in l. 1. §. quod autem. de superficie. ergo & in casu nostro per diuisionem potuit in totum vni assignari, ex quo ille ex pacto ad pensionem obligatus est in solidum, & ex hoc sequitur, ꝙ ẽt de iure communi inter dictos fratres potuisset quęlibet alia alienatio fieri sine consensu domini, quia semper habet locum ratio Bar. qui etiam consuluit pro eadem parte. s. ꝙ diuisio ualeat domino irrequisito, & prout etiam tenet late Ale. in consi. 7 7. 5. vol. concor. de quibus ibi per eum. Sicut † ergo in huiusmodi diuisione non fuit de iure communi cõsensus domini necessarius, nec etiam in alia alienatione, quia non interest domini, ut dixi, sic ẽt non fuit necesse inuestituram petere hoc casu intra tempus, de quo supra, quia etiam quantum ad hoc domini non interest. & habent locum rationes prędictæ, quoniam ser Franciscus est expresse confessus, hec bona esse de iure ecclesię, & sic illi non potuit mouere quęstionem dominii, nec in totum, nec pro parte, & ad totam pensionem potuit conueniri, quia ad illam se obligauit in solidum, nec etiam interesse potuit ecclesię ratione laudemii seu capisoldi, quia ubi petita fuisset inuestitura & concessa, laudemium isto casu non e- 8 rat debitum quia non soluitur † neque debetur, quando mediante diuisione res alienatur ex eo, quia necessaria fuit alienatio, secundum Guliel. & Barto. not. in d. l. & ideo de cõdi. fur & per l. fi. C. de litig. & in auth. de litig. §. j. & per leg. per diuersas. C. man. Nam & idem est in fundo vectigali, qui (ut dixi) potuit uendi sine licentia domini, quia illi non infertur preiudicium & ideo etiam emptor non potest cogi ad nouam recognitionem uel ad nouam inuestituram, ut probatur in d. l. 1. C. de fund. patri. & per multas leges illius tituli. & in l. fi. C. sine cẽ. vel reliq. Et quemadmodum quando res transit ad comprehensos in inuestitura de nouo non debet peti, neque laudemium solui, secundum Salic. in dicta l. fin. C. de iure emp. sic etiam nec isto casu, in quo militat eadem ratio. Et propterea bulla debet in-

intelligi, quando interest ecclesiæ, vel interesse potest altero de prædictis modis, quod successor inuestiatur, quia illa recipit interpretationem a iure communi. c. cum dilectus. de consuetud. & l. 2. C. de noxa. secundum quod, ut dixi, in inuestitura non est necessaria, quando successor etiam singularis obligatur ad pensionem, prout est in fundo vectigali, cum ratio, quæ allegatur in illo, locum habeat specialiter in casu nro propter expressã obligationem in solidum factam per dictos fratres. ¶ Secundo principaliter portio. d. Baptistæ non incidit in commissum ob 9 inuestituram non petitam, † quia inter dictos fratres habebat locum ius accrescendi, & quod post emolumentum quæsitum pôt per contrahentes induci pacto expresso & tacito. c. 1. & c. fi. de feu. Marchiæ, & per Alex. consi. 17. 5. vol. quod autem in casu isto intentio contrahentium fuerit, quod utriq; in solidum emphyteusis concederetur, satis euidenter demonstratur. Et primo pro utriusque filiis fuit recepta & concessa, per quod distributiuũ vtriusque, dr̃ attributa res cuilibet in solidum, & p consequens inter filios prędictorum habet locum ius accrescendi, vel non decrescendi, secundum Bal. in §. filia uero. de succes. feu. & Bal. & Sal. in l. 1. C. quan. non peten. par. & per Alex. in consi. 30. 1. vol. & hoc etiam fatetur Pet. de Anch. in d. consi. 246. Sicut ergo 10 actum est, † quod inter descendentes ius accrescendi habeat locũ ita credendum est, quod idem fuerit tacite actum quo ad ipsos fratres inuestitos, & quamuis hoc tantum forte nõ sufficiat ad cõiecturandum uoluntatem contrahentium, per eã quæ dicit Pe. de Anch. in d. consi. & quem sequitur Alex. in d. consi. 13. tamẽ alia uigens coniectura etiam concurrit, quoniam quilibet dictorum fratrum fuit obligatus in solidum ad pensionem. Sicut ergo onus fuit impositum in solidum, ita etiam commodum intelligitur cuilibet in solidum concessum. Nam etiam uidemus, quod ex qualitate oneris iniũcti declaratur, ex qua parte grauatus ad legatum uocetur, & prout quisque grauatur, intelligitur quilibet honoratus. l. utrum. §. fi. de reb. dub. & l. quoties. ad Treb. & bene facit tex. in §. illud. insti. pro socio. qui loquitur in contractu, & in quo etiam tacita mens attenditur, & ex coniecturis probatur. l. triticum, de verb. obl. Et propterea ex prædictis saltem simul iunctis intelligi debet, quod concessio facta fuerit utrique in solidum, & per consequens, quod quilibet dicatur in solidum inuestitus. l. sicut in annos. quando di. vsusf. leg. ced. & per Alex. post Bar. in d. l. si mihi & Titio. Inter istos ergo potuit fieri diuisio, & quælibet alienatio etiam iure communi nõ requisito domino, secundum Ale. in d. l. si domus. §. fi. & Aret. in d. l. qui Romæ. §. duo fratres. col. antepe. Et non fuit etiam necesse ser Francisco pro parte fratris nouam inuestituram assumere, quia de illa usque ab initio fuit inuestitus quia est quo ad totam rem in inuestitura cõprehensus, alia inuestitura nõ fuit necessara, quia domini non interest per ea, quæ sunt in præcedentibus dicta, sicut etiam inuestituram petere non fuisset necesse, si portio fratris per eius mortem ad illum peruenisset, quia ex inuestitura iam facta ad illum pertineret, & illam partem iu 11 re proprio consequutus fuisset, quia † illud mihi obuenit per ius accrescendi, dicor habere iure meo. l. si mihi & tibi. in prin. de lega. 1. & ibi not. Bald. & Moder. & idem probatur in l. si in testamento, de uulg. & pup. & ibi etiam no. Bal. Ang. & alij; vbi etiam ad propositum tamen decidunt notab. quæstionem. Tertio etiam ex alio potest portio do. Baptistæ a successoribus ser Francisci auferri eo prætextu, quod inuestitura non sit petita, quia 12 † ex quo ser Francis. est mortuus, & filii eius, antequam dominus declarauerit rem in commissum cecidisse, non potest amplius hoc declarare, nec dicta bona uendicare, secundum Rap. Cuma. in consi. 169. Prælatus, &c. per not. in l. fin. C. de reuo. donatio. & in cap. fin. de don. & in l. omnimodo. C. de inoffic. test. & ita potest intelligi. c. 1. §. insuper. de prohi. feu. alie. per Fed. Actio. enim ad pœnam, & ad uindictam contra hæredem non transit. l. si eum. §. qui iniuriarum. si quis cau. leg. penult. de in ius uoc. l. 1. de priui. delic. & l. j. C. ne ex delic. defun. allegat etiam. l. rei iudicatæ. §. 2. solut. matr. & quod habetur in l. eius qui delatorem. in prin. de iure fis. & non tantum hoc locum habet in feudo secundum eum, sed etiam in emphyteusi, quia emphyteuta non cadit ipso iure, nisi dominus uelit, ut no. in l. 2. si ager vectig. vel emphy. pet. & in l. 2. C. de iure emphy. Cum ergo ista conditio non extiterit in uita prædecessorum, hæc pœna, quæ nondum commissa erat, sed ueniebat committenda, nõ dẽt ad hæredem transire, quemadmodũ si veniret per sententiam committenda a paritate rationis, & apparet ex iuribus præalleg. Et si dicatur, quod bulla disponit, vt non petentes inuestiturã ipso facto cadãt ab oĩ iure suo, & sic quod añ mortẽ emphyteutæ pœna erat iã cõmissa, & nõ hñt locũ pdicta, ẽm Bal. in d. §. insuper. & Car. in d. c. fi. de dona. Ad istud rñdetur, quod licet bulla dicat, quod ipso facto cadat, quia tñ, vt dixi, recipit interpretationẽ a iure cõi, intelligitur tñ, si dñs voluerit, sicut iura, quæ dñt, quod feudũ ob feloniã ipso iure reuertatur ad dñm intelliguntur dño volente. Et ppea ẽt tũc si ante mortem nõ pcessit declaratio, hñt locũ pdicta ẽm Bal. in l. fi. C. de reuo. do. & idẽ vult Im. & Barb. in d. c. fi. de dona. & sic in hoc prædicti ɔcordant cum Raph. in d. consi. p rõnẽ, quã ipse allegat, & tenet ɔtra Bal. in d. §. insuper. Est verũ, quod d. Abb. in d. c. fi. vr̃ velle, quod hoc sit uerum, si dñs sciebat se hr̃e potestatẽ reuocandi, & si habuit tps ad reuocandũ, & idẽ vr̃ Imo. sentire, p no. ibi p gl. an qui in casu ecõuerso, videlicet, qñ dñs feudi moritur anteq̃ reuocet, distinguit inter scientẽ & ignorãtẽ, & prout distinguit in addi. Spec. in tit. de feu. §. nũc dicamus. in 1. addi. magna. & Iaco. de Belui. Bal. & Alua. in c. 1. quib. mod. feu. amit. & Cyn. in l. 1. C. de reuo. do. & Sali. in l. fi. C. de adult. & Ro. & Alex. in l. rei iudicatæ. §. 1. sol. ma. & Aret. in consi. 13. ad fi. Sed dici potest, quod opi. Ioan. 13 And. & sequaciũ pcedit † qñ post culpã vasalli vel emphyteutæ mortuus est dñs, viuente uasallo uel emphyteuta ante declarationẽ, vt. s. si fuit sciens, dicatur remisisse delictũ, secus si fuit ignorans, & iõ tunc hæres domini habebit facultatem reuocãdi, quia regulariter actio ex delicto transit ad hæredẽ. l. 1. de priua. delic. & hac rõne deberet ẽ transire, quis dominus fuisset sciens. sed iõ non transit, quia ista est quædam pæna extraordinaria, & contra regulas iuris, ẽm quas a contractu non potest discedi. l. sicut. C. de act. & ob. & l. post perfectam. C. de do. quæ sub mo. & ita declarat Imo. & mod. in d. c. fi. de don. Sed quãdo vasallus vel emphyteuta moritur ante reuocationem, & declarationem domini, ut in casu nostro, tũc non potest eius hæres priuari, ẽt si dominus fuit ignorans, quia morte delinquentis extinctum fuit delictum, & actio ex delicto non datur contra hæredem, d. l. 1. de priua. delic. Nam ius declarandi competens domino, & ius uendicãdi oritur ex delicto, & sic delictum hoc non purgatur per actionem descendentem ex contractu, sed extra contractum, ideo non competit contra hæredẽ delinquẽtis, ut declarat Bar. in d. l. 1. circa prin. nec isto casu loquitur Io. And. & sequaces, sed in casu econuerso, in quo, ut patet p pdicta, est diuersa rõ. & iõ do. Abb. in d. c. fi. in hoc vr̃ minus recte sentire, quia Io. An. quã alleg. non loquitur isto casu. & ppea Cuma. in d. consi. indistincte vult, quod per mortem vasalli uel emphyteutæ expiret pœna caducitatis, non quidem ea rõne, quia pæna intelligatur a domino remissa, quia hoc esse non posset, si ille ignoraret. l. si mater decedens. C. de inoff. test. Sed ex eo, quia morte delinquentis absolute extinguitur delictum, & agi non potest contra hæredẽ ex dispositione legis. d. l. 1. de pri. de li. & l. j. C. ne ex deli. defun. Nec ẽt Io. in additio. prædicta, qui in fin. format. q. qñ uasallus prius est mortuus, distinguit inter scientem & ignorãtem. Et istud ẽt facilius esse debet in casu nostro cum hæc pæna committatur de iure speciali & contra regulas iuris, ut dixi, quia si restringitur hac ratione ex parte dñi, ut scilicet ad eius hæredem non transeat, si fuit sciens, prout trãsire debere secundum regulas iuris. d. l. 1. dẽt ẽt restringi & nõ ampliari ex parte delinquentis, & prout ampliaretur, si contra eius hæredem transiret actio, quando dominus fuit ignorans, cum aliàs ex delicto defuncti non possit contra eius hæredem indistincte agi, ut in iurib. pręalle. & ideo qua ratione ex parte dominĩ ad eius hæredem non transit actio, quando fuit sciens non debet etiam transire contra hęredem emphyteutæ, etiam si dominus fuit ignorans. Nec obst. quod actio ex delicto transeat etiam contra hæredem, quatenus ad illum peruenit. d. l. 1. & in sti. de perpe. & tẽp. act. §. si tamen. & §. sed si hæredib. quia ista bona non peruenerunt ad hæredes ser Fran. qui non petijt inuestituram ex isto delicto, sed ex contractu pręambulo, i. ex diuisione, quę fieri potuit iure permittente, & ita in specie respõdet etiam Io. An. in d. c. fi. Vltimo, ut etiam tactum reperio, nõ potest dici, hæc bona ad ecclesiam fuisse deuoluta propter inuestituram non petitam, quia ut dicitur a 60. ann. citra, & post dictam diuisionem. d. ser Fran. & descendentes eius ut emphyteutę

14 teutæ soluerunt canonem, & † ideo si allegetur renouatio uel inuestitura de nouo concessa ex dicta diuturna præstatione, ꝑsumitur, ꝙ renouatio, uel quod inuestitura facta fuerit de nouo, secundum Bal. Angelū. & Imo. in l. qui in alie. in prin. de acqui. hære. & Bal. in l. si certis annis. C. de pac. & in l. 1. C. de fideic. & Spe. de loc. §. nunc aliqua. uersi. 132. & Sali. in l. cum de in rem verso. de vsu. & Alex. qui loquitur in terminis nostris in consi. 50. in fi. & in consi. 124. 5. uol. post prin. qđ præcipue in casu nostro habet locum cum de modico præiudicio ecclesiæ agatur, quæ rem deuolutam non potest pro se retinere, sed cogitur ex dispositione bullæ, illam alteri concedere, & ideo ubi de modico præiudicio agitur, semper operatur dictum effectū diuturna præstatio, secundum Bar. in d. l. cum de in rem uerso. & in disputatio. Mulier habens, &c. & omnes in d. l. si certis annis. & pœna caducitatis etiam ex alio intelligitur remissa, ex quo omnes emphyteutæ & uasalli per proclama generale sunt requisiti ad accipiendum inuestituram de uoluntate domini, secundum Alex. in terminis in consi. 79. in fi. uerb. 1. uolu. per plura, de quibus ibi per eum. In hoc tamen præcipue vim non facio, casu quo appareat prius alios de istis reb. fuisse inuestitos tanquā de reb. caducis. & ꝑdicta procedunt quantum ad partem. d. Bapt. quo uero ad partem. d. Bernar. quę est quarta totius. certo certius est, quod illa non cecidit in commissum ob inuestituram non petitam a fratre, quia respectu portionis paternæ, hoc est dimidiæ totius locum habebat inter eos ius ac-

15 crescendi, quia † quoad illā partē emphyteusis erat paterna, in qua ius accrescendi habet locum, sicut in feudo paterno, ꝓm Bar. in d. l. si mihi & Titio. de ver. obl. & cum quo transit Aret. ꝙ rńdet ad ea, quæ cōtra Bar. opponuntur, & idem tenet Alex. in d. l. si domus. §. fi. in fi. & est cōis opi. Secūdo ꝗa prædicti fuerūt inuestiti pro se, & utriusq. eorū filijs, &c. cū natura illius distributiui vtriusq. sit attribuere rem cuilibet in solidū, ut est dictū, ꝑ notata ꝑ Bar. in l. hoc art. in fi. de hære. instituen. & ꝑut concedit & fatetur etiā Pet. de Anc. in consilio superius allegato. & Alex. in cōsi. 13. in vlti. dubio. 5. vol. Et propterea cum ꝑ mortē dñi Bernardini eius portio accreuerit fratri, uel ad eū ꝑtineat per ius non decrescēdi, dr̄ illā partē capere iure proprio & tanquam uocatus ex inuestitura, d. l. si mihi & tibi. in princ. cū ibi notatis per Bal. & Doc. de leg. 1. & in l. si testō. de vulg. & pupil. & ibi ēt ꝑ Bal. Ang. & alios, & est ēt superius tactū, & in hoc nō video dubiū. Et per ꝑdicta ēt satis clara colligi pōt rńsio ad allegata in contrariū, quia dum primo negatur, ꝙ inter dictos fratres hēt locū ius accrescēdi, superius cōtrariū est probatum. Et dato ēt ꝙ ita sit, tamē non fuit isto casu necesse inuestituram petere, quia ecclesiæ non potest aliqua ratione interesse, ut superius est deductum plene, & quia per mortem emphyteutæ pęna caducitatis est extincta mediante tacita remissione, si dominus fuit sciens, uel quia delictum est extinctum ex legis dispositione, etiam si fuit ignorans, & quia ex diuturna præstatione præsumitur, ꝙ intra tempus debitum fuerit facta renouatio, uel inuestitura de nouo, & quod omnia fuerint solenniter acta. Vnde concludendum est, prout ex præmisis colligitur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Bona præsumuntur concessa in emphyteusim perpetuam, si a priuato fuerunt concessa, secus si ab ecclesia, usque in tertiam generationem, quando per triginta annos uniformis soluta fuit pensio.*

2 *Nemo potest sibi ipsi esse obligatus.*

3 *Res censuaria ipsi censuario locari non potest, quia cum pleno iure sit dominus, rem propriam conducere non potest.*

4 *Emphyteusis, uel ad longum tēpus locatio simpliciter facta pro se, & successoribus, intelligitur de masculis.*

5 *Quando non apparet, an quis sit emphyteuta, uel censuarius, ex cessatione solutionis a iure suo nunquam cadit.*

6 *Censuarius in dubio quis esse præsumitur, qui tametsi per mille annos non soluerit, a suo tamen iure non caderet.*

7 *Quando pro annua pensione conceditur omne ius, quod quis habet dicitur contractus censualis, & uerbum pensione, exponitur, id est censu. & nu. 9.*

8 *Solutio per 30. annos facta facit præsumi rem in emphyteusim fuisse concessam, si tanquam ab emphyteuta fuit facta, non si simpliciter.*

10 *Locatio cuiquam facta pro se, & successoribus suis in perpetuum de re ecclesiæ dicitur censualis, non emphyteutica, quia in emphyteusim usque in tertiam generationem tantum potest concedi.*

9 ceſſionum prædictarum emphyteuticarum, &c. quia † ergo eſt habita relatio ad præcedentes inueſtituras, & ab obligationem ex illis deſcendentem, intelligitur facta noua conceſſio cũ eiſdem qualitatibus, ſm Bar. in l. ſi quis ſeruum. § ſi. de leg. 2. & in l. 1. de recept. & in l. ſanctio legum. de pe. & quamuis in aliquibus alterata ſit natura primæ inueſtituræ per ultimam, tñ hæc ultima retinet naturam primæ in his, in quib. ab illa non reperi tur receſſum expreſſe, & per cõſequens ius accreſcendi dẽt habere, locum, etiam uirtute dictæ relationis. Nam & ubi renouatio uoluntaria non eſt in aliquo diuerſa a prima, iõ cenſetur facta cũ oĩb. qualitatibus primæ, ſecundum Bart. in d. l. ſi mihi & Titio, quia uidentur contrahentes habuiſſe reſpectum ex tacita relatione ad primam, & ubi noua continet pacta ceſſat tacita relatio, ideo cenſetur noua conceſſio. Si ergo & ultimo caſu relatio expreſſe ſit facta ad primam in his tñ, in quibus aliter diſponitur a prima, intelligitur receſſum, & in aliis nõ, quia mi lita rõ, de qua in præcedenti caſu, & quia alterando naturam primæ in aliquib. in cæteris vr̃ voluiſſe a prima ab eius qualitatib. diſcedere. l. quæſitum. §. deniq;. de fun. inſtr. Quãtum vero ad ſm dubium in ordine, in quo dr̃, ꝙ Baptiſta alienare potuit ex licentia de alienando ſibi cõceſſa ab abbate, & cui etiam frater conſenſit, pro hac parte facit, qđ no. Bart. in l. qui Romæ. §. duo fratres. de ver. ob. in 12. q. ubi concludit, ꝙ ſi fratres in diuiſione dederunt ſibi licentiam alienandi, ꝙ ſequuta alienatio ne non poterit moleſtari ab altero, quamuis res eſſet ſubiecta fideicommiſſo, & illius eſſet purificata conditio, & ſic quantũ ad ipſam rem alienatam intelligitur ſibi in fideicommiſſo conditionali præiudicaſſe, quamuis aliud ſit quo ad precium rei, & de quo loquitur, & intelligit Bart. in l. q̃ dotis. ſol. mat. & in l. ſi fundum per fideicommiſſum, in prin. de leg. 1. & ita ꝑ no. per Bar. in loco præalle. in terminis uult Alexan. in conſi. 186. in-

10 cip. Viſo & mature diſcuſſo, &c. ubi concludit † quòd ſi vnus ex pluribus fratribus alienauit emphyteuſim ex licentia alterius ſibi conceſſa in diuiſione, quòd non poterit poſtea ille, qui conſenſit mortuo fratre emptorem inquietare, & alleg. etiam not. per Iaco. de Aret. Bald. & Imo. in leg. dotalem. ſolu. mat. qui uolunt, ꝙ ſi vaſallus, vel emphyteuta rem alienauit pleno iure conſentiente domino, quod uidetur dominus ius ſuũ remiſiſſe, quia ergo conſenſit Diamans licentiæ fratri conceſſæ per abbatem, uidetur ꝙ poſt alienationem non poſſit habe

11 re regreſſum mortuo fratre. Et vbi etiam † non conſenſiſſet expreſsè, quia tamen fuit præſens, & non contradixit, ſed tacuit habetur pro conſentiente ratione coniunctionis, & conſanguinitatis. leg. ſi ſeruus communis. de dona. inter uirum & vxo. & prout uoluit Bart. in d. leg. quæ dotis. etiam ſi agatur de præiudicio iuris realis. Sed præmiſsis non obſtantibus contrarium arbitror uerius. Nam ex ſola licentia abbatis certũ eſt, ꝙ Diamanti non præiudicatur, quin mortuo fratre poſſit bona alienata uẽdicare, ut probatur in c. 1. đ alie. feu. pr̃ai. operaẽ

12 † ergo ſolũ dicta licentia, ꝙ uiuente illo, qui alienauit, valeat alienatio, ſed illo mortuo reſoluitur in fauorẽ fr̃is ſuperuiuentis, & licet ille tex. loquatur in feudo, idem tamen eſt in emphyteuſi, ſm Ale. in terminis in conſ. 106. 3. vol. inci. Viſo themate &c. Et ſimiliter non põt excludi Diamans prædictus, quia conſenſerit, quia iſtud falſum. Nam utriq; eſt data licentia alienandi in inueſtitura certo mõ & ſub certa forma, quilibet ergo licentiam pro ſe recepit, & ſeu licentiæ ſibi conceſſæ vnuſquiſq; conſenſit, non autem alter conſenſit licentiæ conceſſæ, & datę fratri ſuo, quia adinuicem nihil egerunt, nec inter ſe contraxerunt, ſed ambo cum abbate contractum inierunt, & quilibet ꝑ parte emphyteuſim ab eo recepit. l. reos. §. cũ in tabulis. de duo re. & in l. 1. C. ſi unus ex plur. ap. Nec fuit neceſſe, ꝙ aliquis eorum conſenſerit abbati danti dictam licentiam alteri quia potuit abbas ſolus illam concedere in præiudicium ſui, & uiuente illo qui alienaret. d. c. 1. Et ſic non ob. quod not. Bar. in l. cum pater. §. libertis. de leg. 2. & quod no. Bal. in l. ſi liqueat. C. de inof. dona. & in l. ſi conſtante. §. ſi uxor. ſol. ma. cum cõcor. de quib. ibi per Alex. quia prædicti loquuntur, quando actus non pote rat

rat geri cum effectu sine alterius consensu, ꝙ est secus in casu nostro. ideo non est præsumendum, ꝙ alter eorũ voluerit remittere ius suum, ex quo capi põt alia coniectura. l. cum de indebito. de proba. l. si cum aurum. de sol. Nec etiam præsumitur

13 consensus ex sola præsentia cum taciturnitate, quia licẽtia † de alienando per abbatem concessa, intelligitur sine ꝑiudicio tertii, iuris interpretatione. l. 2. §. merito. & §. si a principe, ne quid in loc. pub. vbi est quasi casus. Cum ergo licentia prædicta ordine saltem intellectus habuerit hanc interpretationem, sequitꝰ ꝙ ad præiudicium præsentis & tacentis consensus non præsumitur, quia cõsensus, qui ex præsentia & taciturnitate præsumptiue causat̃ ſm naturam actus ꝓcedentis limitatur & restrin-

14 git l. fi. C. nõ nume. pecu. Præterea est † aduertendũ, ꝙ licẽtia de alienando fuit expressa in casu isto per illum modum, ꝑ quẽ inest, qñ fuit actum, ꝙ abbas prius interpelletur & aliis ꝓferretur, & vbi emere nolit ꝙ in alios alienari possent, ꝓut et de iure fieri potuisset, si talis licentia exprese concessa nõ fuisset. l. fi. C. de iur. emphy. iõ quantum ad hoc, de quo agitur, talis expressa licentia nihil operatur. l. 3. de leg. 1. & l. non recte. C. de fideiuſ. & etiam in dubio præsumendum est, ꝙ eo modo quo inest, facta sit expressio, secundum Pau. de Cast. & Alex. in d. l.

15 3. Nec est inconueniens, ꝙ † mediante tali interpretatione superfluitas resultet, quia hoc toleratur, qñ illud, quod inest, exprimitur, secundum Are. in l. liber homo. §. decem. de verbor. oblig. Nec obst. allegata in contrarium, quia (vt ex pręmissis colligitur) negat, ꝙ Diamans licentiæ concessę per abbatẽ expresse consenserit, vel tacite, tunc enim potuisset sibi præiudicare, si consensisset expresse, quia tunc esset certum, quod voluisset sibi præiudicare, & non dubium. Et similiter ex pręsentia cum taciturnitate diceretur tacite consensisse, quando constaret, ꝙ licentia ab abbate in eius præiudicium fuisset concessa d. l. si seruus communis. quæ isto casu loquitur, s. quia præsumitur, ꝙ abbas licentiam concesserit sine alterius præiudicio. d. §. merito. propterea tacitus consensus ulterius non porrigitur. d. l. fi. C. de non nume. pecu. & quia (ut fertur) etiam opponitꝰ non esse probatum, ꝙ Baptista, & eius pater possederint petias terrarum, de quibus agitur, in hoc non puto insistendum, ꝗa per plures testes aperte probatur contrarium, & idem etiam probatur ex instrumento renouationis factæ Baptistæ & fratribus, ibi, tenutam, & possessionem dictarum petiarum terrarum, quam ipsi fratres de Balasijs conductores antedicti hẽnt, eisdem fratribus & eosdem fratres in ipsa tenuta, & possessione plenissima confirmans ipse reueren. d. episcopus, &c. per ꝗ uerba confiteri videntur dicti fratres possidere. l. optimam. C. de contrahen. & commit. stip. & quæ confessio nocet singulari successori ipsius Baptistæ, ex quo præcesserat alienationem ab eo factam. l. si mater. §. fi. de exce. rei iudic. & per no. per Bar. in

16 leg. superatus. in fi. de pign. & probari potest etiam ex † instrumento uendicionis factæ per Baptistam. in quo adest constitutum, quo mediante emptor confiteri uidetur, quod uenditor possidet, secundum Ange. in leg. quædam mulier. de rei uen. Ex quibus omnibus concludo, fuisse male iudicatum & bene appellatum. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *L. si unquam. C. de reuc. dona. non habet locum in renunciatione hæreditatis pro certa quantitate facta, quæ dicitur repudiatio quod est uerum, quando fit sine pacto, & stipulatione, ut infra sub nu. 8.*

2 *Renunciatio & repudiatio hæreditatis non differunt, & repudiatio non est donatio, ideo sicuti. l. si unquam. non habet locum in repudiatione, ita nec in renunciatione.*

3 *Donatio reuocatur liberis superuenientibus, quia donans uerisimiliter non cogitauit de liberis, unde si iurauit nõ contrauenire ex causa etiam incogitata, non reuocabitur etiam illis superuenientibus nu. 10. & 11.*

4 *Remedio. l. si unquam. renunciari potest, immo etiam cum iuramento. 12.*

5 *L. si vnquam, non habet locum in donatione ob causam, nisi quatenus sapit causam lucratiuam. nu. 15.*

6 *L. si unquam. habet locum siue fuerint donata omnia bona, siue pars eorum, aut etiam una res particularis notabilis tamen æstimationis, etiam si in donatione fuerit interpositum iuramentum. 7.*

8 *Renunciatio sororis, quam de hæreditate facit fratrib. stipulantibus pro se, & hæredibus, dicitur donatio, & non repudiatio, & præsumitur prius adiuisse, & postea renunciasse, & sic donasse. nu. 6.*

10 *Solennitas, quæ interuenit in renunciatione, liberatione, & quitatione facta fratribus a sorore, intelligitur etiam interuenisse in tacita aditione quę de necessitate resultat ex ea.*

11 *Renunciatio quam facit filia de hæreditate patris adhuc uiuentis, non dicitur donatio, cum prius adita uideri non possit, & consequenter non respiciat ius quæsitum, sed quærendum.*

13 *Promissio de non contraueniendo ex causa etiam incogitata, intelligitur rebus sic stantibus, & ex causa etiam incogitata de præsenti.*

14 *Donatio causa mortis dicitur, si quis donat post mortem, & promittit non contrauenire, quia hæc uerba debent intelligi secundum naturam actus super quo interponuntur, & reb. sic stantibus, id est nisi reuocetur.*

16 *Soror minor renuncians fratri paternam hæreditatem, et illi remissionem, & finem faciens, metu reuerentiali inducta presumitur, & illius prætextu renuntiatio reuocari potest.*

17 *Metus reuerentialis presumitur, quando adest læsio enormis, et si non præcesserint minæ.*

18 *Iuramentum appositum in renunciatione per metum reuerẽtialem extorta non obligat ipso iure nec ligat.*

19 *Soror amplum patrimonium pro parua quantitate fratri renuntians, ab eo dolo seducta præsumitur, dolus enim in uolentem & scientem committi potest.*

20 *Iuramentum debet habere tres comites, videlicet ueritatem, iustitiam, & iudicium.*

21 *Iuramentũ debet relaxari, quando fuit præstitum a muliere minore, & enormiter læsa, & quæ illi renunciauit a quo gubernabatur, & cum quo habitabat, et in cuius persona uerisimiliter cadebat metus reuerentialis, etiam si arguatur dolus tantum reipsa, & non ex proposito.*

22 *Vniuersitati bonorum quando renunciatur per mulierem minorem data sibi certa quantitate, quæ non ascendat ad dimidium æstimationis dictorum bonorum, tunc renũciatio illa, seu donatio potest infringi, etiam si interuenißet iuramentum, secus ubi donaßet certam speciem, uel quantitatem, & iuraßet non contrauenire.*

23 *Licet dubium sit, an minor, qui iurauit non contrauenire, possit petere absolutionem a iuramento, & uenire contra contractũ, mulierem tamen minorem, quæ præsumpto errore, et præsumpta fragilitate sic iurauit, uerisimum est, illam petere posse.*

24 *Minor læsus in contractu cum iuramento celebrato potest absolute ab ipso iuramento absolutionem obtinere, & contrauenire.*

25 *Clausula illa, promisit non contrauenire ex aliqua causa cogitata & non cogitata, non tollit facultatem con cedendi absolutionem a iuramento, quia mulier præsumitur ea facilitate dictam clausulam apposuisse, qua uniuersitati bonorum renunciauit.*

26 *Si in instrumento præcessit refutatio per errorem præsumptiuè facta, omnes renunciationes post eam in eo appositæ ab eodem errore processiße intelliguntur.*

27 *In donatione facta a minore sine iusta causa, nihil operatur authoritas iudicis, curatoris, & propinquorum, illa enim non cadit super donatione.*

28 *Dolus re ipsa tantum sufficit indistincte, ut minori concedatur absolutio a iuramento.*

29 *L. fi. C. si maior fact. & c. no habet locum, quando minor fuit læsus, dolo, etiam si dolus probetur tantum ex enormi læsione, & sic re ipsa.*

30 *Habilitatio a iuramento ad finem agendi potest concedi sine partis citatione.*

31 *Facultati decl arandi nullo tempore præscribitur.*

32 *Mala fides nedum impedit, sed etiam interrumpit præscriptionē etiam actionis.*

33 *Mala fides defuncti nocet etiam eius hæredib. etiam in præscriptione longissimi temporis. nu. 35.*

34 *Stante enormi læsione, ex qua resultat presumptio doli, præscriptio*

ptio non currit, quod procedit nedum in renunciatione ipso iure reuocata, sed etiam in reuocanda absolutione petita, quia titulus rescindibilis non praestat iustam causam praescriptionis.

CONSILIVM CLXX.

DE tribus est per ordinem videndum. Et primo, vtrum renunciatio, & quietatio istarum mulierũ reuocetur per superuenientiam liberorum. Secũdò dato ꝙ non, an saltem retractari possit nõ obstante iuramento, petita praesertim absolutione a iuramento. Tertio, utrũ eis obstet aliqua praescriptio. Circa primum uidetur prima facie dicendum, ꝙ reuocatio non sortiatur effectum per superuenientiam liberorum. Et primo, ꝙ licet propter liberos de nouo susceptos, donatio facta extraneo reuocari soleat. l. si unquã. C. de reuo. dona. & per ea quae habentur in c. fi. de dona. hoc tamen non videtur habere locũ 1 † in renunciatione haereditatis facta pro certa quantitate, quae repudiatio dicitur. l. fuit quaestionis. de acquir. haere. & l. licet. si quis omis. cau. testa. §. 1. in addit. incip. Vbertus, &c. vbi dicit, ꝙ si pater dat aliquid filiae, quia renunciauit haereditati maternae, ꝙ talis renunciatio dicitur repudiatio, per d. l. fuit quaestionis. C. de suis & legi. haere. & confirmatur, quia inter renunciationem, & repudiationem haereditatis non est differentia, ſm Iac. de Are. Cy. & Bal. in l. sicut. C. de repu. haere. quicquid ibi dicat Pau. de Castr. quem Alex. reprehendit. Cum 2 † igitur. d. l. si vnquam, loquatur de donatione, locum non habet repudiatione, quae non est donatio. l. si sponsus. §. si maritus. de don. inter uir. & arg. l. qui autẽ. in prin. de his quae in frau. cre. & per Bal. in l. illud. C. de sac. san. eccle. facit text. in d. l. si unquam. in uer. reuertatur. ex quo colligitur, quod loquitur de eo qui trãsfert, ius quaesitum, & non in illo, qui renunciat iuri quaerendo, & propterea tanquam exorbitans, & contra regulas iuris. l. perfecta. C. de do. quae sub mo. non debet extendi ad istum casum, & bene probatur per id, qđ not. gl. fi. in c. quamuis. de pact. in 6. quae relata ad tex. uidetur, ꝙ filij non possint uenire contra renunciationẽ matris factam patri de eius haereditate, dum nuptui tradebatur, quae gl. intelligitur, quando filij essent haeredes matris, & sic patet, ꝙ per superuenientiam liberorum nõ fuit talis renunciatio reuocata, aliàs filij haeredes matris non prohiberentur contrauenire, & est de mente Doc. communiter, in l. pactum. C. de col. & Bar. & aliorum, in d. l. qui superstitis. ubi concludunt, ꝙ filij ex persona matris uenire non possunt contra renunciationem eius factam secundum formam. d. c. quamuis. & ita per praedicta tenet Alex. in cons. 29. inci. Praeclare, & subtiliter, &c. col. vlt. 3. vol. videlicet, ꝙ d. l. si unquam. locum non habeat in renunciatione haereditatis. Secundo principaliter 3 † pro hac parte facit, quia donatio ideo superuenientibus liberis reuocatur, quia, quod donans de liberis cogitauerit, non praesumitur. Verisimiliter cum non fuisset donaturus, vbi de illis cogitasset, ut per omnes in dict. leg. si unqnã. & per Bart. in leg. Titia. §. Imperator. de lega. 2. & per Docto. in d. c. fi. quae ratio cesat in casu nostro, quia cum iuramento promisit non contrauenire ex aliqua causa cogitata, & incogitata, &c. & sic constat, ꝙ uoluit, ꝙ etiam locum haberet in casu non cogitato, & consequenter etiam liberis superuiuentibus. Nam licet in dubio dispositio contrahentium ad incogitata non trahatur, secus tamen est, quando uerba cõtrahentium aliter & alliud significant, secundum Bar. in l. Aurelio. §. Caius. de liber. lega. per l. cũ Aquiliana. & ibi etiam per Bart. de transactio. & no. gl. in l. de his. eod. tit. & vr̃ casus in l. sub praetextu. & ibi omnes Doct. C. eo. & per Bar. in l. fi. §. idem quaesiit, de condi. inde. & per Alex. consi. 11. secundo uol. & 4 † maxime hoc ꝓcedit, cum renunciari possit remedio d. l. ſm Bar. in d. §. Imperator. & Doct. communiter in d. c. fi. & in l. 1. C. de inof. do. cui ꝑ 5 dicta verba renunciare videtur. Tertio † cessare videtur dispositio. d. l. si unquam. quia dicta renũciatio est facta ob causam, id est, quia dicti fratres congrue dotarunt dictas sorores, & ꝙ certa onera in se susceperunt, in qua donatione ob causam locum non habet. d. l. si unquam. ſm Bal. & Mod. in l. 1. C. de pa. & Bal. & Ang. in d. l. si unquam. & Old. cõsi. 5. Titius dedit &c. & Ro. in l. si pater. §. fi. de dona. & in l. si vero. §. de viro. 38. fall. so. mat. & Roma. consi. 29. in fi. Alia etiam plura pro hac parte possent allegari, quae omittuntur, quia ex inducendis apparebit solu. ad quae etiam per Doc. respondetur tam in locis allegatis, 6 quam allegãdis. Sed praemissis non obstãtibus, puto † dictam renunciationem & liberationem reuocatam esse ipso iure per superuenientiam liberorum. & hoc per tex. in d. l. si unquam. secundum communem intellect. quae locum habet siue donata sint omnia bona, siue pars eorum, aut etiam una res particularis notabilis tamen aestimationis, secundum Bar. in d. §. Imperator. & Bald. in d. l. si unquam. & Imo. in d. c. fi. & Rom. in l. si cum vel in utero. C. de test. mili. & cuius legis dispositio similiter sibi locum uendicat, quamuis in donatione interpositum 7 sit iuramentum, quia † conditio tacita, videlicet, si liberos non susceperit, quae dicitur inesse donationi simplici extante mente defuncti, inest quoque ipsi iuramento. l. fina. C. de non nume. pecu. l. si. qui satis. cog. & ita tenet Bar. in d. §. Imperator. ubi refert se ita consuluisse cum multis aliis, & idẽ tenent Bald. & Sal. in d. l. 1. C. de inoff. don. & Ioan. And. in addi. Spec. in rub. de dona. & in ti. de instr. edi. §. porro. in vlti. addi. & Doct. c. fi. ex quibus concluditur, quod dicta renũciatio, quae est donatio, reuocatur per superuenientiam liberorũ, quicquid dixerit Gulliel. in d. l. si cum vel in utero. quorum rationib. rñdet Are. in consi. 269. non est dubium, ꝙ donatio, &c. Non ob. allegata in con- 8 trarium, & primo † ꝙ ista renunciatio sit repudiatio & non donatio, per l. fuit quaestionis. de acqu. haere. & per alia in contrarium allegata, quia immo fuit donatio, quia istae mulieres fratribus stipulantibus pro se, & haeredibus perpetuum finem, & remissionẽ fecerunt, ex quo igr̃ iste actus, & gestus fuit cũ patre, datur intelligi, ꝙ non est repudiatio, quia aliud est repudiare, & aliud est contrahere, quando repudiatio solo consensu repudiantis fieri potest, finis autem & liberatio requirit consensum duorum. l. 1. de pac. & ideo dicit Bal. in l. si actionem. C. de pact. quod aliud est repudiare, & aliud facere pactum de nõ petendo, & liberare. Ex quo infert, ꝙ soror si uni ex fratribus tantum renũciat, & illum liberat, ꝙ illi tm̃ dicat donasse, & non re- 9 pudiasse, quia omnibus accresceret, ad hoc ergo † ut hoc dictũ Bal. quod est verissimum, procedat, oportet dicere de necessitate, quod dictae sorores paciscendo, & finem ac remissionem faciendo consentur per prius adiuisse, & postea liberasse, ac finẽ fecisse, & sic donasse, quia sine aditione praecedente haec fieri non potuissent. l. illud. de acq. haered. & ita praedicta no. in terminis tenet Pau. de Cast. in consi. 312. Viso puncto suprascripto, &c. ubi subdit, quod dicta tacita aditio, quae resultat ex hoc actu, pro reddendo ipsum ualidum non operatur ultra dictũ effectum, & sic tanquam haeredes effectae non potuissent conueniri a creditoribus haereditariis. arg. l. fi. C. ne vxor pro mar. & de iti. act. priua. l. 1. §. Iulianus. & sic quo ad quid reputatur adiuisse, & quo ad quid non, per no. in simili per Bar. in dispu. debitor in diem. & in l. gerit. antepenultima colum. versi. venio ad quartum principale, &c. ibi dum dicit, & hoc uerum si ipse 10 vel eius haeredes dicant se habuisse, &c. & quamuis † sine certa solennitate a statuto requisita adire non potuissent, tamen ex quo interuenisset in ipsa tacita aditione, quae de necessitatẽ resultat ex eo, per Bar. in l. gerit. in fi. de acq. haered. vbi concludit ꝙ minor, qui authoritate tutoris facit actum, qui fieri non poterat citra ius & nomen haeredis, videtur adire cum authoritate eiusdem, idem etiam tenet Bal. in l. potuit in fi. C. de iure deliber. & Pau. de Cast. consi. 214. In casu, quae vertitur, &c. sicut uidemus, quod iudicis decretum operatur etiam circa id, quod est consequens, quamuis non necessarium ad actum, sup quo interponitur, ut est tex. not. in l. si pupillorum. §. 1. de reb. co. & no. Bar. in auth. hoc ius porrectum, prope fi. C. de sac. san. eccl. & probatur in l. tutor. rerum. cum ibi no. per Bar. de admi. tut. & facit gl. in l. 3. §. sed vtrum. de minori. igitur eo mõ decretum, & aliae solennitates porrigi debent ad antecedens necessarium. quando ergo quis simpliciter renunciasset haereditati sine pacto, vel stipulatione, admittendum esset, ꝙ ille actus contineret repudiationem, & ita intelligi debet allegata in contrariũ, secus quando liberauit, & finem fecit per pactũ & mediatẽ stipulatione, quia intelligitur tunc adiuisse, & deinde donasse, se- 11 cundum Pau. de Ca. in d. consi. Non ob. † no. in c. quamuis. de pact. in 6. & ꝑ Alex. in d. consi. 29. quia illud locum hẽt, quando filia renunciauit paternae successioni, adhuc viuenti, quo casu non potest uideri prius uiuentis haereditas adita. l. qui superstitis.

ftitis.de acquir.hær.& consequenter non potest dici renunciatio iuris iam quæsiti,& sic nec donatio,sed simplex renunciatio iuris quærendi,quæ non est,nec esse potest dona.d.l.si spōsus.

12 §.si maritus de do.inter uirum & uxorem.Non ob.† dum ēt secundo dicebatur,ꝙ donans noluit donationem reuocari liberis etiam susceptis,ex quo promisit non cōtrauenire ex aliqua cā etiam incogitata,quia in primis dici potest, ꝙ hæc verba videntur continere quandam renunciationem.ad d.l.si unquam cui non vr̄ renunciari posse,ex quo emanauit in fauorē tertii, id est filiorum,quamuis etiam iuramentū interuenerit, ẜm Io. And.in addi.Spec.in tit.de instru.edi.§. porro.in vlt.additio.& Old.in consi.137.Quidam habens unicam filiam. & Sali. in d.

13 l.si vnquam.& Roma.in consi.169.Secundo † & uerisime respondetur,ꝙ dicta promissio de non contraueniendo ex causa etiam incogitata,intelligitur rebus sic stantibus , & ex causa etiam incogitata de præsenti tamen.l.quod Seruius . de condictio.ob cau.& ibi no.& maxime Bar.& per Bar.in l.qui Romę §.duo fratres.in 6.quæstio.de uerb.oblig.Nec refragatur,ꝙ ꝓmiserit non contrauenire præsenti,vel in futurū,quia (vt dixi) etiam isto casu intelligitur reb.sic stantib.& ex cā de præsenti , ẜm Bar.& Doc.in d.locis,vbi expresse loquitur, q̄n promissio referebatur ad futurum, vel verba eius significabant extensionem de futuro,& eandem conditionem.s.rebus sic stantibus , recipit etiam iuramentum interpositum super dicta renunciationē.c.quemadmodum,de iureiur.& in d.l.fi.qui satis.cog.noua igitur causa superueniens prout superuenisse dicitur liberis de nouo susceptis,dicta promissio de non contraueniendo nō obligat,tanquam de ea non fuerit cogitatum, nec ad talem casum trahitur generalis renunciatio,etiam si in specie legi renūciari posset,quia in ea uenit,quamuis in specie uerisimiliter nō fuisset concessurus.l. obligatione generali.de pig.l. fi. C. q̃ res pig.obli.pos.iuncta.l.cum acutissimi.& l.generaliter.§.cum autem.C.de insti.& per Bal.in specie in d.l.i.q.pe. C. de inoff.dona.& probatur per rōnes allegatas per Rom.in d.consi.ubi idē tenet,& facit,quia tales renunciationes recipere debent conditionem scilicet si liberos non habuerit, quam recipit ipsa donatio,ut no.glo.in l.si patronum.de his quæ in fraud.patro.& est tex.in l.fi.C.de consti.pec.quam allegat Bal.in l. si absentis. C. de consti.pec.quam allegat Bal.in l. si absentis.C.si cer.pet. Ad

14 confirmationem omnium prædictorum † optime facit,quod not. uoluit Bald. in l.cum quis.de condi.ob cau.vbi quærit , si quis donet post mortem,& promittat non contrauenire , an dicatur donatio causa mortis,& post quam arguit ad partes, tādem concludit,ꝙ dicatur donatio causa mortis.Nec ob. dicta verba,quia debent intelligi secundum naturā actus,super quo interponuntur.leg.si stipulatus.de vsur.& rebus sic stantibus , & sic nisi reuocetur.d. leg. quod Seruius. & sic vult explicite , quod dicta renunciatio intelligatur rebus sic stantibus,ut dixi, & recipiat conditionem , quam tacite recipit actus,super quo interponitur . Nec obst. iuramentum,quia non extendit consensum , & recipit omnes dictas conditiones, ut dixi , & declarat Aret. in dict. consil. 24. & Oldr. consi. 239. Cum mulier, &c. & 278. Licet quantum, &c. vbi etiam declarat,quòd iuramentum super donatione non impedit, quominus reuocetur. Non obst. postremo, quòd donatio ob causam non re-

15 uocetur per superuenientiam liberorum , quia † quatenus dicta donatio ob causam sapit causam lucratiuam,in ea locum habet. d. leg. si unquam. unde si quis pro modico precio vendat rem ualentem longe plus animo donandi, reuocatur per superuenientiam liberorum , quatenus sapit donationem , & uoluit Cyn. in leg. j. C. de pac. & sequitur Bald. in 2. colum. & Fulg. clare , & est aperte de mente Barto.in leg.non usque. ff. si quis a pa. fuerit manu. vnde in casu nostro ultra illud, qđ est datum in dotem , dicitur esse pura donatio,& habet locum. d. leg. si unquam. & cum Cyn. & Bald. in d.leg. 1. tenet etiam Roma. in leg. si quis cum aliter. in 7. colum. de uerbo. oblig. quia secundum eum,quando circa idem duo contractus cōcurrunt,illa species præualet,quæ est potentior,arg.leg.quæritur. de stat. homi. & quod not. Bart.in leg. Aristo.de dona. & Abba. in cap. ad quæstiones. de rer. permu.facit etiam , qđ dicit Bar.in consil.161.ibi,In nomine domini,proponitur,quod syndicus , &c.in fin.ubi concludit, quod quando res magni ualoris conceditur pro modico , dicitur concessio facta ex causa lucratiua,& appellatur beneficium, & idem est de mente Bar. in l.si mihi & Titio.& ibi clarius per Alex.& Arc.de uer.oblig. & facit etiam,ꝙ vult Sali.in l.1.C. de dona. ante nup. ubi dicit ꝙ reciproca donatio inter proprie,& ita in casu nostro consultum sepius vidi ꝑ Doc.& excellentiss.Hinc etiam uidemus, ꝙ ubi pater ob merita donat filio,ꝙ in eo,in quo excepit merita, non ualet tanquā simplex,& mera donatio,ẜm Bar.in l.frater a fratre.in ulti.col.de condi.indebi.& Bal.in l.si donatio. C. de colla,cū concor.de quib.ibi per Moder. ex quib. omnib.cōcluditur,ꝙ finis,& remissio facta a dictis mulierib.de liberis non cogitantib.censetur reuocata per superuenientiā liberorum,& hæc quoad primū dubium sufficiāt.Nō omitto tñ, ꝙ reperio Alex.cōsuluisse,ꝙ dicta l.si unquam.locū hēt in casu nostro in eo,in quo ultra dotē recepit mulier, ꝑ no.per Cy. Bald.& Ful. in d.l.j.C.de pac.& per Bar.in d.l.non vsq. & per Bald.in d.l.si unquam.& per ea quæ habetur in d.l.si donatione,ꝙ consiliū non est impressum,& incipit,Redemptoris, &c. Consideratis his,quæ in themate narrantur.Circa secundā dubitationē,posito ꝙ non habeat locum d.l.si unquam.an saltem posit liberatio,& quitatio rescindi non obstante iuramento maxime petita absolutione a iuramento,& quamuis materia sit periculosa,& ambigua propter uarias Doctorū opiniones , tamen puto,ꝙ istis mulieribus ex simplici capite succurri posit,& omissis argumentis ad partes,ut multiloquium euitetur,dico quod

16 † talis remissio , & finis in primis rescindi pōt prætextu metus reuerentialis , tanquam dicto metu fuerit inducta a fratrib.ad faciendū dictā remissionē & finem.Nā considero,ꝙ istæ mulieres erant mulieres,& minores,& quia mulieres habent iudiciū inualidum,& quia minores imperfectū, ẜm Bal. in rub. C. de rer.permu.igitur fuerunt enormissime læsæ,ut colligitur ex themate.l.quid.n.si vera.pro soc. & ibi Bart. igitur in muliere nō dēt cadere metus,qui caderet in constantē uirū,sed est satis ꝙ sit talis,qui caderet in constantē mulierē,ut singulariter dicit tex. in c. cum locum.de spon.& sic in hoc sexu,uelut fragiliori metus præsumitur facilius.Quib.sic stantib.quēadmodū præsumitur in patre metus reuerentialis.l.1.§.quæ onerādæ.quare act.non det.& traditur in l.ad inuidiā.C.ꝙ met.cau. & in l. interpositas.C.de transac.& in c.cum matrimonij.de offic.deleg.eodē mō præsumitur,ꝙ istæ mulieres minores,& parentibus orbatæ renunciauerint metu reuerentiali fratrū,cū quibus habitabant,& a quib.gubernabantur,quia istis concurrentib. est eadē rō,quæ militat in patre,& probatur in l.1.in fi. in ver. vel similē.C.si qua præd.pote.& in l.j.& ibi per Bal.C.si rec.ꝑuin.& melius in l.j.in uerb.domorū.C.ne lice.poten.& ibi per Bar.vbi habetur,ꝙ prohibitio pœnalis illius.l.contra implorātem suffragiū potentis,verificatur ēt in officiali suo & domestico,quia subest eadem ratio timoris,& probatur in l.rei iudicatæ.cū l.seq.sol.ma.vbi priuilegium concessum marito ratione reuerentiæ maritalis verificatur in socero,cui eadem reuerentia debetur,& ita per prædicta in fratre maiore,& sic in terminis consuluit Are.in d.consi.24.& ēt ex eisdē consultum vidi ꝑ clarissimū,& integerrimi iudicij virum dominū Io. Baptistam Caccialupū,ꝙ liberatio, & absolutio facta per puellam sororibus suis nuptis,a quib.& a maritis earū gubernabatur,diceretē exorta metu reuerentiali.Sed prædictæ conclusioni duo viden

17 tur non mediocriter obstare,& primo † quia metus reuerētialis non præsumitur,nisi præcedāt minæ,ẜm Bar.in d.§.oneradæ.& in d.l.ad inuidiā. & in l.interpositas.cū concor. de quib. per Alex.Itē vr̄,ꝙ præsentia iudicis & coniunctorum facit cessare ꝑsumptionē dicti metus,vt per Bar.in d.l.j.C. de pac.& in l.transactionē.C.de transac.Ad quæ respondetur,ꝙ illa procederent,quando cessaret enormis lęsio,sed quia enormiter lęsæ fuerunt,nō cessat ex ꝑdictis præsumptio metus,alijs,etiam de quibus supra,concurrentib.ut no.concludit ,& declarat Pa. de Cast.in cōsi.177.contra superius cōsulta.& d.Io.Bap. in d.cōsi. ubi vltra allegata per Pau.qui allega.l.j.§. persuadere. de seruo corrup.mouetur per no.per Bal.in c.j.quali.debe. uasa. iur. & per Io.And.in c.j.de præscr.in 6.& per Bal.in c.j.in uer.pactiones.de prohi.feu.aliena.per Fed.& q̄dam alia ,de quibus ibi ꝑ eum,& quæ omnia etiam hoc allegantur per Areti. in d.consi. quamuis ipse Are.ad allegata in oppositum non respondeat,sicut respondet Pa.de Cast.quem non uidit,& quem nō allegat, & ita etiam per hæc in casu nostro consultum uidi per d.Bartholo-

tholomæum Socinum præceptorem meũ. Nec ẽt prædictis ob. ꝙ prædictus metus nõ præsumatur ex hoc, ꝙ quis dederit ma gnum pro modico. d. l. interpositas. ẽm vnam lec. & ibi ꝑ Bar. & Doc. quia hoc procedit alijs coniecturis cessantib. de quib. supra. & in hoc prolixius me nõ extẽdo, quamuis facillime pos sem, quia allegata per Pau. de Cast. & Are. in dictis consilijs fa cillime uideri possunt, ex quib. aperta responsio colligitur ad omnia, quæ in contrarium possent obijci, hoc igitur stante ꝙ 18 † per metũ reuerentialẽ præsumatur extorta dicta liberatio, di ci potest, ꝙ iuramentũ non obliget ipso iure, nec liget per tex. in authẽ. sacramẽta puberũ. C. si aduer. ven. & ibi hoc tenent communiter legistæ, & in c. quamuis. de pac. in 6. a cõtrario sẽ su, & ita in terminis decidit Ang. in l. fi. C. qui satis. cog. & Abb. in c. cum contingat. in 6. casu principali. de iureiuran. & in sua disp. Statuto ciuitatis Senarũ, &c. in ultimo dubio in 6. casu. & quamuis loquatur, quando in contractu non est seruata for ma requisita a statuto, & sic quando contractus per statutũ est reprobatus, tamen idẽ est in casu nostro, in quo contractus est a iure reprobatus, q̃a non potuit curator dari ad donandum. Nec super contractu ex cã lucratiua potuit authoritatẽ præsta re, nec iudex decretũ interponere, ẽm Bal. in l. 1. C. si aduer. do. vel ad minus est indubitanter concedenda absolutio, ẽm do. Ant. & Imo. in c. cum contingat. & d. Ant. in consi. 47. & Pa. de Cast. in d. consi. & Cald. in c. j. de iureiur. & Pe. de Anch. in plu rib. consilijs mox allegandis. Secundo principaliter defendi pos 19 sunt † dictæ mulieres a prædicta renunciatione iurata, ex eo quia præsumitur, ꝙ a fratrib. maiorib. fuerint dolo seductæ ad ita renunciandũ, cũ pro parua quantitate renunciauerint am pliori patrimonio. l. si superstite. ibi, si læsa es in modica. C. de do. põt ẽt dolus in uolentem committi, & scientem. s. quando per calliditatem solicitata est persona. l. 3. §. si quis uolẽtem. de lib. ho. exhi. ver. sed si uolens, &c. & in l. j. §. 2. ibi, persuadere. de seruo corrup. Talis. n. dolus fratrũ maiorum, qui eas guberna bant, & quib. est renunciatum, præsumitur interuenisse in eo, qđ sibi utile fuit, & puellis valde damnosum, & ideo iuramen tum ex parte recipientis est turpe, & relaxandum, ut quasi in terminis vult Pau. de Cast. in d. consi. qui loquitur in renuncia tione in maioribus, & fortius in casu nostro in puellis orbatis parentibus & renunciantibus in manibus fratrum maiorũ ex 20 alia vxore. Nam † iuramentũ dẽt habere tres comites, s. ueri tatem, iustitiam, & iudicium. c. tua nos. & c. 5. de iureiur. quib. in casu nostro caruit, cum pro modico renunciauerint, & eis a quib. defendi & nõ spoliari debeant, & ꝙ sit relaxandum con 21 currentib. his, de quib. in casu nostro, videlicet, † q̃n fuit ꝓstitũ a muliere, & minore, & interuenit enormis læsio, & renũciauit ei a quo gubernabatur, & cũ quo habitabat, & in cuius ꝓsona verisimiliter cadebat metus reuerentialis, ẽt si arguatur dolus tñ reipsa, & nõ ex proposito, tenet Pau. de Ca. in d. consi. & d. Ant. in c. cũ cõtingat, & ibi, d. Abb. in 6. & in 10. casu, & in di cta dispu. & d. Ant. in cons. 40. Domina Honorabilis. & Pet. de Anch. in c. 1. q. 10. de consti. & in dispu. inci. cũ. C. laicus. & in re gula, accessorium. de reg. iur. col. 12. & in c. ea quæ, eo. tit. c. quã uis. de pac. in 6. ubi refert ita consuluisse in ciuitate Senarum. & idem tenet in terminis Calde. in tit. de iureiur. ꝓsi. 8. & Are. consi. 83. colum. 2. qui sequitur opi. Pet. de Anch. in locis prę dictis, quem etiam sequitur in l. qui superstitis. de acqui. hære. & sic patet, hanc opin. esse communẽ in istis terminis, quam ẽt tenet Imo. in d. c. quãuis. q̃n nõ apparet, ꝙ dicta puella habue rit scientiã ualoris patrimonij, cui renunciauit, sicut in hoc ca su non habuit, nec habuisse pręsumitur. & hæc opi. præsertim est uera ex quo istę mulieres non donarunt certam quantita tem, vel certam speciem, quo casu procedũt, quæ habentur in auth. sacramenta puberum. C. si aduer. uend. & in l. 2. C. de re scind. vend. & in c. pen. de empt. & uend. Sed donauerunt uni uersitatem bonorum recepta parua quantitate, ideo isto casu rescindi debet donatio & remissio, nisi ostendatur, quod ha buerint notitiam æstimationis dictorum bonorum, & ita di stinguit, & concludit Alexan. in d. consil. non impresso, cuius uerba hic formaliter subijcio, ex quo eius copia non habetur communiter. Redemptoris nostri inuocato suffragio, conside ratis his, quæ in themate narrantur, & visis his, quæ allegan tur, & valde prolixe scripserunt celeberrimi. d. consulentes Perusini, dicam in unoquoque dubio. Et primo circa pri mum, de quo quæritur, an renunciationes factæ per d. comi mitissam Laurã dictis suis sororib. Antoniæ, & Bartholomeæ, & seu filiis, & heredib. d. Antoniæ de bonis tam paternis quam maternis, & aliorum minorum suorum possint infringi, puto ꝙ sic. Primo, quia non sumus in casu, in quo do. Laura certam quantitatem vel speciem donauit, aut de ea renunciationem fe cerit, unde ubi donasset certam speciem, vel quantitatem, & iu rasset non contrauenire, ut fecit, quamuis eẽt minor, tunc nõ posset petere restitutionem in integrum per auth. sacramenta puberum. cum glo. 2. nec etiam tunc habet locum remedium. l. 2. C. de rescin. uen. quia non conuenit contractui donationis taliter factæ. non enim tunc est læsio, quia scienti, & uolenti nõ infertur deceptio. l. cum donationis. C. de transac. l. 1. §. fi. de a ctio. empt. & in proposito no. Doc. in d. l. 2. nec potest tunc al legari defectus solennitatis in minore, propter dictum iuramẽ 22 tum, ut in præalleg. auth. sacramenta. Sed q̃n † donatur vniuer sitas bonorũ a muliere minore, seu renũciatur vniuersitati bo norum, & iurium data certa quantitate mulieri minori, q̃ quã titas non ascendit ad dimidiam dictorum bonorum, vt fuit in casu nostro, tunc dico, ꝙ nisi constet, dictorum bonorum, pos sit infringi dicta renunciatio, & donatio, quamuis interuene rit iuramentum in forma instrumenti notata. Nam mulier, & minor sunt ꝓsonæ, quę q̃n sine cã, vel cum cã iniusta aliquid fa ciunt, præsumitur ex fragilitate, & simplicitate facere. l. cum de indebito. post prin. de proba. & no. Bal. in l. 2. in 4. q. C. de resc. uendi. vñ etiam si tunc minor iuret, saltem ei est relaxandum iu ramentum, & potest a contractu discedere, quia iuramentum dr̃ tunc eẽ captiosum, & iniustum, ut no. Bal. in rub. C. de rer. ꝑ mu. uer. igitur quæritur, donatio, & c. quia ẽm eum, licet iura mentum repræsentet cum maiorem quo ad hoc, ut non requi rantur solennitates, quæ requirentur in contractibus minorũ, tamen iuramentum non facit eum sagacem & prudẽtem, & ꝙ ex simplicitate, & fragilitate præsumatur, dictam minorẽ fecis se donationem & renunciationem ꝑdictis, & etiam absque cer ta scientia patet, quia etiam pręsumitur ignorasse vires patri monii sui, & æstimationem dictæ uniuersitatis bonorum cum esset patrimonium diffusum, ut not. Bald. in dict. leg. 2. C. de rescin. uend. saltem cum fuerit talis contractus ualde præiudi cialis, & damnosus minori, ut no. per glo. Barto. & alios, in leg. quisquis. C. de rescin. uend. & per Ang. & alios post eum in l. si quis cum aliter. de uerb. oblig. & Io. de Imo. in c. cum con tingat. de iureiu. in 3. membro. post mediũ, quæ rõnes cessant, ubi constaret, ꝙ minor certam quantitatem, puta centum au reorum ex aliqua iusta causa donasset seu renunciasset non di screte, quia non posset dici, ꝙ per errorem aut simplicitatẽ fe cisset. Nã tunc irreuocabiliter teneretur, per no. in auth. sacra menta. Confirmatur, quia uidemus, ꝙ quando in donatione interuenit error, habet tunc locum remedium. d. l. 2. & no. Bar. in d. l. si quis cum aliter. in vlt. col. in ea. q. qua quærit, quid si in contractu uenditionis dictum est, & illud plus, quod valet, de dit, & donauit, &c. vult ẽt Bar. in d. l. 3. & dicit expresse Bar. in d. l. si tibi. in prin. ff. de pac. ꝙ quando in contractu dicitur, & il lud plus, quod ualet, donat eidẽ, non dr̃ esse vera donatio, nec facta ex incerta liberalitate, quia ignorat, quid donat, & etiam fit respectu alterius contractus & non per se, per id, quod legi tur & no. in l. si tibi. in prin. & ibi nõ. Gul. de Cu. & ita fuit in ꝓ posito, quia Laura donauit omne id, quod ad eandem pertine ret ultra dictam summam trium millium florenorum, si ergo d. Laura minor simplicitate, & fragilitate, & errore per ꝑdicta nõn potest dici, quin sit circumuenta, & enormissime lęsa, ergo dẽt posse contrauenire saltem obtenta absolutione a iuramen 23 to, ut inquit Bal. in d. rub. & sic dato ꝙ † dicamus, ꝙ minor, q̃ iurasset non contrauenire, non posset petere absolutionem a iuramento, & uenire contra contractum, in quo dubitant Do cto. maxime Mod. in c. pen. de empt. & vend. & in d. c. cum con tingat. & in c. quintauallis. eo. tit. tamen in muliere minore, quę præsumpto errore, & præsumpta simplicitate, & fragilitate, ita renunciauit, & donauit, verisimum est, ꝙ possit petere absolu tionem a iuramento, & contrauenire, ne iuramentũ sit iniqui tatis uinculum. c. 5. de iureiur. 13. q. 4. inter cætera, & quia in ta li casu iuramentum non hẽt tres comites, videlicet, veritatem, iudicium, & iustitiam. 22. q. 2. animaduertendum. c. & si Chri stus. de iureiur. in auth. ꝙ eis. cum ibi no. C. de nup. merito ab

solutio

solutio debet ei cōcedi ꝑ prædicta bñ facit quod legit & no.in c.si vero.& in c.verum.de iureiur.hanc partem tenet Imo.in c. quamuis de pac.in 6.vbi circa illud,quod ibi tenet Pet.de Anc. referens se sic cōsuluisse Senis,&c.ꝙ non ualeat renunciatio facta per puellam cuidam patruo suo de hæreditate patris ualente quinque millia pro quingentis, quia est dolus re ipsa, & sic non debet obligare,ſm eum,per illum text. vel saltem secundum cum dēt dari absolutio,per no.in d.c.si vero.& potissime propter imbecillitatem ætatis ſm ipsum.Nam dicit Imo.ibi,ꝙ istud posset esse uerum,si ignorabat vires hæreditatis,sed si sciebat,tunc cessant rōnes Pet.de Anch. quia scienti,& uolenti nō infertur dolus, & sic iuramentum tunc nō esset iniquitatis vinculum,& cum eo videtur concordare Domi.de S.Gemi.in d.c.

24 quamuis.& ita † etiam, ꝙ minor in contractu celebrato cum iuramento si est læsus,absolute posiit obtinere absolutionem a iuramento,& contrauenire,consuluit Pe.de Anch.consi.79.incip.Visis diligenter actis,&c.in fi.& in cōsi.357.incip.In supra dicta quittatione,&c.& in sua dispu.incip.cum.C. laicus.& reliqua.ista sunt formaliter verba Ale.in d.consi.in primo dubio, qui punctualiter decidit casum nostrū,& non est facienda parua uis,cum dicat eē verissimum,quod concedi debeat absolutio,sicut ex uerbis suis supra relatis apparet.Nec obs. authoritas iudicis,& consensus consanguineorum in casu nostro , qa (vt dixi) supra allegando Pau.de Cast.in dicto consi. nō facit cessare præsumptionem fraudis vel erroris,& simplicitatis , ex quo apparet, de enormi læsione,quia,ut etiam ipse dicit, ꝓbatio,de qua constat per euidentiam facti,præualet omni alii ꝓbationi,iuxta no.per Bal.in l.contra negantem.C.ad legem Aquil.Nec ob.clausula, ꝙ promisit non contrauenire aliqua cā

25 cogitata,& non cogitata,quia † talis clausula,& similes nō tollunt facultatem concedendi absolutionem, quia qua facilitate præsumitur mulier minor renunciasse vniuersitati bonorum eadem facilitate præsumitur apposuisse dictas clausulas. l. doli clausula.uers.aduersum,de noua. & propter quā præsumitur, ꝙ uitium,quod est in ꝑcedentib.sit in sequentib.d.vers. diuersum.& per Doct.in l.2.C.quod met.cau.& per Cy. in l.si cautione.C.de non nu.pec.& per Bar.in l.fi.§.idem quæsiit de condi.inde.& in authen.si quis in aliquo in pen.q.C.de eden. & ēt per Alex.in consi.vl.in vlt.col.1.vol.plus dicit do.Ant.in dicto c.cum contingat.cum quo ibi transit do.Abb.ꝙ etiam si promisisset non contrauenire rōne enormis læsionis, ꝙ adhuc nō esset deneganda absolutio,quia ex quo quis contrahit,eum actualiter non dicitur eē sine dolo & fraude. Areti.l.si quis cum sciret. de vsucapio.pro emp.& in l.2.quarum rerum act.nō detur.vñ cum fraus sit ex parte recipientis, iura talibus iuramētis non assistunt,& ita dicit cōsuluisse,& idem tenet in d.c.quintauallis.& Pe.de Anch.in d.dispu.late.d.Abb.præalleg.dispu.in 9.casu,& pulchre ad propositum ꝑ d.Ant.in d.consi.45.Domina Honorabilis.in vlt.col.ad confirmationem prędictorum facit,quod in terminis dicit Bar.in consi.90.Dilecto.d.Franci-

26 sco. in fi.ubi dicit, ꝙ † si præcessit refutatio facta per errorem præsumptiue,ꝙ omnes renunciationes appositæ post eam in instrumento intelliguntur processisse ab eodem errore , & sic vitiantur,per d.leg.doli.ver.diuersum. & ultra prędicta dico, quòd etiam authoritas iudicis,& propinquorum nihil opera-

27 tur,quia † minori donanti sine iusta causa non potest nec per iudicem,per curatorem,aut alios authoritas pręstari , quæ super donatione non cadit,cum donare sit perdere , & sic re ipsa appareat,quod interponitur perperam,& sine causa, ſm Bal. no.in d.l.1.C.si aduer.dona.ex prędictis etiam apparet non obstare,quod uoluit Alex.consi.40.ad fin.& in consi.125.1.uol. vbi videtur contra Pe.de Anch.velle,ꝙ dolus re ipsa non sufficiat,vt minori concedatur absolutio a iuramento,qa non loqtur in muliere minore, quæ donauerit uniuersitatem bonorū seu illi renunciauerit pro modico , sed casu quo cōtractus fuit celebratus super certa re , & similiter patet responsio ad ea , quę allegat idem Alexan. contra Pet. de Ancha. in leg. stipulatio hoc modo concepta.de verb.oblig.dum adducit no.in d.c. pe.de empt.& ven. quoniam in consi. supra relato, ad istud respondet Imol.& Alex.in d.l.sustinet indistincte opin.Pet.& il-

28 lam † dicit esse æquam, & quod dolus re ipsa etiam indistincte sufficit,ultra allegata superius tenet etiam Pet. de Ancha. in consi.48.Pro clariori.ubi allegat hoc teneri per Ioan.Andr. Vincentinū in c.cum ꝯtingat,& in consi.180.Visis diligenter. &c.& in consi.331.Visa facti narratione, &c. & in consi. 341. Visa copia,&c. & in consi. 383. Retento ordine dubiorū,&c. Sed vnū vr̄ obstare ꝑdictis,qa ex quo donationi factæ in ętate minori non contradixerunt , prædictæ mulieres post ætatem maiorem in 10.ann.inter præsentes,& in 20.inter absentes,videntur maiores factæ tacite ratificasse,& consequenter ex hoc capite videtur, ꝙ nō possint contrauenire ut uidetur esse casus in l.fi.in fi.C.si maio.fact.ra.habuerit. sed ad istud respondet ,

29 ꝙ illa lex non † habet locū,quando minor fuit dolo læsus, & si dolus probetur tantum ex enormi læsione,& sic re ipsa,sicut in casu nostro,vt ꝓbatur in l.1.cū glo.eo. titu.& in proposito no.declarat Rom.in consi.54.Visis circa id, de quo quæritur, &c.& confirmatur,quia sicut in generali mandato videtur dolus semper exceptus.l.creditor.§.Lucius.ff.manda.ita ratihabitio expressa,vel tacita non concludit,nec trahitur quoad actū, in quo dolus sit adhibitus,prout in simili no.Bar.in consi.162. In Dei nomine amen.in quæstione prædicta,&c.vbi vult, ꝙ sicut in generali mandato non venit facultas alienandi bona immobilia.l.procurator rerum.de ꝓcura.ita nec in generali ratificatione,& idem tenet Pet.de Anch.in consi. 31. Subtiliter & copiosè.in 2.col.& sic ex ꝑdictis oīb.concluditur, ꝙ istæ mulieres possint dictū finē & remissionem infringere , petita saltem absolutione a iuramento,& ad finem agendi, & quoad hoc ut

30 † de iurib.suis,id est de enormi læsione, & dolo,& fraude possint ostendere,petere possunt se habilitari per iudicem ecclesiasticum etiam parte non citata,ſm Old.consi. 120.& Pa.de Ca. in consi.216.Circa primum.& Imo.in c.debitores.de iureiur. col.9.vbi dicit,ꝙ ita seruat communis practica, & hanc partē tenet in c. 1.eod.tit.Pet.de Ancha.in consi.17.In quæstione, q̄ vertitur.& Lauren.de Rodul.in tractat.de vsu.q. 126.in fi.& expresse hanc partē tenet Rota de iureiur.8.decis.in antiq.& hæc opi.vr̄ cōis & rationabilis,quāuis aliqui contradixerint, verū est,ꝙ postquam erint habilitatæ ad agendū, ꝙ debebunt corā iudice ēt ecclesiastico probare se dignas absolutione, & ī hoc pars erit citanda,ut plene per Abb.in c.j.& in c.qua frōte.col. 6.de appell.& Lapum allegat.10.Fede.consi.303.Et per hoc remanet expedita secunda principalis difficultas. Circa tertiū dubium, uidelicet, nunquid donatores, seu eius hæredes sint tuti præscriptione,quamuis multa pro & contra dici possent, arbitror tamen, ꝙ nulla obs.ꝑscriptio. Et in primis tenendo ꝙ dicta liberatio & renunciatio sit ipso iure reuocata per d.l.si vnquam.aliqua pręscriptio non uidetur potuisse currere,quia licet donatio ipso iure reuocetur per superuenientiam liberorū, d.l.si unquam.tamē requiritur declaratio, uoluntatis ipsius donatoris,argu.no.in l.2.si ager vect.uel emphy. peta.& ita concludit Bal.in d.l.j.in ult.col.C.de inof.dona.& propterea est ī facultate donātis declarare,an velit donationem ualere , non,

31 † facultati autem declarandi nullo tempore præscribitur , ſm gl.no.quā approb.Bal.& Mod.in l.petens.C.de pact.ergo ante declarationem aliqua non est decursa pręscriptio. & faciunt

32 no.per Bar.in l.pignori.de vsur.Præterea † stante superueniētia filiorum donatarij viuentes fuerunt in mala fide constituti,quæ præscriptionem non tm̄ impedit, sed ēt interrumpit.c. fi.de ꝑscr.c.possessor malæ fidei.de reg.iu.in 6.qđ etiam procedit in præscriptione actionis,& communiter dicitur in c.fin.& in l.sequitur.§.si viā.de usucap.quicquid dixerit Bar. ibi, cuius opi.communiter reprobatur,ſm Roma.ibi, & quæ mala fides

33 nocet etiam † hæredibus dictorum fratrum casu , quo essent mortui,ut statim dicetur,& ēt dato,ꝙ d.l.si unquam.locū non haberet,prout utiq. habet,adhuc idē esset, quia(ut in præcedētibus dixi) dicti fratres quibus fuit renunciatum,fuerunt in dolo,& ultra ꝑallegata hoc clare determinat Bal.in c.j.§.item sacramenta.de pa.iura.fir.vbi ad propositum sic dicit formaliter. igitur pręsupponitur dolus contra minorem cōmissus ex enormi læsione,& quia facit venditionē de omnibus suis bonis,vel renunciat hæreditatibus sibi debitis. C.ee coll.l.pactum. Nam ex enormitate facti præsumitur consilium,&c.& sic uult explicite, ꝙ ex enormi læsione resultet præsumptio doli ex proposito,& ideo stante mala fide,non potuit currere ꝑscriptio, iuribus præallegatis.& idē tenet.d.An.in d.consi.45.Domina Ho-

34 norabilis,&c.ubi in terminis concludit, ꝙ † stante dicta enormi lęsione,ex qua resultat præsumptio doli,impeditur cursus

prę-

protestatio,& prohibitio restringit etiam arbitriũ boni viri,cũ in ea contineatur,ꝙ non audeat incidere aliquas arbores, sub quo verbo,aliquas,quælibet arbor prohibetur incidi,& sic illa etiam quæ arbitrio boni uiri includitur,per no. gl.in cle.j. de foro compe.& probatur in l. Gallus. §. in omnibus.de libe. & posth.& ibi no.Are.ex tali ergo contrauentione & inobseruantia donatarij,resoluta fuit ipsa donatio uirtute pacti,quo actũ fuit,ꝙ in hunc euentum donatio penitus euanescat,ac sit nullius roboris vel momenti fuerit,& est expressum in l. 1.ff.de dona. atq. ẽt quia illa dictio , penitus, idẽ importat † qđ dictio, omnino.l.j.C.de glad.peni.tollen.lib. 11.& Arch. in c.1.de supplen.negli.præla.in 6.& per Io. And.in c.j. de postu.præl. eo. lib. & gl.in cle.j.de præb.& Alex.in l.qui usumfructum.de ver. obli.& quæ dictio,omnino,idem significat,ꝙ ipso iure,secundum gl.in l.j.§.si pecuniam.ff.depo.& etiam donatarius cecidisset ab omni iure,ẽt absq. pacto expresso non seruando promissa,& ueniendo contra iuramentũ.l.si quis maior. C. de pac. q locũ hẽt in quolibet contractu,ſm oẽs ibi. Et propterea stantibus præmissis frustra quæritur, vtrũ reuocari possit donatio ex capite ingratitudinis,& an locũ isto casu habeat remediũ.l.fi. C.de reuo.don. & utrũ,ꝙ ibi dř. locũ habeat in donatione ob cãm, quoniam certum est,ꝙ isto casu resolute fuit donatio,de qua agitur propter pactũ expressum,& propter periurium.& quãuis etiam resolueretur demũ,si donator uoluerit,& declarauerit se uelle.l.2.de leg.cõmis.& per no.in l. & eleganter. in prin.de dolo.& in l.iurisgentium.§. prætor ait. de pact. per gl. & in l.in causæ.la 2.post prin.in uersi.maiores.de mino.nihilo minus hoc satis declarauit donator in instrumento secũdæ donationis factæ.d.Carolo & Nicodemo,in quo donãdo illis recessit a prima donatione.Et istud facere potuit nulla præcedẽte iudicis declaratione, quia licet dici soleat, ꝙ in casib.in quibus pœna committitur ipso iure.hoc tamen intelligitur si præcedat declaratio super facto,propter quod dicitur pœnam esse commissam. cap. cum secundum,de hære.in 6.& prout etiam per illum text. uult Aret.& Ioan.Andr.in c.j.de homi.eod. lib. & Alexan.in proposito in d.l.si quis maior.C.de transac.quia istud procedit in pœna legali, sed † pœna conuentionalis, de qua agitur committitur cum effectu, & ad pœnam agi potest statim,quod est contra factum,ac etiam satis,est, ꝙ in processu,in quo pœna petitur,probetur, quod fuerit contrafactum. l. hoc iure.de verb.oblig.& latius dicetur paulo post. Praeterea etiam in pœna legali non est necessaria declaratoria ad substantiã esse, sed ad executionem esse,ſm Bal.in c.1.in princi.de feud.sine cul.non amit,vbi dicit,ꝙ aut quis ratione culpæ est priuandus,aut est priuatus ipso iure. Primo casu necessaria est sñia ad esse pœnæ.l.eius qui delatorem.de iure fisci.sed secũdo casu non est necessaria ad substantiam esse,sed ad executionẽ esse,per no.per Io.An.in d.c.1. de homic. Et plus dicit Bal. ꝙ etiam executio facta non precedente dicta declaratione,nõ erit iuri contraria,per no.per Inn.in c.ex ratione. de appel. & cum Bal.transit Alex.in consi.6.in ult.colum. tertio vol.vbi ẽt dixit,ꝙ potest iudex ferendo sententiam diffinitiuam declarare incidenter Antonium cecidisse a iure suo propter inobseruantiam promissorum,quamuis etiam secundum hoc non sit necessarium,& executio facta sine dicta declaratione non esset iuri contraria per prædicta.Et alia ratione non fuit necesse ꝙ præcesserit dicta sententia iudicis declaratoria,quia notoriũ est & manifestum,ꝙ Antonius contrauenit,& ꝙ promissa nõ adimpleuit,quia de contrafactione constat ex actis,quæ faciũt notorium secundum glo.in c.significauerunt.de testi.in ver.liquere. Quando † autem est notorium,fuisse contrafactum,dicta declaratio non est necessaria, ſm Abb.in c.cum non ab homine.de iudi.& est de mente Bal.in l.iubemus. la 2.§.1.de sac. san.eccle.& idem vult Domi. in d. c.cum secundum. de hære. Sufficit ergo declaratio donatoris.secundum Alex.in d.conf.6. & ad quam declarationem non fuit necessaria citatio partis,secundum eum,quod ad hoc etiam alleg.Roma.in consi.212.In Christi nomine,quoad primum,&c. Et ex hoc sequitur, quod postquam Antonius donatarius ipso iure cecidit a iure, quod potuit donator alteri donare dicta bona , non requisito dicto Antonio, sicut quando emphyteuta cecidit ipso iure per alienationem a iure suo.leg.2. cum ibi not.C. de iure emphy. potest dominus alteri rem concedere absque eo ꝙ aliter requirat primus,ſm Bal.in c.quæ in ecclesiarum.de consti.& Alex.cõs. 44. Visa facti narratione 3.col.Nec obst.alia in contrarium allegata.Et primo, ꝙ dicatur donatio ultima facta Nicodemo & do.Carolo,sub duplici conditione,videlicet,si & quatenus a iure permittatur, & nisi obtineatur dictũ instrũm infringi posse in contradictorio iudicio , &c. quæ ultima conditio non fuit impleta,sed potius defecta,cum Antonius,contra quem fuit actum ad annullationem contractus, fuerit per iudicicem absolutus, & q̃ conditio debuit impleri simul cũ prima.l. si hæredi plures.de condi.insti.& ꝙ agi prius non potuerit.l. cedere diẽ. de uerb.signific.Et pro rñsione,præmitto, ꝙ † illa verba,in cõtradictorio iudicio,non determinãt verbũ,obtineatur,remotum,sed illa verba proxima,s.infringi posse.Cessante igitur tali relatione verbum illud, uidelicet nisi obtineatur, intelligitur, s. de iure ex legis determinatione, & nõ ꝑ sñiam hominis,hoc est,iudicis.& etiam aliàs exponitur tali casu,s.apud vel inter peritos,sicut uel simili mõ.l.pe.de lega. 1.ibi,obtinuit sñia Galli. & erit sẽsus, ꝙ si obtineatur de iure,quod importat,ac si dictũ fuisset, si constabit de iure, prædictum instrumentum infringi posse in cõtradictorio iudicio,&c. secũdũ quem sensum nõ est necessaria iudicis declaratio uel sententia,sed satis est,ꝙ cõstet de iure,instrumentũ infringi posse in iudicio,& sic sub cõditione ponitur sola possibilitas & potẽtia infringendi in iudicio,& non necessitas,& sic non est necesse , ꝙ infringatur per sententiam,sed sufficit,ꝙ de iure possit infringi.Et istud etiam probatur ex no.per Ang.Imo.& Ale.in l.ita stipulatus.la grande.de uer.ob.quia in tex.dicitur.Nec ante committetur stipulatio,quam declaratum fuerit,reum promittendi sisti non posse Ang.ibi no.ꝙ vbi stipulatio debuit committi, postquã aliquid desiit posse fieri,uidetur requirere sententiam declaratoriam, qua declaretur, conditionem impleri non posse,& ante non possit agi ad pœnam.Tamen contrarium uidetur esse verũ,ſm Ange.quia incontinenti cum certum est, conditionem impleri non posse,agi poterit,quia cessit, & venit dies obligationis.l. cedere diem.de uer.sign.Et sic satis est,ꝙ dicta declaratio fiat ĩ ꝓcessu probationis,ut sic possit deueniri ad ꝯdẽnationẽ.Sicut in simili dř in excussione bonorũ facienda ꝯ principalẽ,ut possit agi ꝯ fideiussorẽ,vel tertiũ possessorẽ, q̃a non est necesse ꝓnunciari,excussionem esse legitime factam , dummodo cõstet eã esse factam,ut no.gl.in l.pe.C.ad Tre.& Iac.de But.in auth. hoc si debitor.C.de pig.de quo per Bar.& alios,in l.stipulatio. §.habet.de ope.nou.nun. & cum Ang.transeunt Imo.& Alex. qui pro hoc alleg.l.hoc iure.de verb.oblig. in ver.exploratum. vbi probatur,satis esse, ꝙ † sit exploratum & manifestum,conditionem impleri non posse, sed probationes solæ sine sñia faciunt rem manifestam.c.cum olim.de ver.signifi.c. fi.de cohab. cler.& mulie.& in l.fi.cum gl.in verb.manifestum.C.de rebus. credi.ergo satis est, ꝙ per probationes appareat,constare actionem ad pœnam competiisse.Et ita etiam vř sentire Bal.ſm Ale. in l.cum testamento.in fi.de testam.manu.& l.si quidem C.de excep.Nec ob.tex.in dicta l.ita stipulatus.in uer. fuerit declaratum,&c.Quia intelligo declaratũ,dicit Ale.per facti veritatẽ , & non per iudicem.Et rñdet etiam ad no.per eum . Sicut ergo procedit dicta expositio Ale.ad illud verbum,fuit declaratum , & ita etiam dẽt admitti ad uerbum,obtineatur, expositio prædicta.ſm quam satis est, ꝙ a iure ita sit determinatum,absq;eo ꝙ sit taliter obtentum per sententiam.Et istud etiam uult Ale. in d.l.qui Romæ.§.Augerius de ver.obl.vbi vult, ꝙ illud uerbũ debere constitisse,verificetur,si per euidentiam probationum constet,& aliter quam per sententiã iudicis, per allegata superius,quicquid dicãt ibi Iac.de Are.& Ray.contra quos allegat etiam per Ang.nota.& per Imo.& Mod.in d.l.ita stipulatus.in no.Et si dicat,quod in casu nostro fuit expressum in contradictorio iudicio,& non simpliciter fuit dictum , nisi obtineatur & quo casu,si uerbum,in contradictorio iudicio,fuisset omissum, procedere posset, quod non esset sententia necessaria, ꝑ superius allegata.Ad istud respondetur,quoniam,ut dixi in cõtradictorio iudicio,non determinat uerbum , obtineatur , nec ad illud refertur,sed ad proxima tãtum,& ad illud,scilicet prędictum instrumentum infringi posse,& sic uerbũ,obtineatur, non determinatur a prædicto uerbo , in contradictorio iudicio,sed ab alio uerbo subaudito,quia dum dicitur,obtineatur, subauditur,de iure,uel ex iuris determinatione , & est perinde ac

ac si expresse fuisset dictū,nisi obtineatur, ẜm iuris dispositionem,& determinationem, prædictum instrumentmu infringi posse in contradictorio iudicio.Quo casu satis est constare, ꝙ possit infringi in iudicio contradictorio,& absque eo ꝙ infringatur per sententiam.Et ꝙ ita sit,ꝙ verbum,in contradictorio iudicio,non determinet verbum,obtineatur,sed solum ꝓxima prout dictum est,probatur per plura.Et primo,quia si aliter diceretur,illa verba,nisi obtineatur prædictum instrumentū infringi posse in contradictorio iudicio,&c.importarent,ꝙ debeat pronunciari instrumentum infringi posse.qui modus pronunciandi esset ineptissimus,ex quo non infringeretur,neque annullaretur instrumentum vel contractus,sed solum declararetur posse infringi.Ex hoc enim ꝙ possit infringi,nō sequit͂, ꝙ per sententiam infringatur,de cuius natura est condemnare vel absoluere,ꝙ quis debeat, vel possit condemnari.l.1.de re iud.immo vr̄,ꝙ sententia dicto mō lata non ualeat,sicut nō valet,qñ iudex pronunciat,aliquem eē condemnandum,ẜm Barto.in l.j.C.si aduer.liber.& Io.And.in Spe.in tit.de exce.§.viso. vers.porro.in addi.quæ incipit,dat intelligere.quem etiam simpliciter refert Anto.de But.in c.cum venerabilis.de exce.& idē etiam vult Bal.Ang.Imo.Rom.& Ale.in l.j.§.si quis ita.de ver. oblig.quia tractus futuri temporis non pertinent ad iudicem. l.1.in prin.de vsufr.l.non quemadmodū.de iudic.& quia aliud est cōdēnare, & aliud est pronūciare cōdēnandū,ar.d.l.1.C.si aduer.sol.& l.q̄ se dicit.de iud.& ꝑ alia plura similia,de q̄b.per in d.§.si quis ita. Debet ergo relatio fieri solum ad proximum uerbum,& non ad remotum, ne reddatur actus ineptus & inutilis,arg.l.Titia.§.idem respondit.el 1.de ver.obl.& l.seruo alieno.§.si ab impubere.de lega.j.& per notata in l.si idem cum eodem.§.fi.de iurisomn.iudic. Et etiam ex intētione præsumpta disponentis,propter quam solet induci repetitio, ẜm Bal. in l. fi.C.de lib.pręte.& in l.Titius.C.de oper.lib.& Bar.in l.Seia.§. Caio.de fund.instru.& Aret.in consi.1.col.pe.& quæ isto casu colligitur tam ex præcedētibus quam ex sequentib.iuxta.l.qui filiabus.in prin.& l.si seruus plurium.§.fi.de leg.1. Nam per illum fuit præmissa protestatio,quod non intendit discedere ab aliquo contractu aliàs inito super bonis,de quibus agitur, nisi prout iuris fuerit,& sic & quatenus a iure hoc permittatur, & quatenus dictus contractus,ut supra,infringi possit,&c.ꝑ hæc uerba apparet, ꝙ donator se retulit ad illud , quod ius uult & disponit circa recessum a dicto contractu præcedenti, & non ad illud quod declarabitur & pronunciabitur per sententiam iudicis.Et idem etiam ex sequentibus demonstratur, inquantū narrat quod dictus Antonius donatarius cecidit a iuribus suis ex contrafactionibus, &c. & sic uidetur hr̄e respectum magis ad actum ipsius donatarii,per quem dr̄ contrafecisse, quā ad actum & declarationem iudicis. Et prædicta etiam probantur ex no.per Bal.in l.1.in fi.C.de legi.hæred.vbi dicit,ꝙ accidit Pisis qō ardua de facto sub his terminis,Statuto cauetur,ꝙ frater

13 excludat sororem dotatam.† ex alio statuto cautum erat, ꝙ si frater,qui sororem excludit,decedat sine liberis & fratre cōsanguineo,uel filio fratris agnato masculini sexus, teneatur dictæ sorori relinquere dimidiam partis suæ.Accidit,ꝙ Titius habēs filiam dotatam condidit testamentum,in quo masculum hęredem instituit,& dictæ filiæ relinquit decem iure institutionis, demum dictus frater decessit relicta quadam filia condito testamento,in quo instituit agnatum, quærebatur, an filia dicti Titii deberet habere dimidiam pręd ictam.Et arguit primo Ba. uideri quod sic, quia illa uerba,masculini sexus,uidentur etiam referri ad illa uerba, sine liberis, quia verbum commune refertur ad omnia l.nam hoc iure.de uulg.& pup. & quia clausula in fine posita refertur ad omnia.cap.secūdo requiris.de app. sed Bal.refert consuluisse cōtrarium,quia quando prima clausula habet propriam & specialem determinationem, clausula in fine posita non refertur ad aliud per l.talis scriptura.de leg. 1. & quia clausula posita in coniunctione, & non absolute, non refertur, nisi ad proximum determinabile, per not. in l. 1. C. de libe.præte. Et subdit, quod ubi præcedentia sunt aduersatiua,clausula sequens respicit illud, cui probabilius adaptatur.Et si est dubium, respicit vltimo loco dictum. allegat. d.l.si idem cum eodem.§.fin.de iuris.om.iud. Sicut ergo in casu Bald.illa verba, masculini sexus,qualificant personas proximas,& nō liberos decedentis prius nominatos, ēt sub eodem contextu verborum, ita etiam,& multo magis,est idem in casu nostro.in quo cōcurrunt alia,de quibus supra.Et cum Bal.etiā ad propositum transit Alex.in consi.48.vol.1.vbi ēt ad hoc allegat alia plura,quæ ad casum nostrum possunt adaptari commodè, quæ aliter non refero,quia pręmissa puto sufficere. Et sic per prædicta patet, ꝙ etiam vltima conditio,sub qua facta fuit ultima donatio,fuit impleta.Quia,vt dictum est, pro eius implemento nō fuit necessaria iudicis declaratio,sed solū iuris determinatio,& quæ de præsenti est certa.l.ancillæ. C. de fur. & l.ornamentorū.de aur.& arg. leg.& ideo nō suspendit obligationem.l.cū ad præsens.si cer.pet.Et per hoc tolluntur quasi omnia,quæ in contrarium allegantur.Et dato etiā,ꝙ pro implemento dictæ conditionis requireretur sententia iudicis, esset tamen declaratoria,s. dictum instrumentum infringi posse, quæ non censeretur apposita ad substantiam esse,sed ad executionem,ut colligitur etiam clarè ex illis verbis instrumenti,videlicet uolens pr ędictū instrumentū effectum sortiri,&c. per quæ verba patet,ꝙ cogitauit de effectu,& sic de executione,in qua consistit effectus.Et sic suspenderet substantiam obligationis,sed solum executionem,vt etiā dicit Bal. & retuli superius in c.1.in prin.de feud.sine cul.non amit.& probatur in l. muto.§.1.de tute.& per Bar.in l.j.in 2.col.de cond.& demon.& ꝑ Mod.in l.3.§.filius.de lib.& posth.Cum ergo dicta cōditio nō suspendat substantiam obligationis, sed solum executionem, potuit agi ante declarationem iudicis,& potest iudex ferendo diffinitiuam declarare incidenter,Antonium primum donatarium contrauenisse,& ipso iure ab omni suo iure cecidisse,secundum Alex.in consi.6.col.ult.uolu.1. Et istud certum est in casu nostro,in quo, ut dixi,conditio solum apposita est executioni, ideo satis est, ꝙ ante executionem præcedat declaratio conditionis implemento,dicta l.muto.§.1.& ista est clara responsio. Nec ob.ꝙ primus donatarius fuerit absolutus a petitione donatoris,in qua petijt dictum donatarium declarari contrauenisse,& a iure suo cecidisse,quia exceptio rei iudicatæ nō obstat alijs donatarijs causam habentibus a d eodem maxime,pręsertim quia illis ignorantibus lis fuit inter prædictos agitata, ideo illis non pręiudicat sententia, cum ante litem inchoatam præcesserit secunda donatio .leg. sæpe. de re iud. & not. gloss. & Barto.in leg.superatus.in princip.de pign. nec sufficit scientia superueniens etiam post sententiam, etiam si non sit appellatum secundum Bald. in leg. 2. C. de fide instru. & Innocen. & Anto. de Butr. in capit.cum super. de re iudic. Et quia ista est clara, & vera responsio, propterea circa hoc ulterius non insisto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Donatio dicitur causa mortis,& non inter uiuos,quādo in ea facta fuit mentio mortis, & donator sibi reseruauit facultatem disponendi de rebus donatis,donec uixerit,& uoluit quod bona quæ reperientur tempore eius mortis, sint donatarij,& substātiam donationis post mortem suam contulit. & nu.2.*

3 *Donatio,etiam modo prædicto facta,non dicitur causa mortis, sed inter uiuos,si in principio instrumenti dictum fuit titulo donationis inter uiuos dedit,tradidit,& donauit.*

4 *Quod dicitur,donationem esse causa mortis, quando facta est mentio mortis,procedit in dubio,non quādo apparet,quod fuit facta animo donandi inter uiuos.*

5 *Vbi in donatione de morte est facta mentio per modum dilatiōis non intelligitur donatum causa mortis,sed inter uiuos.*

6 *Substantia donationis collata post mortem censeri non potest, quando donans usumfructum sibi reseruauit.*

7 *Donatio adhuc remanet inter uiuos,tametsi donans sibi reseruauerit facultatē disponendi de rebus donatis usque ad extremū uitæ,sed dicitur resolui sub conditione,si & quatenus sequatur alienatio.*

8 *Proprietas uxori legata intelligitur, quando maritus ei legauit usūfructum fundi,& eam alienare prohibuit.*

9 *Donatio facta in pœnam mutati testamenti, non ualet, licet nō sit omnium bonorum præsentium & futurorum, & quamuis non fuerit facta in ipso testamento,& sub conditione,si reuocauero testamentum,tamen si fiat statim post, & coram eisdem testibus,in fraudem facta dici potest.*

10 *Do-*

10. *Donatio omnium bonorum præsentium & futurorum absolute facta, siue contingat mutari testamentum, siue non, ualet, præsertim reseruata certa quantitate, de qua possit testari.*
11. *Donatio facta casu, quo mutetur testamentum, tunc demum non ualet, quando totum aufert liberam testamenti factionem.*
12. *Donatio, per quam in totum aufertur testamenti factio valet, quum fit ecclesiæ.*
13. *Donatio facta ecclesiæ, item ob causam, item in qua adest iuramentum, ualet sine insinuatione.*
14. *Donatio, in qua donans reseruauit sibi facultatem disponendi vsque ad extremum vitæ de bonis donatis, prout sibi placuerit, an censeatur reuocata, si donans in secundo testamēto de dictis bonis aliter disposuit, dato etiam quod sit donatio inter uiuos. & numero 15.*
16. *Donator, qui sibi reseruauit facultatem disponendi de rebus donatis pro eius necessitatib. de illis in testamento disponere nō poterit, nec quum uoluit quod bona, quæ reperientur tempore eius mortis, sint donatarij, & nu. 17.*
18. *Contractus, qui resultat ex donatione facta cū obligatione, quod donatarius satisfaciat legatis in primo testamento relictis, nō est innominatus simpliciter, sed nominatus mistus cum innominato, & si esset innominatus, in illo non haberet locum pœnitentia fauore ecclesiæ.*
19. *Donatio etiam causa mortis non facta in testamēto, in qua fuit actum, quod per alienationem inter uiuos posset reuocari per penitentiam, uel alium modum, non potest reuocari.*
20. *Legata, quibus donatarius tenebatur satisfacere, si sint reuocata per donatorem in secundo testamento, an ad ipsum reuertantur, uel pertineant ad donatarium. & nu. 21.*
22. *Fructus extantes tempore mortis donatoris sunt donatarij, quādo in donatione fuit actum, quod bona, quæ reperientur tempore mortis donantis, sint donatarij.*
23. *Honoratus in quota, uel in aliquo, quod contineat debita & quota credita, non potest grauari a testatore ultra uires relicti in alia ipsius.*

CONSILIVM CLXXXII.

EX themate proposito plura oriūtur dubia. Et primò quærendū est & videndū, quę, & qualis sit donatio facta monasterio & monachis sancti Benedicti. Et prima facie dicendū vr̄, ꝙ sit donatio cā mortis, quoniam ipsa donatrix reseruauit sibi facultatem vendendi, permutandi, & faciendi de ipsis bonis donatis, sicut ei placuerit, vsque ad extremum uitæ suæ, & ex tūc illa bona mobilia & immobilia, quæ comperirentur dictę testatricis & donatricis, sint & intelligantur esse monasterij sancti Benedicti, & quod ex tunc testamentum prædictum & donatio suprascripta habeant locum, &c. Quia ergo donatio causa 1 mortis ex pluribus colligitur. Et primo, quia † in eo fit mentio mortis, quo casu in dubio præsumitur donatio causa mortis, & non inter uiuos, ut notatur in l. Seia. de dona. cā mortis, & in lege Seia, de dote prælega. & per omnes in lege quę dotis. solu. mat. Secundo idem significat illa reseruatio, ꝙ possit donatrix de bonis donatis disponere ut sibi placuerit usq. ad extremū uitę suæ, quæ non conuenit donationi inter uiuos. l. post perfectam. C. de donation. inter uirū & uxorē, sed donationi cā mortis, postquam durat facultas alienandi, adeo ꝙ per alienationem uoluntariam intelligitur reuocata, sicut & legatum ſm, Dy. in l. Stichū, qui meus erit. de leg. j. quod est singulare, secundum Bal. ibi. & Alex. in l. 2. eo. ti. & in l. non omnis. si certū peta. ex quo. n. huiusmodi donatio est reuocabilis, non vr̄ stare in sua propria natura, sicut pactū, ꝙ donatio cā mortis non possit reuocari dicitur contra substantiam actus & trāsit in donationē inter uiuos. l. ubi ita donatur. de don. causa mor. Ita econuerso, ꝙ possit reuocari est contra substantiā donationis inter uiuos. iō dici dēt isto casu mortis causa donatio. Et ita considerat Are. in l. hæredes palā. §. fi. de testam. col. pe. Tertio quia actū est, ꝙ bona, quæ cōperirētur dictæ donatricis ad extremū uitæ suæ, sint & esse intelligātur dicti monasterij, & sic toto tpe vitæ suæ dn̄ium reseruauit, & illud ad monasterium prius transire noluit, ad ꝙ statim transiuisset, si donatio inter uiuos fuisset, tū quia interuenit ficta traditio, s. constitutum, & ususfructus retentio, ex qua dominium transfertur, & possessio. l. quod meo. in principio, de acquir. possess. notatur in l. 3. in princip. eod. titu. & in l. quisquis. C. de dona. & quia etiam absque traditione dominium transit in ecclesiam. ipso iure. l. fi. C. de sacrosanctis eccles. Quarto quia uoluit donatrix, quòd ex tunc, id est post mortem testamentum prædictū & donatio suprascripta habeat locum. Ex quibus verbis constat, quòd donatio in substantia est post mortem collata, ut probatur ex illo uerbo, donatio, quod significat ipsam dispositionem. Et quia illa uerba, locum habeant, determinant non solum donationem sed etiam testamentum, sed quo ad illud dispositio sumit effectum post mortem, ut notat gl. in leg. illa institutio. de hæred. insti. quæ dicit, quòd uidetur testator disponere de rebus suis eo tempore, quo desierunt esse suę, scilicet post mortem, ergo idem uoluisse creditur de donatione, ut æqualis sit determinatio. l. iam hoc iure. de uulgari & pup. leg. si legatarius. §. 1. & ibi 2 Bar. de legatis 3. Si † ergo substantia donationis & effectus inuenitur post mortem collatus, esse non potest donatio inter viuos, sed dici debet causa mortis, vt colligitur per notata ꝑ Bar. in l. nam si cum moriar. de condictione indebi. Et in terminis hoc uoluisse uidetur Angelus in consi. 253. incip. Domina Antonia de Florentia, &c. Nam & in casu suo fuerunt adiecta illa uerba, quam donationem præfata domina Antonia uoluit valere, & uires habere post mortem ipsius, & statim morte sequuta, & non prius, &c. Vnde secundum Ang. cum effectus & substantia, & ipsum principium, fons & origo contractus collata sint post mortem donatricis, quis dicet, hanc donationem inter uiuos fore, cuius initium inter uiuos est secundum proprietatem suæ naturæ licet effectus executionem concernens possit differri post mortem, ut post quemlibet diem alium certum uel incertum. Pro hoc etiam fortissime facit, ſm eū, qa donatio causa mortis proprie est illa, cum quis ita donat, ut magis se habere velit, quam donatarium, & magis donatarium, quam hæredem donantis l. j de dona. cā mortis. Et ita fuit in casu suo pariter & nostro, ut clare demonstratur ex uerbis. Donatio uero inter viuos directo est naturæ oppositæ & contrariæ, quia donans in liberalitate exercenda ardens existit, & præpostero ordine caritatis se ipso prædiligit donatariū, ut ibi latius per eum. Qui etiam subdit, ꝙ quamuis donatrix illo casu promiserit, sicut etiam fecit in casu nostro, perpetuo & omni tempore habere rata & grata omnia & singula, &c. & ea attendere & obseruare, & in aliquo nō contrafacere, &c. ꝙ propter hoc non transit contractus in donationem inter uiuos, sed donatio remanet cā mortis, & est reuocabilis, per notata in l. si aliena. §. fi. de dona. causa mort. Et istud idem etiam uoluit Alex. in d. l. q dotis. sol. mat. qui ad hoc etiam allegat Bal. in l. cum quis. de cōdi. ob cau. quia, ſm eum, verba prædicta intelliguntur ſm naturam actus, super quo interponuntur. l. damni infecti stipulatio de dam. infect. Nec etiam prędictis obstare vr̄, ꝙ in principio instrumenti dicatur, ꝙ titulo donationis inter uiuos dedit, tradidit, & donauit, &c. quia hmōi verba possunt aliquo modo adaptari ad donationem cā mortis, quæ habet formam contractus, ut traditur in l. Seia. de dote præl. & l. inter mortis. in fi. de donatio. cā mor. & per Doct. in l. 2. de lega. 1. Et sic quo ad hoc censetur donatio inter uiuos, prout isto modo declarat Are. in d. l. hæredes palam. §. fi. col. pen. de testamen. Sed præmissis nō obstantibus contrariam sententiam arbitror probabiliorem, & sic ꝙ dicta donatio non sit cā mortis, sed inter uiuos, quia, vt 3 dixi supra proxime, † dicta domina dedit, tradidit, & donauit titulo donationis inter uiuos. quæ uerba significant clare, quod uoluit facere donationē inter uiuos, quia ex uerbis declaratur intentio. l. Labeo. ver. Tubero. de supel. lega. & a quibus nō est recedendum in dubio. l. non aliter. de leg. 3. Et ita in terminis uoluit etiam Ale. in consi. 14. vol. 1. Nā & in casu suo donatrix uoluit donationem ualere post mortem, & tunc concludit illā donationē eē īter uiuos, eo quia etiam dixit, ꝙ titulo inter viuos dedit, & donauit, quo casu non est credendum, ꝙ sit causa mortis, quia sumus in casu claro & certo, alleg. no. per Cy. in l. 2. C. de iur. do. & per Bar. in d. l. quæ dotis. in 1. col. dum opponitur de l. cum marit. §. fiu. de pact. dot. ubi dicunt, ꝙ illud, qđ 4 dicitur, † donationem eē cā mortis; quando est facta mentio mortis, procedit in dubio, sed quando apparet, ꝙ est facta animo donandi inter uiuos, non curatur, ꝙ sit facta mentio mortis.

tis. Adducit ēt nō. per Bar. in l. stipulatio hoc mō concepta. de verborum obl. vers. quæro, aliquis vult parere, &c. & in l. fin. C. de pact. in 3. q. vers. si igitur promitto tibi, &c. vbi dicit, ꝙ si dono tibi post mortem, quamuis in dubio dicatur eē donatio causa mortis, tamen fallit, si sit dictum, ꝙ sit inter uiuos. Istud etiam confirmat per ea, quæ voluit Oldr. consi. 5. incip. Titius dedit duobus. vbi vult, ꝙ quamuis dictum sit, ꝙ quis donauit occasione matrimonii contracti, & quia multa grata a donatariis recepit, quæ verba videntur significare, ꝙ ob cām sit facta donatio, tamen quia postea subiunxit, ꝙ donabat sponte, libere & pure, cōcludit, ꝙ propter hæc uerba, donatio sit simplex & non ob cām, & cā prius posita in dubio præsumitur impulsiua, & non finalis. l. Titio centum. in prin. de cond. & demon. & l. 2. §. fi. de donatio. In casu igitur nostro debent verba prædicta etiam operari, ꝙ sit donatio inter uiuos, quamuis etiam sit post mortem omni respectu, & sic etiam quo ad substantiam collata post mortem, quia nihil repugnat, ꝙ actus dicatur inter uiuos, quamuis sit totum collatus post mortem. l. 1. C. ut act. ab hered. & contra hæred. l. hæreditarium. ff. de bo. autho. iud. poss. l. fi. C. de contrahen. & committ. stipu. & d. l. nam si cū moriar. de condi. indeb. Insuper ad propositum mouetur Alex. ex 5 no. per Bal. in l. 2. C. de iure do. dicens, † ꝙ vbi de morte est facta mentio per modum dilationis, non intelligitur eē donatum cā mortis, sed inter uiuos. Et hoc cognoscitur, quando in verbis executiuis, & non dispositiuis est facta mentio mortis, ſm eundem Bal. in addit. Spe. in ti. de instr. edi. in vlt. col. ver. si quis donauit, &c. Sicut ergo in casu Alex. ut ipse dicit, ita & in casu nostro debet intelligi, ꝙ de morte sit facta mentio in executione, ex quo inter uiuos dedit & donauit. Et sic in verbis dispositiuis expressit, ꝙ inter viuos donabit, quia aliās secundum eū, donatrix eēt sibi contraria, & propterea capienda est dicta interpretatio ꝓ euitanda cōtrarietate. §. quib. in prima cōsti. C. & l. scripturæ. C. de fide instr. qđ ēt declarat ex reseruatione vsus6 fructus facta in uita, quæ stare, & † locum habere nō posset, si substātia donationis collata fuisset post mortē, q̃a eo casu frustra dicta reseruatio facta fuisset, & per quam etiam res donata intelligitur tradita. d. l. quisquis. C. de dona. Et eo magis cū donatrix promiserit oīa & singula perpetuo attendere & obseruare. & nō cōtrauenire, propter quam promissionem indicari ēt dēt, donationem eē inter uiuos, licet ēt sit facta mentio mortis d. l. vbi ita donatur, & prout uoluit Pau. de Cast. in consi. 98. incipiente, Notandum est, &c. cum quo etiam transit Alex. in d. consi. 14. vbi refert, ꝙ idem consuluit Ang. Et per prædicta remanet responsum quasi ad omnia in contrarium alleg. quia nō procedunt, & locum non habent in casu certo uidelicet quando quis dixit, se titulo donationis inter uiuos dare, & donare. Solum igitur restat respondere ad id, quod secundo loco dicebatur, uidelicet, quòd donatio ista uidetur ex causa mortis, propter facultatem alienandi & faciendi de rebus donatis prout sibi placuerit usque ad extremum vitæ, quam sibi reseruauit donatrix. Ad quod respondetur, quod hoc non obstante remanet 7 adhuc donatio inter uiuos, sed † resolui dicitur sub conditione, si & quatenus sequatur alienatio, queadmodum pignus, a quo non potest solus debitor discedere, sub eadem conditione resolueretur, si debitor facultatem alienandi sibi reseruasset, & alienatio sequuta fuisset, aliās non. leg. sicut. §. superuacuum. cū sequentibus, quibus mod. pig. vel hypoth. soluitur. & per Bart. in leg. qui Romæ. § duo fratres. de verb. oblig. in 6. q. propter hoc ergo non est donatio causa mortis, sed aliquam habet similitudinem cum ea, quia sicut illa dicitur resolui sub conditione. l. j. versic. item cum ipse, &c. de dona. titulo generali. Ita & isto casu donatio inter uiuos resoluitur sub dicta conditione, quemadmodum potest etiam resolui sub qualibet alia. d. l. fin. Quinimmo uidetur ex hac reseruatione alienationis potius argui quòd sit donatio inter uiuos, ut in casu econuerso probatur in leg. Proculus. de vsufruct. & ibi notabiliter dicit Bald. per 8 illum textum, quod † si maritus legat uxori usumfructum fundi, & illum prohibeat alienare, quod per hoc intelligitur legata proprietas, quia alias operari non posset prohibitio, ex quo usufructus etiam sine expressa prohibitione non potest alienari. leg. vsufructus. de iure dot. Item ergo eadem ratione est dicendum in casu nostro scilicet ex hoc quod donatrix sibi reseruauit facultatem alienandi, dicatur uoluisse donare inter viuos, quod reseruatio non fuisset necessaria, si donasset causa mortis, quę est reuocabilis, etiam mediāte alienatione, ut dix i. Non ob. ēt dū tertiò dicebatur, ꝙ cū sit actū, ꝙ bona, quæ cōperirētur esse donatricis t pe mortis, sint & esse intelligātur dicti monasterij. ꝑ hæc verba ostēditur, ꝙ illa sibi dñiū reseruauit, & ꝙ illud solū post mortē suā ad monasteriū transire voluit. Quia ēt vbi ita eēt, adhuc tamen donatio inter uiuos eēt, quæ ēt quoad substātiā pōt cōferri post mortē, & ab hr̄de donatricis incipere, dicta l. j. C. vt actiones ab hr̄de & cōtra hr̄dē, & ꝑ Alex. in d. cōs. Vel dici pōt, ꝙ sola executio in dictū tp̄s sit collata, & ꝙ donatio fuit pura, quæ ēt pōt incipere à ꝓmissione, & perfici eā mediāte, insti. de don. §. perficiuntur. & per hæc ad primū quæsitū remanet rn̄sum. Secundo uidendū est vtrū dicta donatio, quæ dr̄ inter uiuos, valeat vel nō. Et videtur valere tanquā facta in pœnā mutati testi. l. stipulō hoc mō cōcepta. de verb. ob. & ibi per Bar. Ang. & Mod. qui ēt di9 cto casu volunt † donationē non valere, quāuis non sit oīum bonorū præsentiū & futurorū, vt colligitur ex verbis Bar. dicentis, ꝙ si testōr dixit, si reuocauero testamentū, ex nunc dono oīa bona mea, ꝙ nō valeat donatio, & tn̄ appellatione omnium bonorum meorū ueniunt solū præsentia, & futura, ſm gl. & Doctores i l. fi. quæ res pig. obli. possunt. Et ita ēt vult ibi Pau. de Cast. ex mente Bar. s. ꝙ donatio dicto casu nō ualeat, licet nō sit omniū bonorū præsentiū & futurorū, & Alex. in ꝯsi. 25. tertio vol. ergo idē ēt in casu nostro quāuis donatrix quædā sibi reseruauerit. eadē āt opi. ꝙ in pœnā reuocationis testamenti non valeat facta donatio, tenuit Dyn. in consi. 10. Bart. Bal. & Fulg. in l. cū duob. §. idem rn̄dit. el j ff. pro soc. per illum tex. & Bal. Ang. & Im. in d. l. hæredes. §. fi. & Bal. in l. sancimus. & in l. cū antiquitas. C. de test. & in l. ex testō. C. de fideicom. & Petr. de Ancha. & Imo. in rub. de test. Et quāuis in casu nostro non sit facta donatio in ipso testō, & sub illa conditione, si reuocauero testm̄, prout loqui uidentur prędicti, sed pure & simpliciter post testamentum, nihilo minus dici potest, ꝙ sit i fraudē facta, & quæ fraus ex duob. ꝓcipue præsumi videtur. Et primò, quia incōtinenti post, & corā eisdē testib. fuit facta, ex hac igitur actuū vicinitate fraus præsumitur. l. si vētri. §. in bonis. đ priuile. cred. Idcirco si filius se ab hæreditate patris abstinuit, & incontinenti de bonis paternis emit, abstensio pręcedēs creditur in fraudē facta, ſm Bar. & Doc. l. 2. C. de repu. hære. Idē probatur ex notatis ꝑ Bar. in l. post contractū. ff. de don. dum allegat. d. §. in bonis. Secundo detegitur ex eo, quia dicta testatrix donauit quasi omnia bona monasterio, qđ prius hæredē scripserat in testō. sicut fraus etiam præsumitur in casu dictæ l. 2. C. de repu. hæred. qn̄ filius emit quasi omnia bona paterna, seu omnia meliora, ſm Ang. ibi per tex. in l. summa cū rōne. in prin. de pecu. cū quo transit ēt Fulg. & Alex. & idē vult Ang. in l. omnes. §. Lucius. de his quæ in fraud. cred. in l. Marcellus. §. res quæ. ad Treb. & Ang. & Imo. in l. fi. de stipul. ser. ubi ēt pro hoc allegat textū in authen. de triente & semisse. §. 1. & melius probatur ex notatis per gl. & Bar. in l. nomē. §. 1. ff. de legatis. 3. de quo ēt per Bal. in l. 1. C. de his quę in fraudem patron. & i l. si vnquā. C. de reuocan. dona. & in l. 1. in vlt. col. C. qui bon. cede. poss. & in l. fraus. de legib. Secundo uidetur huiusmodi donatio nulla vltra quingentos aureos propter defectū insinuationis. l. sancimus. C. de donatio. iuncta l. pen. eodē titulo. Sed præmissis non obstantib. contrarium arbitror uerius. Nam ex quo testatrix reseruauit sibi quædā, & præcipue ducatos quin10 gentos, de quibus uoluit posse disponere, † valuit donatio ꝓsentium & futurorum, ſm Bar. & omnes, in d. l. stipulatio hoc modo concepta. cū concordantib. de quib. ibi. Et propterea secundum Doc. non pōt dici nulla ex eo capite, quia auferat testamenti factionē, quia fieri potest testamētum de eo, ꝙ est reseruatum. Non potest etiam dici nulla tanquam facta in pœnā mutationis testamenti, quia fuit simplex & absoluta, hoc est, facta siue contingat testamentum mutari, siue non. Et isto casu locum non habent, quæ sunt in contrarium superius allegata. Imo. vbi etiam in ipso testamento testator omnia sua bona donasset, siue contingeret testamentum reuocari, siue non, donatio ualeret, dummodo per eam non auferretur testamēti factio, ut probatur ex his, quæ notanter uoluit Bal. in c. j. §. si qs de feudo dato in uicem legis cōmisso. ubi Bal. facit dictam differentiam, dicens, ꝙ si testator dicat lego talem rem, & si me pœni-

pœnituerit legati, dono inter viuos, ꝙ ista forma non valet, q̃a videtur facta in pœnā pœnitētiæ. Si āt testōr primò legat, & postea dicat, siue reuocau ero testm̃, siue non, valeat iure donationis inter viuos, talis donatio valet, quia cū fiat in omnem euentum, non videtur apponi ad impediendū reuocationē legati, vel vltimæ volūtatis. Idē ergo multo magis, uel saltē pari rōne in casu nostro, in quo donatio dicitur facta, siue reuocetur testm̃, siue non, & eo minus in pœnā reuocationis pōt dici facta, cū dicta donatrix reseruauerit sibi facultatem vendendi, & alienandi, ac faciendi de rebus donatis inter uiuos quicquid ei placuerit, quoniam quāuis directo per pactū inter viuos non possit reuocari testamentū, nihilo minus pōt reuocari per indirectū mediante alienōne voluntaria, vel quæ originē nō habeat ab aliqua p̄cedenti obligatione. l. vnū ex familia. §. si rem. de le. 3. cū concordā. Et propterea cū possit dicta donatrix per hūc modū indirectū a testō recedere, & ab his, quæ disposita sunt in illo, dici non pōt, ꝙ donatio talis facta sit in pœnam reuocationis testamenti. Et ex alijs quasi ad omnia, quæ allegantur in contrarium, remanet responsum, quia ex quo non impeditur testamenti factio metu pœnæ, vel alio quouis modo, non pōt dici aliqua fraus commissa, & valet donatio, ꝯm Doc. in d. l. stipulatio hoc mō cōcepta. & in alijs locis præallegatis. Præterea 11 dici pōt † ꝙ donatio facta in pœnam mutationis testamētu de mū non valeat, q̃n in totū aufert liberam testamenti factionē, vt quia sit facta de oīb. bonis potentibus & futuris, prout expresse est de mente Bal. in l. sancimus. C. de testa. & Imo. in d. l. hæredes palam. §. fi. & Roma. & Alex. in d. l. stipulatio hoc modo cōcepta. vbi concludunt, ꝙ si quis legauit rē aliquā, & deinde dicat, ꝙ si contingat legatum in futurum reuocari, ex nūc donat illā rem, ꝙ donatio facta dicto casu in pœnam valet quia per eā non aufertur testamenti factio, cū de alijs bonis testari possit, argumento. l. cum ita legatum. de condi. & demon. Et istud idem, ꝯm Pau. de Cast. in d. l. stipulatio. reperitur dixisse Bar. in l. iubemus. in fi. C. de sacrosanct. eccl. in quibusdam recollectis antiquis. Idē ergo quando in donatione facta, casu quo mutet testamentum, si non auferatur testamenti factio, quia donans sibi aliquid reseruauit, sicut in casu nostro, quia militat vtroq. casu per omnia eadē rō, quæ cessat, vbi nihil donanti remansit, de quo testari possit, & quo casu intelligi dēt, ꝙ loquatur Bar. in locis in contrarium allegatis, quicquid dicat Alex. in d. consil. 25. in tertio vol. qui de prædictis mentionem non facit, & ad quæ non animaduertit. Fortius etiam dico, ꝙ in casu nostro valeret donatio, quamuis per eam in totum auferretur testa- 12 menti factio, cum † sit facta ecclesię, cuius fauore talis donatio debet valere, secundum Bar. notabiliter in l. fi. C. de pactis. secundum eum, si potest personam suam vouere ecclesiæ, multo magis bona præsentia & futura. Et idem sentit Bal. in authē. si qua mulier. in vltima col. C. de sacrosanc. eccl. & in l. j. ff. pro socio. in lectura antiqua, per textum optimum in d. l. iubemus. C. de sacrosan. eccl. in ver. patrimonium suum. Idem etiam tenet d. Abb. in fi. de success. ab intesta. per illum textū, cum gl. & Bal. Abb. in c. in præsentia. de prob. similiter per illum textum cum glo. cum quibus etiam transeunt Moder. ibi. & Fulg. & nouissimi in d. l. fi. Est verum, ꝙ Ang. tenuit contrarium in cōs. 176. incipiente, Visis instrumentis, &c. in 5. col. & Pet. de Anch. in consi. 231. incipien. De primo dubio, &c. & Rom. in auth. similiter. in secundo speciali pię causæ inter contractus. & in d. l. stipulatio hoc modo concepta. vbi do. Alex. non videtur se firmare. Nā ꝯm Ang. non bene arguit Bar. de persona ingrediēte religionem ad bona donata a persona in sęculo remanente, quia ingressus ē actus licitus, & a iure permissus, vt ibi per eū latius sed donatio, quæ aufert testamenti factionem, est cōtra bonos mores, & est actus reprobatus, & quam magis abhorrere debent personæ ecclesiasticæ, quæ non temporalibus sed diuinis uacare debent, secundum canonicas sanctiones, uel secundum Pe. de Ancharano non procedit argumentum Bar. quia illud, quod dicit, est uerum, cum quis mutat statum, & summittit caput suum alterius ditioni propter Deum. c. quorundā. de elec. lib. 6. & ita secundum eum, loquitur authentica, ingressi. C. de sacrosan. eccl. Sed quando persona stat in statu libertatis, non potest sibi adimere indirectè facultatem testandi, quia has pœnas verecundata est ecclesia extorquere. capit. fraternita. 12. quæstio. 1. ne nimis videatur ecclesia rebus temporalibus inhiare. Monetur etiā quia, non reperitur hoc casu a iure ciuili recessum, iō ei standum est. Nec est verisimile, ꝙ turpes conditiones & reprobatas, tanquam contra bonos mores, velit ecclesia pro se, quæ est cultrix iustitiæ. c. 1. de alie. feud. Quibus tñ non obstantibus verior uidetur opinio Bar. & sequacium, tam per dictam l. iubemus. C. de sacrosanc. eccl. nec est bona rñsio, ꝙ illo casu fuit simplex donatio bonorum, quę nō trahitur ad bona futura, quia cum sit facta de patrimonio, & sic sub nomine, uniuersali, secundum Bar. in rub. sol. mat. comprehendit ēt bona futura, vt declarat Bar. in l. si ita. de auro & arg. leg. & sic per illam. l. & d. c. in præsentia. & d. c. fi. cum ibi notatis patet, ꝙ fauore ecclesiæ receditur a regula. Et sic cessat argumentū Pet. de Anch. qui de dictis iuribus non facit mentionem. Et etiam per rōnem Bart. bene & sane intellecta probatur opi. prædicta voluit. n. dicere, ꝙ sicut testamenti factio quæ pendet a libero arbitrio, l. si quis in prin. testamenti. de lega. 4. l. 1. C. de sac. san. ecc. amittitur fauore religionis, vno mō, i. p professionē, quia per eā quis libero arbitrio, priuatur, quia non hēt velle, neque nolle. c. nolo. & c. nō dicatis. 12. qō. sic etiam p oblationem bonorum factam ecclesiæ debet illam facilius perdere, quia dēt facilius concedi amissio bonorum, quā liberi arbitrij, q̃ sequitur ex oblatione personæ, ēt sine bonis, ad oblationem bonorū, q̃ fit per se, & sine persona. Nec obstat, dū dr̃, ꝙ actus professionis est permissus & meritorius, quia permittitur hoc fauore animę, qua cessante, nō pōt qui se priuare libero arbitrio. l. cum precario. de precar. c. fi. cum ibi no. de procuratorib. lib. 6. d. l. si quis in principio testamenti. nec obligare vel astringere se ad certum locum. l. Titio centum. §. fi. de cond. & demon. & in bonis fauor animæ facit licitum, quod aliàs esset illicitum. Et iō q̃n fit donatio ecclesię præsentium & futurorum, istud non reputatur contra bonos mores, immo pium & laudabile, quia quāuis amittat & perdat factionem testamenti, lucratur tñ animā, quod excedit & superat omne damnum, ut not. in l. sancimus. C. de sacrosanc. ecc. Et pro hoc facit optime, quod no. per Bar. in auth. sacra puberum. C. si aduer. vēd. versi. quæro vtrum hæc authē. & c. dum dicit, ꝙ illa authentica licet possit dici odiosa respectu rerum temporalium, q̃n aufert minori bñficium suum reputatur tamen fauorabilis, quia operatur, ne quis incidat in periurium, & sic quia fauet aīæ, quæ cunctis reb. est p̄ferenda. d. l. sancimus. quæ rō cessat, quando donatio nō fit ad pias cās, tunc enim reputatur eē, & est contra bonos mores, quia liberā testamenti factionem amittit, & nihil, saltem æquiuallens, acquirit. Et per hoc clare tolluntur oīa, quæ p p̄dictos allegantur cōtra Bar. & præcipue dum dicitur, ꝙ ecclesia non exigit pœnam quia id est uerum, quando exactio tendit ad damnum, & ad diminutionem p̃rimonij simpliciter sed hic cedit ad lucrum, & ad commodum donantis, ut dixi. Et sic opi. Bar. de iure est verior, & etiam cōior. Non ob. insuper defectus insinuationi, q̃a 13 † in donatione facta ecclesiæ, ꝯm opi. magis communem, non requiritur insinuatio, vt voluit Bart. in l. illud. C. de sacrosanc. eccl. Host. & Ant. in c. fi. de solu. & Io. And. in addi. Spe. in tit. de instru. edit. §. porro. in addi. incip. lex illa vult, &c. Nec similiter præsumitur donans inductus ad hoc per dolum, ut probat in c. in pręsentia. dum loquitur de oblatione iurata. & ibi not. do. Abb. Et idem tenet Cald. in tit. de dona. consi. 3. & Pau. de Cas. consi. 22. inci. Omisso ordine, &c. & Io. And. Imo. & Pe. de Anch. in c. ad hoc. de testamen. & Ro. late in l. Modestinus. de don. quia in ecclesia cessat cā legis requirentis insinuationem, videlicet suspicio fraudis. Item quia donari potest Imperatori sine institutione. d. l. illud. & d. l. sancimus. ergo & Deo, vt latius declaratur in dictis locis. Secundo etiam rñdetur, ꝙ in hac donatione non fuit insinuatio necessaria, quia non fuit simplex, sed ob cām, videlicet cum obligatione. & onere satisfaciendi omnibus legatis relictis in testō, quod onus valuit, quia cuilibet priuato & laico donanti res suas ecclesiæ licet apponere conditiones & onera. c. verum, de condi. apposit. & per Pet. de Anch. in consi. 217. incip. Dubium facit, &c. Dicta ergo donatio ob causam de futuro ualet absque insinuatione. l. fi. in prin. C. iure dotium. & in l. fi. C. de dona. ante nup. & utrobique not. Ange. & Bar. in l. Aquilius. de donationib. & Io. And. in d. §. porro. in additione magna. versiculo, fuit etiam alia qō. de facto, &c. & Alberi. in l. fi. C. de pactis. & per Old. in consi. 139. incipiente, Ad habendum, &c. & idem uoluit Ale. qui in terminis proprie loquitur

tur in consi. 12. in primo vol. Tertio ad hoc rñdetur, ꝙ potuit omitti insinuatio propter iurm in donatione appositum de nõ contraueniendo, ₰m Ioan. And. in d. §. porro. in vltima additio & Fede. de Senis consi. 281. incip. Casus talis est, statuto caueatur, &c. & Ang. in d. l. sancimus. §. pen. & Abbas in c. cum cõtingat. de iureiur. & ibi per Imolã plenius in decimo membro, ꝑ plures rõnes, & qui rñdet ad omnia, quæ uidentur in contrarium facere. Et ista est communis opinio, vt attestatur, & quã sequitur Ale. in consi. 4. primo vol. referens plures alios solẽnes Doctores idem consuluisse. & idem tenet in consi. 12. eo. vol. & in consi. 157. in fi. secundo vol. Tertio principaliter est uidendum per ordinem, an talis donatio potuerit reuocari, & dicatur reuocata per secundum testm̃, & per ea quæ continentur in illo. Et vr̃ prima consideratione dicendum, ꝙ sic, dato etiam ꝙ

14 sit donatio inter viuos, & primo, † quia donatrix reseruauit sibi facultatem faciendi de rebus suis quicquid sibi placuerit vsq; ad extremum uitæ suæ. Cum ergo de rebus donatis in dicto testõ aliter disposuerit, & alio modo, resoluta est donõ, tãquã sit purificata cõdõ, sub qua veniebat resoluenda, ut dixi supra ꝑ l. j. c. fi. de do. Scd̃o q̃a fuit facta donõ cũ obligatione & cõdõne ꝙ donatarii sint obligati satisfacere oĩb. & singulis legatis relictis in primo testõ. Dicitur ergo iste contractus fuisse innominatus, s. do vt des, in quibus est locus pnĩæ. l. si pecuniam. in prĩ. de cond. ob cãm. Et hoc vr̃ velle Bal. in l. cum a socero, C. de iure dotium. in illa qõne, an si dono Titio pacto apposito, vt post certum tempus det ecclesiæ. vbi arguit, ꝙ in ea hẽat locũ pnĩa quia ille modus concipiendi donationem facta relatione pacti ad contractum, inducit contractum innominatum do vt des, in quo habet locum pœnitentia. Et idem dicit Imo. in eadẽ qõne in l. qui Romæ. § Flauius. de ver. ob. Sed istis non obstan. cõ

15 trarium absque dubio puto uerius. Nã † regulariter donatio inter uiuos reuocari non potest, etiam quando est donatum, vt donatarius aliquid det, vel faciat, quia quo ad ipsum, cui est principaliter donatum, non est locus pnĩæ vt est casus in l. Aristo. in prin. de dona. secundum verum intellectum approbatũ per glo. Bar. & do. Et istud etiam uoluit Io. And. in addi. Spec. in ti. de instru. edi. §. nunc uero aliqua. in additione incipiente, per superiora. & Alexand. post Pau. de Cast. in d. §. Flauius col. antepe. uersi. redeundo igitur ad principalem qõnem, &c. Faciunt ẽt no. per Bar. & Doc. in l. fi. de condi. ob cau. Non obstãt igitur allegata in contrarium, & primo, ꝙ ex cõuentione & pacto expresso licuit pœnitere, quia dicta donatrix sibi reseruauit ꝙ posit uendere de ipsis bonis pro eius necessitatibus, & in casu suę necessitatis permutare cui uoluerit. Et uigore huius reseruationis non potest dici resoluta donatio facta monasterio,

16 quia † uerba reseruationis non conueniunt dispositioni factæ in ultimo testamento. l. uerba contraxerunt. de uerb. signifi. Et quia dicta dispositio testamentaria fuit uoluntaria, & non ob aliquam necessitatem ipsius donatricis. Et quamuis subijciantur alia uerba, uidelicet, & facere de ipsis bonis sicut ei placuerit usque ad extremum uitæ suæ, &c. nihilo minus etiam per ista uerba non uidetur data licentia alienandi simpliciter & absolute, sed duntaxat pro necessitatibus dictæ dominæ, & non aliter, nec alio casu. Quia qualitas posita in præcedenti oratione, importata per illa uerba pro necessitatibus suis, & in casu suæ necessitatis, intelligitur repetita uirtutæ copulę in sequenti oratione, quæ est imperfecta ratione uerbi, & ideo suppletur quo ad uerbum, si possit, ex præcedenti oratione, in qua illud ponitur cum omnibus suis qualitatibus, secundum Barto. qui hoc clare decidit in leg. Seiæ. §. Caio. de fundo instru. & in l. in repetendis. de legat. 3. & in l. 1. in princip. de public. Secundo respondetur, quod donatrix uoluit posse facere de dictis bonis, quicquid sibi placuerit, usque ad extremum uitæ suę, & uoluit quod ea bona, quæ ex tunc comperirentur dictæ donatricis, sint, & esse intelligantur dicti monasterii. Quã

dicto d.Ludouico fideiussor extitit dictus Antonius. Quem tñ d.Ludouicus promisit indenẽ & penitus fine dãno cõleruare, & pro qua conseruatione dictus d.Ludouicus hypothecauit. d.Petro Antonio possessionẽ Vigi, si & casu quo dictus d.Ludouicus cessauerit soluere dictas libras octoginta eo uiuente. Et ꝙ dicto casu adueniente liceret dicto d.Pet.Antonio & hęredibus suis ꝑdictam possessionẽ alteri locare,& pro se, si sibi uidebitur,retinere ꝓ satisfaciendo ipsi d. Georgio de dictis libris octoginta,&c.Cum igit̃ d.do. Ludouicus cessauerit in solutione, & sic purificata fuerit ꝯdõ, sub qua dicta possessio fuit hypothecata,& data fuit lcĩa de locando, vel pro se retinendo dictã possessionẽ, prædicti hr̃des do. Petri nedum potuerunt 1 † actionẽ ꝑsonalẽ & hypothecariã eis competentẽ simul cedere,& separatim solum hypothecariã.l.j. & 2. cum ibi notatis, C.de act.& obl.& no.in l.vsucap.C.de pig.& ꝑ Bart.plenè in l. fideiussor obligari.in prin.de fideiussori.Sed ẽt ipsum ius locãdi & pro se retinendi potuit cedi, quamuis illud remedium sit extraiudiciale,ut ꝓbatur in l.j.§.fi.de ope.noui nun.ubi habetur,ꝙ dñs ꝑt mandare vsufructuarios ius nunciãdi ad vtilitatẽ ipsius vsufructuarij,quãuis sit extraiudicialiter exercendum Ex quo tex.no.Bar.ibi,quẽ ad hoc dicit esse meliorem, quã sit 2 in corpore iuris,ꝙ† si creditor hẽat licentiam a debitore ingrediendi fundum ꝓpria authoritate, ꝙ põt illud ius extraiudiciale alteri cedere.& sequitur Ang.Imo.Rom.& alij moder.& Ang.in l.3.C.de pig.& Imo.in l.si ita stipuler ꝑ te non fieri. de ver.ob.& ꝓbatur ex notatis ꝑ gl.& Bar.ĩ l.cum fundum. de vi, & vi ar.per quã dicit Bal.in c.j.de pace iur.fir.ꝙ si possum propria authoritate capere & ꝑ vim ingredi possessionẽ,potero illud ius ingrediendi cedere emptori,cui rẽ uendidi,dũmodo ciuiliter ingrediatur,i.cõtra non resistentem.qđ ultimum voluit ẽt Bar.in d.l.3.C.de pig.in 4.q.Plus ẽt dicit Pau.de Cast.in d.l. j.§.fi.ꝙ si ille,qui põt ingredi propria authoritate,cedat solum hypothecariam,ꝙ ẽt dictũ ius extraiudiciale transit in cessionarium absque sp̃ali cessione dicti iuris,quia hypothecaria,cui adhæret dictũ ius,transit cum suo priuilegio,ꝑ notata ꝑ Bar.ĩ l.post dotẽ.in fi.sol.ma.Et non solũ fuit hypothecata dicta possessio,& data lcĩa pro illis libris octoginta,quas promisit d.Ludouicus soluere in festo S.Michaelis pro toto tẽpore,quo cessauerat soluere,sed ẽt pro omnibus solutionibus annuis faciẽdis durante vita ipsius do.Ludouici quod patet clare ex illis verbis dicti instr̃i,videlicet,si & casu quo dictus d.Ludouicus cessauerit solutiones prædictas facere eo viuẽte. & eo casu liceat & licitũ sit,&c.Ex quib. constat,ꝙ in cõdõne nõ solum est posita illa solutio vnica,quæ erat facienda pro cessatione præterita. Sed ẽt oĩs alia solutio in futurũ facienda durante vita dcti d.Ludouici.Et quo casu ẽt adueniente voluit,ꝙ liceat,& licitũ sit,&c.Et quamuis in dicto instrumento fuerit solum facta ꝓmissio a dicto d.Ludouico ꝓ dictis libris octoginta,tñ ẽt actũ fuit,ꝙ firma remaneat alia promissio de soluendo singulo anno,de qua constat ex alio instrumento, & pro qua ẽt dictus d. Petrus videtur fideiussisse,& ad quã habuit respectũ d.do. Ludouicus & d.Petrus Antõius,vt colligitur ex verbis prædictis. Et iõ ipse fideiussor nõ dicitur plus promisisse quã principalis. Qm̃,vt dixi,licet ex hoc posteriori instrumento semel tantum promiserit dictus d.Ludouicus soluere libras octoginta in festo S.Michaelis,nihilo minus non tantũ pro illa promissione, sed ẽt pro præcedenti annua promissione,& de qua enunciatiue facta fuit ẽt mentio in eodẽ instrumento,fideiussit dictus d. Petrus Antonius,& pro eius indemnitate d.Ludouicus hypothecauit dictam possessionem,& licentiam dedit eam locãdi & pro se retinendi.Et sic ꝑ ꝑdicta videtur, ꝙ de iure cõi potuerit dicta lcĩa cedi.Et quæ cessio ẽt ex forma statuti non uidetur annullari. Nã statutũ primo loqr̃ in ꝑsonam ex parte cedẽtis, ꝓhibendo aliquẽ cedere actionẽ aliquo titulo cõtra ciuẽ Mutinẽsem.Secũdò loquitur in ꝑsonam ex parte recipiẽtis cessionẽ,dũ dicit,ꝙ nullus audeat vel præsumat dicta iura, actiones, & rões in se suscipere, siue accipere aliquo titulo.Deinde a ꝑdictis excipit,& excipiendo loquitur impersonaliter dicendo, nisi ẽẽt in casibus necessarijs,in quib. fuisset obligatus cum eo cõtra quẽ cederet,&c.Clausula ergo & exceptio in fine & impsonaliter posita,dẽt referri in dubio ad omnia præcedentia,iuxta no.in l.si idẽ cũ eodẽ.§.fi.de iurisd omn.iud. & in l.talis scriptura.de leg.j.& sic quia verba sunt impersonaliter prolata, referuntur tã ad personam cedentis,de qua loquitur statutũ primo loco,quam ad personam eius,qui recipit cessionem.Et est sensus, ꝙ fieri non possit cessio, nisi eẽt in casibus necessarijs, in quibus fuisset obligatus,sed cedens,vel ille qui recipit cessionẽ cum eo, contra quẽ cederetur. Cũ igitur hæredes prædicti d.Petri Antonij cedẽtes sint obligati, simul cum domino Ludouico,contra quem facta est cessio,sequitur,ꝙ sumus in casu excepto a statuto, in quo vult,ꝙ valeat cessio. Sed istis non obstantibus contrarium puto verius.Et primo,nã,ut dictum est, dictus do.Ludouicus,vt probatur ex hoc ultimo instrumento soluit certam quantitatem pro toto tempore,quo cessauit soluere,firmis tamen remanentibus obligationibus ipsi d. Georgio factis per dictum do.Ludouicum contentis in alio instrumento durante uita dom. Ludouici duntaxat. hoc tamen addito,quòd dictus do.Ludouicus soluere habeat ipsi do. Georgio libras octoginta ĩ festo sancti Michaelis proximè futuri, sine aliqua exceptione iuris uel facti. Et eius precibus & mandatis fideiussit. do. Petr. Antonius,& se obligauit, &c. huiusmodi ergo promissio, & fideiussio dom. Petri referri debet ad id quod ꝑ Ludouicũ superius fuit principaliter ꝓmissum, nõ aũt ad id,quod fuit enunciatiue & incidenter expressum.l.fi.§. 3 Titia.de lib.lega.Ex quo no.Bar. ibi † ꝙ clausula in fine posita refertur solum ad illud,quod fuit principaliter in oratione positũ,& nõ ad id,quod fuit incidenter deductũ. Cũ ergo principaliter & dispositiue ꝑdictus.do. Ludouic. promiserit soluere dictas libras octoginta in festo S.Michaelis, quod intelligitur semel tm̃,quod patet ex prefationib.instrumenti,in quib.narratur,ꝙ d.Ludouicus per duos annos cessauerat soluere. Vñ pro uno anno tũc soluit pro parte,& pro parte debitorem delegauit,& pro alio anno promisit dictas libras octoginta,ac ẽt promiserit illam protestationẽ per uerba illa enunciatiua & incidenter prolata,s.firmis tamẽ manentib.&c. ad hoc, quod est enunciatiue & incidenter dictũ nõ refertur promissio & fidedeiussio.d.Petri,sed ad dictam principalẽ promissionẽ d.Ludouici.Et pro tali tm̃ promissione d. D. Ludouicus obligauit dicto d.Petro possessionem Vigi,& nõ pro aliis solutionibus annuis,quia pro illis non extitit fideiussor do.Petrus. iõ hypotheca non potuit extendi ad id,ad quod obligatio personalis de indemnitate non poterat cõpetere,per notata per Bar.in d.l.fideiussor obligari.in prin.Et quamuis deinde actũ sit.ꝙ casu quo dictus do.Ludouicus cessauerit solutiones prædictas facere eo uiuente,& illo casu adueniẽte liceat & licitũ sit do.Petro Antonio uel hęredib.suis prædictã possessionem alteri locare,& ꝓ se,si sibi uidebitur,retinere pro satisfaciẽdo ipsi do. Georgio de dictis libris octoginta,&c.Et si inquantũ dicitur, casu quo cessauerit soluere eo uiuente, uideatur data lcĩa locãdi & ꝓ se retinendi pro qualibet solutione annua, in qua fuerit cessatũ,tñ hoc non est verũ, quia licet in conditione videatur quælibet solutio annua posita ꝑ ꝑdicta verba,tñ in dispositione sequẽti ponuntur tm̃ dictæ libræ octoginta principaliter promissę ꝑ do.Ludouicũ, dũ dr̃ pro satisfactione faciẽda ipsi do. Georgio de dictis libris octoginta. Et sic tantummodo pro illa quantitate semel faciẽda licitũ fuit locare,& pro se retinere, & nõ pro alijs. Et ubi pro alijs solõnib. annuatim faciendis data fuisset dicta lcĩa,illa non ualuisset,ex quo ad illas non porrigitur promissio de indẽnitate neq. hypotheca de dicta possessione ꝑ d.Ludouicũ ꝑdicto d.Petro facta,ꝯm Pa.de Ca.ĩ d.l.j. §.fi.de ope.no.nun.q̃a illa lcĩa cohęret iuri hypothecæ,& non põt stare sine illa.& in hoc Alex.nõ ꝯdicit, sed potius cõsentit. Secundò dr̃,ꝙ cessio ista non valuit,& ꝑ ꝯñs ꝙ nõ ꝑt cessionarius vti dicta lcĩa, ẽt pro illis libris octoginta. Et hoc uirtute statuti Mutinensis,ꝑ ꝙ prohibetur primò q̃s cedere aliqua iura & actiões. ac deinde quis prohibetur cessionẽ de dictis iuribus & actionib.recipere cũ decreto annullatiuo.sub quib.verbis cõpreheditur ẽt cessio iuris exercendi extra iudiciũ vt probatur ex illo verbo.aliqua iura.ꝑ notata per gl.in cle.1.de foro cõpet. Nec ob. ꝙ excipiantur casus necessarij, in quib.fuisset obligatus cũ eo cõtra quẽ ceduntur, quia ista exceptio fit ad proxima. & sic referri dẽt ad personam cessionarij,de quo fit mẽtio vltimo loco, & erit sensus,ꝙ cessio fieri, & recepi non possit nisi recipiens & cessionarius sit obligatus cũ eo,contra quẽ ceditur,non autem refertur exceptio ad personam cedentis, de quo in statuto primo loco fit mentio, ut probatur ex not.

no.per Bar.in l.fi.de rebus dub.vbi dicit,ꝙ clausula in fine posita refert demũ ad omnia præcedentia, qñ est ꝑ se principaliter posita.sed qñ non stat per se principaliter,sed ponitur ad aliã dispositionẽ qualificandã,vt est conditio vel modus, & tũc refertur tantũ ad vltimũ,per l.filiũ.cũ ibi not.qñ dies lega.ced. Et ita fuit in casu nr̃o,quia illa clausula,s.nisi esset in casibus necessarijs,nõ stat per se principaliter,sed venit ad modificationẽ præcedentem,ideo refertur solum ad id,quod est ultimo loco dictum,& ad personã tantũ illius, cui ceditur,qui & cessionẽ recipere prohibetur,& de quo vltimo est facta mentio,& non ad ꝑsonam cedentis prius noĩati & prohibiti cedere. Et iõ quãuis d.Petrus Ant.cuius hæredes cesserunt, esset obligatus cum d.Ludouico,contra quem est facta cessio.de illo tñ non loquitur exceptio facta à statuto,sed de recipiente cessionem,qñ talis reperitur obligatus cũ illo,cõtra quẽ ceditur.Sed quia d.Georgius cui fuit cessũ,non est obligatus cum do.Ludouico,non valuit cessio,quia ẽt isto casu in eo nõ verificatur exceptio.Præterea,& scdõ statutum dicit, nisi in casibus necessarijs in quib. obligatus eẽt cũ eo,contra quem ceditur.de quibus casibus necessarijs non est casus nr̃,neq; respectu obligõnis d.Petri Ant. qui se obligauit uoluntarie,& non aliqua necessitate cogente, neq. respectu cessionis factæ a suis hæredibus,qui ẽt volũtarie cesserunt,& non ex necessitate.Quia igitur dictis hæredib. cedentibus non conueniunt verba dicti statuti, in illis cessat eius dispositio.l.4.§.toties.de dam.infec.& l.id aũt.in prin.de admi. tuto. Nec ẽt dicta verba possunt cessionario & recipienti cessionem conuenire, qñ ille non est obligatus tum eo,cõtra quẽ fit cessio,sicut non reperitur esse in casu nostro.Sed bene cõueniunt,vbi reperiretur obligatus cedere.† sicut obligatur creditor cedere fideiussori,qui pro reo,& debitore cogitur soluere. l.si fideiussores.§. primo de fideius.& ibi plenè no.& ad istum casum & ad similiIes dicta exceptio statuti refertur.Et ita ĩ præmissis concludendum puto. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1. *Cessio de reditibus super imprestitis montis Venetiarum, an cõprehendant reditus annorum præteritorum, quos testator exigere poterat,licet non exegerit.*
2. *Si vnus emit reditus iurisdictõis fiscalis ꝑ primo anno, & alius pro secũdo,si primo anno commissum sit maleficium, secundo facta condemnatio,ad quem emptorem talis reditus spectet.*
3. *Pro exacto debet haberi, quod exigi non potuit facto debitoris, ut illud in cessione non ueniat.*
4. *Vsura decursa viuente testatore venit in legato capitalis, & quare.*

CONSILIVM CXCIII.

VISA cessione reciproca & mutua facta inter fratres de Fõtanella ex cã, & titulo donationis inter uiuos,& sub condõne,si alter eorum decesserit sine filijs masculis ex legitimo matrimonio natis, de oĩb. iuribus & actionibus cuilibet eorũ cõpetentibus in introitibus,reditibus,prouentibus & capitali ad camerã impræstitorũ ciuitatis Venetiarũ, videtur prima facie dicendũ† ꝙ cessio intelligatur facta ẽt pro illis reditibus, quorũ exactio competebat co.Guidoni tempore mortis suæ,& qui si filijs masculis decessit,quamuis occasione annorum præteritorum,& eorum,quib. ille vixerat,deberẽtur.Cum cessio sit indistinctè facta,& eius verba sint generalia,de omnibus actionibus sibi competentibus ad dictos reditus & prouentus. unde generaliter & indistinctè debet intelligi.l. 1.§.& generaliter.de leg.pręstan.& l.de precio.de publi.imò facilius debet cessio cõtinere actiones, quarum dies quo ad reditus annuos præteriti temporis nedum cesserat sed etiam venerat,quam actiones ad reditus futuri temporis,in quarum dies cesserat tantũ,sed non venerat.l.cedere diem.de ver.sign.quia primo casu actio cõpetere dicitur magis proprie quam alio casu,ex quo pro pręteriti temporis reditu tunc agi poterat, & non pro reditu annorũ sequentium.l.1 in fi.quando dies vsufruc.l.ced.Et quia pro annis sequentibus ante diem quis nõ dicitur propriè creditor vel debitor.l.creditores.de verb.sig.& not.Bar.& Doct. communiter in l.1.versus fi.si cer.peta.ergo proprie etiam non dicitur actio competere,ut colligitur ex eius diffinitione, de qua insti. de actio. in princ.Quinimo si cessa fuisset solum actio competens ad capitale,deberentur etiam reditus & prouentus nondum exacti,debiti tempore mortis,per tex.in le.Aurelius.§. legatum.& in leg.fin.de libe.leg. vbi dicitur, quod si debitori legetur liberatio debiti,& tempore mortis testatoris debeantur etiam usurę occasione illius debiti,ꝙ legatum liberationis porrigitur etiam ad debitum usurarum accessorium.Et idem esset si testator alteri legaret,quod Titius debitor debet,quia in tali legato eadem ratione uenit etiam usuræ, quas debitor tempore mortis testatoris deberet. Si ergo in tali legato facto per uerba præsentis temporis, quæ non solent trahi ad futurum. leg. si ita, de aur.& argu. leg. uenit futurum debitum usurarum, ut in dictis iuribus, & hoc ratione accessorij. secundum Bartolum in dicta lege si ita. eodem modo quando legatur vel donatur post mortem,si decesserit sine filijs, capitale,quod est supra dictũ mõtem,debent in donatione venire reditus dicti capitalis,tanquam quid accessoriũ ad illud,qui tẽpore mortis sunt debiti,pro tẽpore etiã decurso post testamentũ, & multo magis sic dicendum, qñ cessio fit etiam specialiter de actionibus,quas quis habet in dictis introitibus,& reditibus,& capitali.Confirmantur prædicta per l.defuncta.de vsufruct.vbi habetur, quòd si vsufructuarius decedat ante ꝑceptos fructus, quòd illi pertinent ad proprietarium, & non ad hæredem suũ. Ergo & in casu nostro isti reditus adhuc non percepti debent ad cessionarium pertinere,& non ad hæredem cedẽtis, quia cũ sibi in vita tantum reseruauerit dictos reditus,similis est vsufructuario.Ad idem ẽt facit text. in l.fin.de iure fisci. ubi habetur, ꝙ pensio fundi locati tempore uenditionis, & non exacta pertinet ad emptorem,etiam si quando emit, fructus erant percepti per conductorem,ergo,& isti reditus,qui sunt pensioni similes,non exacti debent pertinere ad cessionarium. Sed præmissis non obstantibus contrarium uerius esse arbitror. Nam obligatio, & actio competens ad dictos reditus annuos ex cõtractu dicitur esse pura.l.si Stichi.§.stipulatio. de verbo.oblig.& l. senatus.§.fina. de dona.cau.mor. intentio ergo contrahentium fuit,ꝙ reditus, qui veniebant in vita ipsorum percipiendi, spectarent ad illos,& ꝙ percipiendi post mortem illorum venirẽt in donatione,quod constat clarè, quia fuit cessio facta,si alter decesserit sine filijs masculis. non potuit ergo cessio, & actionis translatio habere locum,antequam fuisset purificata conditio. dicta l.cedere diem. ergo pendente conditione donator dũ vixit,actionem ad exigendos dictos reditus habuit,& si illos exegisset, ad suum hæredem transmisisset, & in donatione non uenissent, quia reditus percipiendi a donatore non fuerunt donati nec purè, neque sub conditione prædicta,sed actio solum ex causa donationis fuit cessa sub illa conditione,si decesserit sine filijs masculis. Dum ergo donator vixit,actionem habuit, & reditus exactos suos fecit.¶Est igitur prima conclusio,quòd reditus exacti per donantem adhuc uiuentem non ueniunt in donatione purificata conditione, ut patet per prædicta. Secunda est conclusio etiam clara, quod cessio intelligitur facta ꝑ reditibus annorum,qui cœperũt currere post mortẽ donatoris, & de hoc nõ dubitatur. Sed tertio in dubiũ reuocatur,vtrũ cessio dicat facta pro reditibus annorũ præcedẽtiũ ante mortem dicti donatoris ei debitis, & nondũ exactis, et an ad illius hæredẽ pertineant,uel ad donatariũ.Nã,vt dictum est cessio censetur facta pro reditib.percipiendis post mortem donantis. Solũ ergo videtur facta pro eis,quorũ obligationis dies venit post mortem,ut probatur ex no.ꝑ Cy.in l.fi.ff.de iuris.om.iudi.ubi quærit† quid si unus emerat reditus iurisdictionis fiscalis pro primo anno,& alius emerat pro secundo,& primo anno cõmisum sit maleficium,sequenti uero anno facta sit condemnatio,ad quem spectabit exactio pœnæ.Et post argumẽta ad partes cõcludit,ꝙ spectabit ad emptorem primi anni, ꝑ tex.in l.qcũq; actiones.de actio.& obl.& l.si quis in puteum. §.si postea.quod ui aut clã. et l.fi. arb.fur.cæsa. et le.1.§.si fundum de aqua quoti.et æsti.et cum eo simpliciter transit.Bald. in l.diuortio.in fin.prin.sol.mat. et Petr.de Ancha.in cap.1. ne præla.vic.suas,prout etiam ibi refert Io. de Ana. per text.in l. defuncta.de usufru.ubi habetur,ꝙ fructus præteriti pertinẽt ad vsufructuarium.Est uerum,ꝙ Imo.in d.l. diuortio.§.si uir. dicit,ꝙ tex.in d.l.defuncta.facit in contrariũ, qui uult,ꝙ præteriti

teriti fructus ad vsufructuarium pertineant demū, si sint perce pti, prout utique non sunt in casu Cy. & sequacium. Sed Ale. in d. §. si vir. concordando opi. cōcludit, ꝙ aut fructus iurisdictionis ptinebant ad illum, qui debebat inquirere, & tūc ptinēt ad ſm emptorē, q̄a cōceduntur mediante exercitio officij, & pp operā, & industriam, ar. l. naturalē. §. illud. de acqui. rer. dom. & huic casui non obstant iura alleg. per Cy. vt ibi per eum. Aut cō modum iurisdictionis fuit venditū simpliciter tā primo quā se cundo, & dicto casu spectat ad primum emptorem, quia dicit pœna quasi debita fisco eo ipso ꝙ delictum est commissum, vt no. gl. in l. rescriptum. in prin. de pac. & Bar. in l. fi. de iniur. Nec obst. ſm Alex. tex. in d. l. defuncta. quia primus emptor, vel donatarius non æquiparatur vsufructuario, quia aliàs sequeretur ꝙ ius suum non transmitteret ad hæredem suum, qđ est falsū. l. via veritatis. C. loc. & l. veteris. C. de contrah. & commit. stip. vel pōt dici, ꝙ tex. in d. l. defuncta. loquitur in fructibus naturalibus, & in pēsione, quæ debetur pro eis. secus autē in pensione, quæ pro industrialibus venit præstanda, vt statim dicetur. Quia ergo in casu nostro reditus capitalis ad donantē ptinent, dū viuit simpliciter, & post eius mortem ad donatarium, ppea reditus nondum exacti, sed debiti pro annis præteriti ipsis donatori tpe mortis debent ad eius hæredem pertinere, & non ad donatarium, per pdicta. Ergo habētur pro exactis, & perceptis p eū, & dñr iuris interpretatione in eius bonis ex quo illi cōpetebat actio, & exactio. l. qui actionem. de reg. iur. & l. bonorum §. in bonis, in fi. de ver. sig. Nec pdictis habet obstare, ꝙ in casu nostro ille, ad quem prius pertinebat cōmodum, cesserit actionem alteri pro reditibus & capitali, si decesserit sine filijs, & sic ꝙ ius exigendi reditus debitos dicto tpe in alterum transtulerit, ꝙ in casu Cy. & aliorū factum non fuit. Quia cum reseruauerit sibi commodum donator in uita, & ad eum voluerit illud pertinere, intelligitur in dubio facta cessio solum respectu exactionis, quæ incipiet competere post conditionem purificatā, & non respectu obligationis, & actionis q̄sitæ cum effectu exactionis pēdēte cōditione, sub qua fuit cessio facta, quia quo ad iuris effectum, & ad creditoris cōmodū exactio hr̄ pro facta. d. l. qui actionē. & d. §. in bonis. Et hac rōne ēt in casu præcedenti attenditur tp̄s delicti, & non tēpus exactionis. Et quia verisimiliter, qui cessit sub dicta conditione uoluit reditus prius ob uenientes percipere, quia ad finem, vt illos consequeretur, cessio in illum euentum fuit collata, arg. l. cum de indebito. de pro ba. & l. si cum aurum. de solutio. iō pro illis quos percipere sperauit, actionem cedere non cogitauit. Et per ꝯñs non porrigit cessio ad prędictos reditus ex defectu intentionis, quāuis non sint exacti noluit, quia qđ exigere neglexerit sibi per cessionarium imputari non pt. l. ēt. §. licet. sol. mat. & l. in re mandata. C. manda. Et idem multo magis si exigere non potuit, prout arbitror non potuisse facto debitoris, hoc est, illustrissimæ donationis Venetorū, quæ pp bella suspendit, & distulit exactionē dictorum redituum, idcirco† quantum ad cessionarium haberi dēt pro exactis a cedente, sicut videmus, ꝙ conditio potestatiua habetur p impleta, qn̄ impedior facto tertij siue iusto leg. si Titius statuas. de cond. & demon. vel iniusto, si mō actio cōpetens impedito contra illum sit inanis, ut quia non sit soluendo. Secus aūt si contra illum agi posset cū effectu, ſm Bar. & Doc. in l. 1. C. de institutionib. & substitutio. sub cond. fac. in l. in testā. la 2. de condit. & demonst. & sic habetur semper pro impleta dicta conditio, quando contra tertium impedientem agi nō potest de iure, vel de facto. Ergo & in casu nostro dēt exactio haberi pro facta a cedente, siue fuerit a tertio, i. a dicto dño impeditus exigere de iure, siue de facto, quia propter potentiam impedientis inanis esset actio ad interesse cōtra illū, per no. in l. 2. in prin. qui satisda. cog. & arg. l. 3. in princ. de alien. iud. mutā. cau. facta. Et istud est æquissimum, ꝙ verissimum. Nec propter hoc conditio cessionarij efficitur deterior, quia omnino exclusus fuisset, si cedens dictos reditus exegisset. Confirmatur etiam præmissa conclusio. Nam si pensio debeatur pro fructibus naturalibus percipiendis ex fundo locato, & dubitetur, an debeatur uenditori, vel emptori dicti fundi, inspicitur tp̄s, quo fructus pcipiuntur, & iō si tpe venditionis fructus erant iā per cepti per colonū, debētur vēditori, licet adhuc nō venerit dies soluendi pensionem. d. l. defuncta, aliàs spectant ad emptorem, ſm Bar. in l. fi. ff. de iure fisci. Si uero fructus, qui percipiuntur ex re locata, sunt industriales, quia forte naturales ibi nulli sūt, vt in seruo, naui, domo, & simılib. l. si nauis. de rei ven. & tunc inter ueditorē, & emptorem diuiditur pensio, quæ pro illis pstatur pro rata anni, ſm Bar. in ead. l. fi. Et pōt esse rō diuersitatis, q̄a ex fundo locato semel in anno percipiuntur fructus, sed ex domo, vel naui locata qnotidie percipiuntur, ſm gl. & Bart. in l. itē quæritur. §. qui impleto. ff. loca. Primo ergo casu quo ad pensionē inspicitur tp̄s, quo fructus colliguntur, sed alio casu, quia añ uenditionē fuerunt quotidie pcepti fructus, & post illā veniunt pcipiendi, ppea pro rata anni diuidit pēsio. Et sic ēt isto casu rectè intuenti cōsideratur quo ad pensionē fructuū perceptio. Et ideò in proposito cum ex capitali posito super dicto monte non percipiantur aliqui fructus naturales, sed industriales percipi possint, pstatio annua, quæ pro illo venit faciēda, inter venditorē, & emptorem dicti capitalis esset diuidenda pro rata anni, sicut pensio domus & nauis, quia est eadem ratio vtroq; casu, & eodē modo inter donantem & donatarium. Ex quo sequitur, ꝙ præstatio illius anni, quo mortuus est co. Guido, ēt si adhuc non uenerat dies, quo debebat solui, diuidi debet inter eius hæredes & donatarium pro rata temporis: quia isto casu non attenditur, vt dixi, tēpus, quo debet fieri pręstatio annui reditus, nec isto casu, vt puto, locum haberet d. l. defuncta. de vsufr. quia cum ille, qui habuit causam ab vsufructuario, vt quia ab illo conduxit domum, vel nauem, & sic ab eo viuente perceperit fructus quotidie, habentur pro perceptis ab vsufructuario, & non consequenter commodum pēsionis pro illo tempore debet ad eum pertinere. sed d. l. defuncta. loquitur de re, ex qua percipiuntur fructus naturales. & quia per vsufructuarium uel habētem causam ab illo tempore mortis eius aliqui fructus non erāt percepti, ideo ad proprietarium pertinet tota pensio. Nec in casu nostro obst. cessio, quia, vt dixi, non includit reditus perceptos per cedentem, vel qui habentur pro perceptis in totū vel pro parte, per prædicta. & gn̄alitas restringitur ex intentione cedentis, iuxta no. in l. si de certa. & in l. sub prætextu. C. de transa. & per hæc ad primum, quod allegatur in contrarium remanet responsum. Non obst. etiam tex. in l. Aurelius. §. legatum. & l. fi. §. fi. de liber. leg.† vbi vsura, quæ viuente testatore cucurrerat, venit in legato de principali debito: q̄a illud, vt dictum est, contingit ex natura accessorij. & facit. l. 2. in prin. si quis cautio. Sed in casu nostro reditus annui debētur principaliter & non accessoriè ad capitale, quia illud nullo modo debetur, nec exigi potest, sed pro illo annui reditus solū sūt debiti. Vnde cessio quo ad capitale tm̄, si per se consideretur, nihil operatur, quia pro illo non competit actio, sed solum intelligitur facta ad effectum annuæ præstationis, quæ ex illo percipitur. Non obstat etiam tex. in dicta l. defuncta. quia isto casu cedens non est similis vsufructuario, quia ius suum potuit ad hæredes transmittere, si cum filijs masculis decessit, quod vsufructuarius facere non potuit. §. finitur. insti. de vsufru. ēt si hæredibus suis fuisset expresse concessus. l. stipulatio ista. §. si quis ita. de verb. obligationibus. Præterea, ut dixi, dicta l. defuncta. locum tantum habet in re, ex qua fructus naturales, & non quando industriales percipiuntur. ¶ Non obstat etiam. l. fi. de iure fis. quia secundum Bar. est speciale in illo, qui emit a fisco: quia tenetur stare colono. Præterea quamuis illo casu fructus essent iam percepti per colonum, tamen adhuc colonus tempore uenditionis ad pensionem non erat obligatus. Ideo prædictis concurrentibus spectat pensio ad emptorem, sed in casu nostro tempore mortis cedentis iam venerat dies, quo ab illo poterat annua præstatio exigi, & fructus industriales erant per cepti nomine montis, & ideo non debentur cessionario, sed hęredi cedentis. Et ita concludo. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1. *Statutum disponens indirectè super iuramento, vt quia certa forma non seruata fingit, vel præsumit illud vi, dolo, vel metu extortum, secundum aliquos valet. sed contra nu. 9.*
2. *Testium numerus supplet illorum defectum.*
3. *Aetas melius probatur per domesticos, tanquam de illa verisimilius certos.*
4. *Statutum generaliter loquens, non habet locum in causa dotis.*
5. *Argumentum de alimentis ad dotem valet.*

 6 *Mu-*

6 *Mulier potest se obligare in eodem instrumento cum uiro pro dote filiæ.*
7 *Minor iurans se maiorem, quando restituatur, vel non.*
8 *Dolus præsumitur in matre iurante filium, qui est maior, esse minorem.*
9 *Aßertio falsa aduersarij excusat illum, qui ei credidit, & asserens tenetur ad interesse.*
10 *Statutum disponens principaliter super actu seculari, quamuis sit annexus spiritualis, puta fingere contractum dolo uel metu factum etiam iuratum, valet.*
11 *Turpitudo propria quando allegari non possit, & tunc nec per hæredem.*
12 *Turpitudo detecta per probationes iam factas allegari potest, nisi articuli essent admissi saluo iure, &c.*

CONSILIVM CXLIIII.

IN hac cã vertente inter d. magistrum Palmerinũ ex vna agẽtem, & Nicolaum de Vincẽtijs ex altera: Tota uis & oĩs difficultas descendit ex dispositione statuti sub rubri. de indemnitatibus mulierũ. Cuius forma dr̃ omissa in promissione per d. Bonam matrem dicti Nicolai. Et per ɔñs etiam per illum dicitũ dictã promissionem fuisse nullã, quod prima facie verũ esse vr̃. Qm̃ statuto prędicto cauetur, ꝙ aliqua mulier cuiuscunq. ætatis nupta vel non nupta non possit aliquem contractũ, uel quasi, aut aliquam obligationem facere sine pñtia & consensu patris, si superest, vel vnius saltẽ ex filijs maioris tñ. 25. annis, si pater non superest. Quia ergo non fuit adhibita præsentia dicti Nicolai & cõsensus in dictę matris promissione, cõtractus fuit ipso iure nullus ex defectu formæ. l. cũ hi. §. si prætor. de trãsac. & plenè traditur per Doc. in l. 1. de libe. & posth. vbi ẽt eõcluditur, ꝙ dẽt impleri in forma specifica. & quia ẽt isto casu statutũ ꝑcedit vlterius annullando contractũ, ẽt si iuramẽto firmatus tanquã intelligatur dolo, metu, & per uim extortum. & quo casu valet, ſm Bar. in l. oẽs populi. de iust. & iu. in 3. q. prin. & Pe. de Anch. in repet. reg. ea quæ de reg. iu. in 6. & Bal. & Sal. in auth. sacramenta puberũ. C. si adu. vend. & dicũt ibi nouis. in fi. 1 ꝙ ista est communis opi. † qñ statutum directo non reprobat iuramentum, sed fingit, vel pſumit illud dolo vel metu extortũ, vt in casu nostro. Nec refert, ꝙ mater in contractu affirmauerit dictũ Nicolaum esse minorẽ. 25. annis, quia eius assertioni non creditur, arg. l. si fortè. de castr. pecu. & no. per Bar. & Do. in auth. si quis in aliquo. C. de edẽ. Et q̃a Nicolaus se maiorem fuisse, dicitur per plures testes probasse. & vbi eis & alicui eorũ 2 aliquid posset obijci, † numerus tamen supplet defectum, iuxta not. per glo. & Iac. But. in l. 3. in prin. de test. & per Imo. in l. 3 qui testamento. in prin. de test. & quia etiam ætas† per domesticos melius probatur tanquam de illa verisimilius sint certi. l. ẽt matris. de prob. & per Bar. in l. de ætate. in 3. col. de mino. & facit. l. consensu. C. de repud. & c. constitutus. de relig. domib. Sed præmissis non obstantibus, ex pluribus contrarium arbitror verius, & præcipue ex infrascriptis. Et primo, quia dictum statutum quantumcunque simpliciter loquatur, & generaliter nihilo minus locum non habet in promissione facta ex cã do- 4 tis, † nec illam in dubio dicitur comprehendere, vt probatur ex notatis per Sal. in l. fi. ĩ prin. per illum tex. C. de iure do. Nam in illo tex. dicitur, ꝙ donatio facta ex cã dotis, cuiuscunq; sit quãtitatis, valet hodie absque aliqua insinuatione, quamuis olim secus eẽt. Vnde ex illo tex. dicit Sal. not. bonum argumentum, ut statutum generaliter disponens, ꝙ instrumenta publica nõ ꝓbent, nisi reperiantur memorialibus registrata, non habet locũ in instrumentis dotalibus dotium fauore. & idem vult d. Bald. nouel. in tracta. de dote. in sexta parte priuil. 48. Et sic vult Sal. quod dictum statutum generaliter loquens de instrumentis registrandis, & sic dans formam illis & disponens de solennitate eorum restringatur, vt instrumentum dotis non comprehendat fauore dotis. Pari ergo ratione dicendum est in casu nostro quod statutum generaliter disponens, ꝙ in contractibus mulierum adhibeatur certa forma fauore dotis, non includat illius promissionem, & absque dubio inter unum casum & alterum non potest reddi congrua ratio diuersitatis. Et istud etiam videtur bene probari in leg. libertis quos. §. posthumus. de aliment. & ciba. leg. vbi probatur quod generalis diminutio legatorũ facta per testatorem, nõ refertur ad legata alimentorũ eorũ fauore. & pro singulari eum ẽt allegat Ro. in auth. similiter. C. ad leg. Falci. in 2. col. Sicut ergo gñalis dispositio nõ includit alimẽta, qñ hoc tendit ad fauorẽ alimentorũ, eo 5 dẽ modo idem est dicendũ de dote. † quia de alimentis ad dotẽ valet argumentũ, secundũ Cy. in l. in omni. C. de admi. tu. & Cy. & Bal. in l. si mater. C. de iure dotiũ. & Bar. in l. fi. ff. de his quib. vt indig. & Abb. in c. peruenit. de arb. & Ang. in l. 1. sol. matri. vbi dicit, quod sicut causa alimentorum potest cognosci die feriata. l. 1. de fer. ita eadem die poterit cognosci de causa dotis. Et idẽ etiam tenẽt Bal. Imo. & Pau. de Cast. in d. l. j. sol. matr. & Roma. in d. l. j. §. fi. cum seq. de fer. & ſm Alex. in d. l. 1. propter eorum authoritatem ita seruaretur in practica. & quamuis conetur probare, ꝙ dictum argumentum non sit ualidum, legendo tamen soleo ad allegata per eum respondere, quod nunc omitto, ex quo communis est prædictorum opi. a qua in consulendo, & in iudicando non est recedendum, ut habetur in locis vulgaribus. Et istud ẽt confirmatur ex no. per Bart. in dispu. incip. Mulier habens magnũ patrimonium. & in l. cum de in rem verso. de vsur. & in l. si certis annis. C. de pac. vbi dicit, ꝙ sicut fauore alimentorum extante præstatione legati in minus solenni voluntate relicti, obligatur hæres in futurum. l. 1. C. de fideicõ. ita erit etiam fauore dotis. Et idem tenet Anto. de But. in c. peruenit, de censi. Imo. in l. si vero. sol. mat. quod est dictum de dote, locum ẽt habet in dotis argumento. l. etiam. C. de iure dot. & l. inter socerum. §. cum inter. de pact. dota. Istud etiam decidi videtur ex notatis per Bal. & Rom. in l. 1. sol. mat. ubi dicunt, ꝙ licet regulariter non valeat obligatio vxoris facta simul cum marito in eodem instrumento, tanquam præsumatur facta animo 6 intercedendi pro illo. §. & aliud. in auth. vt nulli iud. † si tamen se obligauit cum viro ad dotem pro filia, valebit promissio, per l. fi. C. ad Velleia. Patet ergo, ꝙ quamuis lex prohibeat simpliciter mulierem pro alio intercedere, ꝙ talis generalitas non includit causam dotis. Et quamuis Alex. in dicta l. 1. de dicto Baldi dubitet, per no. per Spec. in titu. de empt. & vend. tamen non ob. quia non agitur dicto casu de obligando rem dotalem vxoris pro dote filiæ, ut loquitur Spec. sed de obligando eam personaliter, vel de obligatione aliarum rerum suarum, quæ fieri potest pro dote. dicta l. fin. C. ad Velleianum. & l. si dotale. eodem tit. ad quam non respondet Alexand. Item non obst. etiam ratio Aret. quam allegat contra Bal. scilicet ꝙ d. l. fin. tollit exceptionem Velleiani mulieri, & non loquitur casu quo mulier ipso iure non obligaretur, sicut in casu, dicti §. & aliud. quia immò mulier quæ fideiubebat pro quacunque, non obligatur ipso iure, vt est casus sing. in l. antiquæ. §. fin. C. ad Velleianum, & est etiam mirabilis, secundum Bart. ibi. ¶ Secundo principaliter dicitur, ꝙ statutum prædictum hoc casu non habet locũ: quia d. Bona mater Nicolai, & cuius ipse est hæres, iurauit omnia & singula in instrumento contenta fuisse & esse vera. & iuramentum huiusmodi refertur ad omnia, quæ in præcedentibus asseruit tam incidenter quàm principaliter, vt probatur ex no. per glos. in c. vt circa, de electio. in 6. in ver. omnia & singula. Et per consequens dicitur cum iuramento affirmasse, ꝙ d. Nicolaus eius fili⁹ erat minor. 25. annis, vnde nec sibi, nec eius hęredi prodesse debet beneficiũ statuti, quod cõpetit contra ius cõe, & de iure speciali, per text. in l. 3. C. si minor se maio. dixe. 7 vbi dicitur, ꝙ † si minor dolosè iurauerit se maiorem, ꝙ licet vere sit minor, & hoc constet, ꝙ denegatur sibi beneficium restitutionis in integrum. Si uero non fuit in dolo, & tunc si iurauit tactis scripturis, & idẽ vt non audiatur volẽs restitui. Si verò iurauit scripturis non tactis, iuuabitur, si se minorem probauerit per instr̃a. Secus vero si se minorẽ probet per testes, quia ẽt dicto casu non restituetur. Sicut ergo dictis casibus non potest minor contractum rescindere per restitutionem, quæ sibi læso de iure communi solet competere aduersus illum, cum quo cõtraxit, ita etiam muliere, quæ propter sexus fragilitatem ꝑ statutum quodãmodo cõparatur minori in actu contrahendi, & obligandi, non debet patrocinari beneficium statuti contra illum, cum quo contraxit, quando iurauit filium esse minorem, qui verè erat maior, & cuius consensus pro forma ad illũ cõtractum erat necessarius. siue dolosè iurauerit, prout forte in dubio præsumitur isto casu fuisse in dolo. Et licet Pe. Bar. & Doc. in d. l. 3. dicant, ꝙ in dubio minor, q̃ iurauit se maiorẽ, nõ præsumitur

8 sumitur fuisse in dolo, † aliud tñ dici põt in matre iurãte filiũ esse minorẽ, si reperiatur maior, quia pſumptio est, ꝙ ipsa melius sciat ætatẽ filij q̃ alius. d. l. ẽt matris. & ibi per Doc. de ꝓb. quæ rõ cessat in illo, qui de propria ætate iurat, quia memoria habere non põt tps & initium suæ natiuitatis, cum tunc nihil intelligeret. Et ubi etiã non præsumeretur dolus isto casu, adhuc tñ est idẽ, ex quo mulier ista iurauit tactis scripturis, quo casu, ut dixi, nec succurritur minori, si etiam sine dolo iurauit dicto modo. Et ubi ẽt iurasset scripturis nõ tactis, & iurari posset, tunc ad instar minoris non sufficeret probare ætatẽ minorem per testes, sed probari debuisset per instrã, sicut dr̃ de minore in d. l. 3. quia, ut ibi dicit gl. ætas de facili cadit a memoria testis, ideo requiritur probatio per instrumenta dicto casu. qa illa est certior. Si ergo in casibus præmissis nõ succurritur minori etiam decepto fragilitate ætatis. d. l. 3. iuncta l. 1. de minori. multo minus mulieri maiori dẽt succurri ꝑꝑ fragilitatem, quam considerauit statutum. Et quod dicitur de matre iurãte, ut scilicet dictis casibus sibi non prosit statutum, idem est dicendum de eius hærede, cui plus non licet, quam matri defunctæ licuisset. l. 2. §. ex his. de uerb. obl. Nec imputari põt. d. Palmerino, ꝙ crediderit aduersario, hoc est d. Bonæ secum contrahenti. l. j. in prin. & ibi no. oẽs, de eo per quem factum erit. imo ibi ẽt probatur, ꝙ illa, & consequenter eius hæres ex assertione falsa tenetur d. do. Palmarino ad interesse, nec talis obligatio ad interesse annullatur ex statuto, sed solum illa, quæ descendit ex contractu vel quasi, ex quo non oritur dicta obligatio ad interesse, sed ex mendacio. d. l. 1. in prin. Tertio dr̃ statutũ non obstare, non tm̃ ꝑꝑ iuramentum, de quo supra, quod est de pñti, quia iurauit filium esse minorem, sed etiam ꝑꝑ iuramẽtum de futuro, inquantum scilicet iurauit non contrauenire aliqua ratione vel causa in plenissima forma. Quoniam licet statutum

9 ẽt tunc annullet contractum fingendo iuramentum † extortũ dolo vel metu, tamen statutum non valet inquantum disponit de contractu, super quo appositum est tale iuramentum, quia sicut directo non põt super iurõ disponere, & contractum iuratum annullare, secundum Bar. in dicta l. oẽs populi. & d. An. Imo. & Abb. in c. cum contingat. de iureiu. & Pau. de Cast. in d. authen. sacramenta puberum. & in l. si quis pro co. de fideiussorib. cum concor. de quibus per Alex. in l. fi. qui satisd. cog. & idẽ tenet Alex. consi. 59. primo vol. & in consilio 56. aliàs. 38. incipien. Visa petitione Antonij de Roma. &c. tertio vol. ubi latẽ hoc prosequitur. eodem modo non potest statutum per indirectum iuramentum annullare, fingendo cõtractum per metum vel dolo factum, secundum Baldum, Ray. & Albe. in dicta l. omnes populi. quia illud, quod est directo prohibitum, non debet esse concessum per indirectum. cap. cum quid vna via. de regulis iuris in 6. & idem tenet dom. Ant. in dicto c. cum contingat. & etiam Abb. quando fingeretur vel præsumeretur modo prædicto sine aliqua iusta causa, sed iusta causa subsistente statutum valeret, secundum eum, puta si in loco erat consuetum minores dolo vel metu inducere ad contrahendum, & dẽ hoc constet. Et idem vult Abb. in dispu. incip. Stante statuto, &c. & in c. ecclesia sanctæ Mariæ. de constit. & in consil. 71. incip. Quinque dubia. in primo volu. & primo dubio. vbi dicit, quod non staretur verbis narratiuis statuentium de tali consuetudine, sed oportet de ea taliter apparere, per leg. si forte. in prin. de castren. pecu. & ideo cum in casu nostro de tali consuetudine tempore statuti conditi, nec per statuentes, nec aliter sit facta fides, statutum non ualet. Et ista est communis opinio isto casu Canonistarum, quibus in hoc est standum, quicquid dicant moder. in d. authen. sacramenta puberum. nec Alexan. quem allegat in consilijs pro opinione contraria illud dicit, sed loquitur quando statutum directo disponit super iuramento, & illud annullat, & concludit, statutum non valere. Sed est etiã diligenter ad unum aduertendum, quod Bart. in d. leg. omnes populi. dum vult quòd statutum ualeat, quando fingit, uel præ

10 sumit, loquitur quando † statutum fingit uel præsumit contractum dolo, vel metu factum: & sic quando fictio uel præsumptio est super actu temporali, nam tunc procedit fictio vel præsumptio statuti super tali actu, quamuis ei sit annexus actus spiritualis, & sic licẽt super eo iuramentum sit interpositum: & isto casu loquitur etiam Bald. in d. authent. sacramenta puberum. C. si aduer. uendi. & omnes alij sequaces in contrarium allegati. Et hoc modo intelligit & declarat dictum Barto. do. Abb. in d. cap. ecclesia sanctæ Mariæ. de constitut. quem etiam refert Felin. in 22. colu. versic. octaua & ultima declaratio extensiua, & dicens, quod non valet lex ciuilis præsumptiuẽ disponens in materia spirituali, etiam si non reperiatur lex canonica in contrarium, qa cum de istis nõ possit secularis disponere, ergo nec pſumere vel fingere, q allegat ẽt Fed. in consi. 96. inci. Apparet quædã lex, &c. vbi dicit, nõ valere statutum laicorum, per quod ex certis cõiecturis præsumitur contractus usurarius. Et hoc est uerum, ſm Abb. qñ principaliter pſumit vel fingit circa actũ spũalẽ, secus, ſm eũ, si dispo nat super actu temporali, cui annexus, sit spũalis, & ita intelligit & saluat dictum Bar. in d. l. oẽs populi. dũ dixit, valere statutũ laicorũ, si præsumat cõtractũ simulatum, vel vi aut metu factum, ẽt si super eo sit appositũ iuramentũ, dummodo hoc pſumat ex cã rationabili, aliàs posset in fraudem iuramenti pſumere dolum vel simulationẽ, & allegat do. Ant. in d. c. cũ cõtingat. Sed in casu nostro fictio vel præsumptio statuti non versatur principaliter super cõtractu & actu tẽporali, sed directo super ipso iuramento, & actu spirituali, disponendo, ꝙ si iuramentũ fuerit interpositum, ꝙ authoritate dicti statuti intelligatur metu, dolo, & ꝑ uim extortum, & in fraudem sexus muliebris, &c. ergo isto casu non ualet statutum sine dubio, prout ĩ terminis decidit Abb. in d. c. ecclesia sanctæ Mariæ, & cui Ba. & alii tũc nõ cõtradicũt, sed in diuerso casu loquunt, ſm Abb. & ad hoc præcipue puto rñderi non posse. Quarto adduci potest. Nam si d. Bona viueret & allegaret, & probare uellet, filiũ fuisse maiorem, ad effectum annullandi cõtractũ, non deberet

11 audiri, qa suũ † periuriũ, & turpitudinem ꝓpriam allegaret, quod non cõceditur ẽt excipiendo cõtra illũ, qui non fuit particeps criminis, vt no. per Bart. & Doc. in l. iusiurandum qđ ex conuẽtione. §. fi. de iureiu. Et istud ẽt procedit, qñ reus allegando suã turpitudinẽ vult oñdere actionẽ actori non cõpetere, ſm Pet. de Anch. in c. inter dilectos. de fide instru. & est etiã de mente Imolæ ibi, qui relata dicta opinione Petri de Anch. vltimo loco, tandem transit cum Bar. in d. §. fi. qui indistinctẽ vult, ꝙ talis non debeat audiri. & istud ẽt sequitur Alex. ibi contra Ioan. And. in dicto c. inter dilectos. quemadmodum ergo d. Bona non debuisset audiri allegando suum periurium, sic ẽt non debuit Nicolaus eius hæres admitti ad allegandum periurium matris defunctę, quia hæres non potest allegare turpitudinem illius, cui successit, sicut nec ipse potuisset. l. si creditoribus. cum gl. C. de seruo pig. dato manumis. ¶ Sed obstare videtur, quia dictus Nicolaus fuit admissus ad probandum suam ætatẽ maiorem, & sic est detecta per talem probationem matris turpitu

12 do. † ideo postquam est detecta, potest allegari, secũdum Bar. in d. §. fi. & magis ad propositum per Bal. & Salice. in l. fin. C. de non nu. pecu. vbi dicunt, ꝙ licet quando iuratum sit, omnia esse uera, non possint partes venire contra iuramentum allegando simulationem, si tamen probationes de simulatione fuerint admissæ, tunc post turpitudinem detectam licet allegare illam. Et idem tenet Ale. in l. nemo potest. de leg. 1. Et facit, quod no. Innoc. in c. cum Bertoldus. de re iudi. cum concor. de quib. ibi per Mod. & per Alex. in l. iudex postquam. de re iudi. Ad istud tamen respondetur, ꝙ si positiones vel capitula fuerunt ꝑ iudicem admissa saluo iure impertinentium & non admittendorũ, ut fieri solet, quod tamen videre non potui, contrarium cessat, quia capitula huiusmodi non erant admittenda, ut patet per prædicta, ideo habentur pro non admissis, stante dicta declaratione & protestatione iudicis. l. qui in aliena. §. Celsus. de acquirenda hæreditate cum concordantibus. Ex omnibus ergo præmissis concluditur, quòd reus calumniosẽ se defendere conatur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Stipulatio seu promissio non venit appellatione contractus in statuto contra ius commune.*

2 *Statutum etiam loquens per verba vniuersalia, restringitur fauore dotis.*

3 *Etiam si in dote militet eadem ratio statuti.*

4 *Lex fi. C. ad Velleia. nihil noui inducit, nec inconuenit, quòd Imperator aliter dicat.*

 5 *Sta-*

5 *Statutum prohibens mulierem fideiubere, non comprehēdit causam dotis, tanquam in hoc specialiter priuilegiatam.*
6 *Prohibitio duplex concurrens statuti & iuris communis cōprehendit casus speciales.*
7 *Persona, quæ inhabilitatur de iure communi, pro dote obligari non potest, secus si de iure speciali.*
8 *Obligatio descendens ex contractu iuramento vallato transit ad hæredes, licet iuramentum non transeat.*
9 *De intellectu l. si alterius. C. si min. se maio. dixe.*
10 *Extensio fit in legibus fauorabilibus licet exorbitantib. ex identitate rationis.*

CONSILIVM CXCV.

De materia præcedentis consilij.

se.de hære. vel act.ueud.sicnt diceretur dos constituta & data, si quodlibet aliud nomen debitoris fuisset datū in dotē.l. si debitor.de iur.do.l.si pater.solu. matr.l. Nessennius.de re iud.Et hac ratione vtitur ēt Bar.in proposito in cons. 131.Statuto ciuitatis Eugubij,&c.& bene probatur ī l.si socer.§.Lucius.sol. ma.Nā illo casu, ſm Pa.de Ca. ibi videtur maritus recepisse ꝓmissionē a socero loco solutionis, iō vxor ab heredib.mariti repetit dotē adhuc non exactā per uirum a promissore. Et eādē opi.Sali.in d.l.si constante.tenent ēt mod.Papiē.in rub.sol. mat.pro qua allegant ēt Bar.in cons.133.Pactū sic se habet, Titius & Seius,&c.ubi dicit ꝙ si in instrumento diuisionis Titio assignetur quædam petia terræ pro restitutione dotis uxoris Titij,verbū illud,pro restitutione,non minus significat,quam verbum,dari. Allegant ēt Bar.in l.1.ff. quorū bo.vbi ſm eum, probatur ibi,ꝙ verbum,restituere,adaptatur ad id, ꝙ nūquā habui.Præterea in casu nostro ꝑcessit obligatio dotis,de qua ī scripto priuato,deinde confessus est uir totā dotē recepisse,ac postea socer promisit genero ducatos 400. per confessionem ergo fuit sublata prima obligatio,& nouata in secundā uidet, & sic sibi solutū,ſm Bar.in d.consi.131.in fi.allegat l.dotē, & l.uir ab eo.de iur.dot.& not.per Iaco.de Are.in l.pen. §. si uir. sol.mat.ubi uoluit,† ꝙ si post cōfessionē de recepto sequatur dicta promissio,ꝙ illa cedit loco solutionis, tanquam confessio facta dicatur sub spe dictæ promissionis,& iō nomen illud debitoris est periculo viri,& sequitur ēt Bar.ibi, & adhuc ista opinio confirmatur.Nā ser Liberalis non dedit nomē debitoris in dotē,nec in solutum,sed promisit pro fratribus, & cauit de rato, ac illis non soluentibus soluere promisit, ut patet ex scripto,ibi,per gli quali ditti fratelli prometto. quæ uerba idē important,ac si dixisset nomine illorum.l. fideicommissa.§.interdū.de leg. 2.& ibi Bar.& per eum in l.j.§.nunciatio.de ope. no.nun & sic tanquam negotiorum gestor promisit.Illis igitur habentib.ratū,perinde est ac si promisissent, vel ser Liberalis de mandato eorum.l. fi.ad Maced. Qđ ēt nomen debitoris nō sit datū in dotē,nel in solutū,patet manifestè,quia actū fuit,ꝙ tenerentur in diē,& ꝙ interim pro alimētis certū quid præstarent,& tñ non tenebantur,nec dicto modo promiserāt dicto ser Liberali,sed simpliciter & pure.Fuit ergo necessaria ratihabitio eorū maximè propter promissionē præstatiōis annuæ, ꝙ secus esset,vbi nomē debitoris datum fuisset in dotem, quia † fauore dotis actio utilis sine cessione quæsita fuisset marito. l.2.C.de actioni.& oblig.& idē si fuisset datum in solutū præcedente promissione.l.fi.C.quando fis.vel priua.& plenè notatur in l.j.C.de act.& obli.Si ergo dicti fratres sunt obligati tanquam se obligauerint per aliū, potest ser Liberalis de iure cōi agere contra generū,& ab illo exigere dotem promissam a fratrib.& gener etiā soluto matrimonio actionem habet contra dictos fratres,quam etiam cedendo socero liberatur, & hæc oīa habentur in d.l.si socer.§.Lucius.sol.mat. Stante igitur dicto pacto, vr̄ ꝙ eius verba in ista dote promissa possint uerificari, id est, ꝙ dimidia possit retineri, & dimidia restitui,quia poterit maritus actionem sibi competētem contra dictos fratres pro parte pro se retinere,& alteram partem socero cedere, quia † cessio in incorporalibus habetur pro traditione & restitutione,vt notatur in l.ad eum.in prin. & ibi Bart. de dona.& per eum in l.Seia cui bonis.in fi.prin. de dona.cau.mor. & in l.1.in fi.C.de actio.& obl.uel poterit dictam dotem maritus in totum exigere.d.§.Lucius.& illam sic exactam pro parte restituere,& pro parte retinere,iuxta conuentionem,& verba conuentionis huic casui possunt conuenire.Sed his non obstantibus,contrarium puto uerius.Nam,vt dictum est,nomē debitoris datum in dotem,nec in solutum,sed pro fratribus & noīe fratrū ser Liberalis promisit in scripto priuato,vt dictum fuit proximè,minus ēt in alia promissione in dotē in solutum fuit datum nomen debitoris,vt clarè ostēditur inferius. Pactū † aūt de dote lucranda intelligitur de ipsa re dotali, obligatio autē,qua tenetur promittens, & actio de dote contra eū cōpetēs,non est dos,nec res dotalis, sed ip sa actio est ius persequēdi dotē,uel rē dotalem debitā.insti.de act.in prin.aliàs si dicta obligatio & actio esset res dotalis, maritus amplius ad dotem agere non posset,quia frustre quis petit,quod intus hēt, ꝑut ēt dicit Ang.qui sic clarè cōcludit in d.consi.180. Et quamuis Bar.in d.consi.131.aliter dicere uideatur,tamē in hoc rectē nō sentit.& contrarium uoluit Ang.vt dixi,& vltra eum concludēter confirmatur,quia si dicta obligatio & actio , quæ est apud maritum,dos diceretur,† statutum loquens de dote data vel recepta,locū hēt hr̄et in promissa,quia apud maritum diceretur esse dicta dos in obligatione consistens.Et hoc est,quod sensit & tentauit Bar.in d.consi.per rōnem prædictam. Sed ipse contrarium uoluit in d.l.iubemus.§.sane.& alii communiter, ut ꝑ Ale.in l.si donaturus.§.fi.de condi.ob cau.& in l.sed hoc ita.§. 1.de re iud.& Soc.in l.de diuisione.sol.mat.& sic illud,quod in d.consilio tentat,communiter non tenetur.Nec est bonum simile de nomine debitoris dato in dotem, quia illo casu est expresse actum,ꝙ actio,quæ competit danti,sit res dotalis. & iō maritus agit contra illud nomen , non quidem actione de dote,nec ex cā dotis,sed tanquam procurator in rem suam, quia in eum ipso iure fuit utilis actio translata,quæ competebat do tanti,d.l.fi.C.quan.fisc.uel pri.& idem si tale nomen fuisset ab initio in dotem datum.d.l.2.C.de act.& obli. Et ita etiam in terminis declarat Bar.in l.singularia.in 6.col.versi.si uero ille,cui dēt fieri solutio.ff.si certum pe.ubi tractat,qñ debitum ab vno conuerti possit in aliud debitum debendum ab alio, ut patet ex proxime præcedentib. Et concludit, ꝙ si debitor, cui debet ab uno fieri solutio,de hoc promissionem habuit ab alio.si qdem cā est talis,quæ pōt impleri in qualibet re,sicut est dos, q̄ pōt constitui in pecunia,in re mobili & immobili, & in iurib. tunc statim perfectus est contractus,qa illa obligatio, quę illi quæsita est ex promissione,cedit in cām dotis.l.cum pater.l.licet.§.quoties.l.nuptura.& in l.si sponsalibus.§.j.de iure dotiū. vbi est bonus text.declarans hanc rōnē,ſm eum.Si ergo actio, quæ cōpetit pro re dotali,& ex promissione dotis,non est dos aliquo modo,sed ius persequendi debitam dotem, ut dixi. Et patet quia qui habēt actionem talem,vere non hēt rem debitā sed.fi&c.l. qui actionē.đ reg.iu.& per Bar.in l.Gallus.§.videndum.in fi.de lib.& posth.ubi etiam no.concludit ,ꝙ statutum loquens de habente rem,locum non hēt in illo,qui hēt actionem ad dictam rem: & hoc apud me nullam penitus habet dubitationem.His igitur sic præmissis,ꝙ in casu nostro non dicatur nomen debitoris datum in dotem,neque in solutum,sed ꝙ fratres ser Liberalis intelligantur pro parte dotem promisisse, sequitur,ꝙ in hac parte promissa non pn̄t uerificari verba pacti.Nam inquantum conuentum est, ꝙ partem dotis maritus retinere debeat,in re quam non hēt,non cadit retentio, sed in re solum,quæ est apud aliquem.l.Paulus.de doli excepti.l.si in area.§.fi.& ibi no.de cond.indebi.l. cum soluta. C. eodem tit. Et quamuis actionem pro parte posset retinere,tamen,ut dixi talis actio,quæ oritur ex promissione dotis,non est dos. Et q̄uis improprie & fictē dici posset dos,l.qui actionem.tamē hoc pactum contra ius non hēt locū in casu ficto, sicut nec statutum,ſm Bar.in d.§.videndum.quia utroque casu est eadem rō & probatur in d.l.quicquid astringendæ. Faciunt notata in l. Gallus.§.quid si tantum de lib.posth.dum dicit, ꝙ in contractib.non fit extensio ad casum fictum, qñ non hēt per omnia eundem effectum, quem hēt casus uerus, & idem tenet in l.j. §.lex Falcidia.ad l.Fal.sed promissio non est eiusdem effectus, cuius est solutio,ſm Bar.in l.quod nomine.de cond.indebi.ergo pactum non extenditur ad illum, qui solum hēt spem & actionem. Et quamuis in pacto exprimatur non solum uerbū, retinere,sed etiam subijciatur,et lucrari,tamen hoc verbum recipit † declarationem a uerbo retinere,cui coniungitur & copulatur.& sic debet intelligi,ꝙ lucrari debeat mediante retentione sibi concessa,ut bene probatur in l. sed si adijciatur pro socio,ubi habetur,ꝙ si contrahatur societas quæstus & lucri, intelligitur de lucro ꝓueniente solum ex quæstu,& sic restringitur ꝑ uerbum,quæstus,quod præcedit.ita et in casu nostro, & quia sicut una pars alternatiuę declarat alteram.l. 1. de reb. dub.& ibi Bart.sic una pars copulatiuæ declarat alteram partē ſm Rom.consi.231.Præmissorum Doc.&c.& Soc.in d.l.j.De inde in dicto pacto agitur,ꝙ maritus alteram dimidiam partē dotis reddere debeat & restituere.quæ uerba ēt nō conueniūt huic promissioni,de qua igitur,quia reddi non pōt, neque restitui pars dotis ex quo apud maritum dos non reperitur. Nā uerba prædicta ex sui significatione requirunt actum retro similem,ſm Bal.in l.cum etiam.C.de reb.credi. & probatur in l. fi.C.sol.mat.iuncta glo.3.quæ dicit,ꝙ in dote promissa non cadit

8 dit repetitio. Et propterea si statutum dicat, ꝙ maritus lucret dotē ꝓ dimidia,& aliam dimidiā restituere teneatur, non hēt locū statutum in dote ꝓmissa,in qua nō pōt cadere restitutio ſm Ang.consi.158.inci. Quidam noīe Pe.&c.& idē ēt uult Al. in d.l.sed hoc ita de re iud.& Soc in l.de diuisione.sol.ma.quā uis male referant Sali.in d.l. si constante. faciunt not.per Iaco. But.& Sali.in l.mancipia. C. de seruis fug. Nec obstat, ꝙ cedi possit actio pro dimidia,quę habet uim restitutionis,q̄a pactū loquitur de restitutione dotis,& dicta actio orta ex promissio ne dotis non est dos,sed ius ꝓsequendi dotē.nec,ut ēt dixi, pa ctum dēt extēdi ad fictam dotis restitutionem sic est cesſio dictæ actionis.Itē non obstat,ꝙ maritus etiam soluto matrimonio possit illam exigere.d.§.Lucius.& illā exactam uere ꝓ parte retinere,& pro parte restituere, quia pactū de dote retinenda & restituenda hēt relationem ad tempus, quo dos restitui dēt q̄a tunc agitur de retentione & restitutione.Oportet ergo ꝙ dicto tempore in dote cadere possit retentio vel restitutio, & sic ꝙ sit exacta,& non sufficit, ꝙ post dictū tp̄s exigi possit & exigatur, quia qualitas adiecta uerbo determinatur ſm tp̄s verbi.l.in delictis.§.si extraneus.de nox.l.ex facto.§.fi. ad Tre. per quem tex.in proposito dicit Bald.in l.2.C. de iure emphy.

9 col.2. ꝙ si quis recepit † emphyteusim cū hoc,ꝙ non transeat nisi ad suū primogenitū,ꝙ intelligit̄ de illo, qui tp̄e mortis recipientis erat primogenitus, quia successio hēt relationem ad tp̄s mortis.iō dēt prioritas illo tp̄e cōsiderari,sequitur Alex.in d.§.pe.Itē non obst.ꝙ in dote promissa possit cadere restitutio mediante pacto de nō petēdo,vel acceptilatione,ut dicit Ang. in d.consi.180.q̄a ista cōsideratio non pōt uerificari in ꝓposito,quia siue fratres promiserint cōteplatione ser Liberalis, & sic sit dos profectitia l.profectitia.de iu.dot.siue cōtemplatione filię,& sic sit aduētitia,nō p̄nt dicti fratres liberari,sed exigi dēt dos ab eis ad cōmodū ser Liberalis ꝑ maritum,vel ab eo actio cedi cōtra dictos fratres.d.§.Lucius. uel q̄a dos sit cōsolidata ī patrē,vel q̄a pater successit filiæ,cui dos fuit donata, iux ta ea,q̄ h̄ntur in l.2.§.ꝙ si in patris.& in l.post dotē.sol.ma.Posset ergo ꝓcedere,ꝙ dicit Ang.q̄n dos eēt ꝓmissa ab illo,cui esset restituenda, q̄a tūc posset liberari pro parte, sed nec ēt tūc

10 talis liberatio posset dici restō,q̄a † cū debitor eēt pro illa parte tutus exceptione perpetua absq; liberatione,nō hēt tūc liberatio uim solutionis,vel restitutiōis,ut probatur ex no. per gl. Bar.& Doct. in l. actione.C.de transa.vbi dicitur,ꝙ remittere debitū non liquidum,non est dare,& per Bar.in l.siue apud acta.in j.col.eod.ti.in hoc igitur minus q̄n competit exceptio, q̄a nō est ꝓprie debitor.l.si is cui.§.Flauius.de sol.Non obstāt ēt rōnes Salic.in d.l.si constante.& primo dū dicit, ꝙ promittere,& dare,procedūt a pari, quia hoc non est uerū in statuto vel pacto,quod stricte interpretatur,& qđ non extenditur,in statutū de dote data non hēt locum in ꝓmissa,ſm Doc.cōiter Cuius contrariū ꝓbaret rō Sal.& idē q̄n per æq̄pollens loquitur de data,sicut q̄n loquitur de dote restituenda.Præterea l.fi. C.ad leg.Falc.æq̄parat † dare & promittere quantū ad approbationē,quia vno casu h̄rs videtur approbare,sicut alio casu, & idē q̄n ex promissione tollitur alia obligatio,sed aliàs secus, ſm Bar.q̄ ita declarat in l.qđ noīe.ff.de condictio.indebi.Item non ob.l.cū post.§.in his.cum gl.in versi.hēt dotē,quia ex promissione dicitur maritus dotē habere quo ad cōmodū vxoris, q̄a tenetur uxori soluto matrimonio ad restitutionē perinde acsi illā hēret.d. §. Lucius. quo casu ēt procedit ille text.ubi ēt no.in gl. Sed quantū ad ipsum maritum & ad eius cōmodū nō dicitur maritus habere dotē ex ꝓmissione facta ex cā dotis, iō nō lucratur eā,si statutū vel pactū loquatur de dote data. Nō ob.ēt tex.in l.fi.C.sol.ma.quia iūcta gl.2.facit ꝯ Sali. Itē nō obstat,quod uoluit Bar.in consi.113.quē Mod.in rub.sol. ma.allegant pro opinione Sali. quia non dicit Bar.ꝙ uerbū,restituere,uerificetur in dote promissa,sed ꝙ important idē quod dare.& sic illo casu uerbū,ꝓ restōne,exponitur pro datione, q̄a fratrib.Titii mariti non fuerat illa petia terræ data in dotē, sed erat prius apud eos,iō dñr dare illā,& non restituere.Sed in casu nostro,i.q̄n dos est apud maritū,in illā dotē nō cadit restō, nec datio,iō verbū restituere, ñ cōuenit,ēt si exponat̄ ꝓ dare. Et eodē modo r̄ndetur ad no.per Bar.in d.l.j.C.quo leg.quia fatendum est,ꝙ pōt quis petere sibi restitui,quod nūq̄ habuit, tamen illud est uerum cōtra illū,qui hēt potestatem dandi vel restituendi rem,sicut in casu illo.sed maritus hic nō habet ptātem restituendi dotē promissam, nec dādi, iō in eius persona nō pōt exponi restituere pro dare. Præter ea ista expositio est impropria,ſm Bal.in d.l.cū ēt.C.de reb.cre. quæ non dēt capi in materia stricte interpretanda.d.l.quicq uid astringendæ. & re vera ista nihil faciunt.Præterea in hac prima promissiōe nō pōt maritus se fundare,quia fuit sublata & nouata per confessionem & promissionem sequentē,quę continet diuersum,vt statim dicetur clarius,iō dici non pōt,ꝙ per eam dos possit retineri, uel restitui, vel ꝙ per illam nomen debitoris sit datum in dotē vel in solutū,ex quo ab ea fuit recessum.Nō obstat postremò,ꝙ promissio,quæ sequuta est confessionem,cedat loco solutionis,& ꝙ prima promissio sit nouata,per not.in l.pe. §.si uir.sol.mat.quia hoc est cōcedendum respectu uiri, & ad eius incommodum, ita ꝙ ad illū spectat periculum,& non ad vxorem,pro qua alius promisit,ut dicit Bar.in d.§.si uir. sed ꝑ hoc in tali dote nō potest verificari,nec restitutio locum habere,q̄a verè talis sequens promissio non potest dos dici, sed ꝑ illam potest maritus dotē consequi,& ad dotem agere, aliàs si dotem diceretur habere, non posset petere a promittente, ut dixi sup qđ est falsum, sed pro exacta habetur quo ad uxorē, ad effectum ut ad restitutionem teneatur maritus,ac si habuisset, quemadmodū si pro muliere quis promittat dotem nulla præcedente confessionem mariti,quo ad mulierem,& ad finē vt mulier eā a marito possit repetere,habetur pro soluta. d. §. Lucius.nō aūt ꝙ in ea verificetur dispositio de dote data vel retinenda,aut restituenda ad cōmodū mariti,ut superius dixi.Solū.n.differt ꝓmissio quæ sequitur cōfessionem, ab alia, quia primo casu nō liberatur maritus cedēdo actionē uxori, & ad illū pertinet periculū,vt h̄r per Doc. in d.§. si vir. sed alio casu cedendo liberatur d.§. Lucius. Præterea & hic est aduertendū quia doctrina Bar.d.§.si uir. locum hēt,q̄n maritus ab vno cōfessus est se dotē habuisse,puta ab uxore,& alius promittit.Nā illa promissio alterius reputatur solutio.sed in casu nostro cōfessus est habuisse ab vxore & a socero, & deinde socer promisit se facturum & curaturum,ꝙ fratres sui soluent & numerabunt,& sic promittit factum ꝓprium, nō ergo promisit tunc noīe fratrū suorū,nec illos dedit in dotē,nec in solutū,sed ꝓmisit noīe proprio.§.si quis aliū.& ibi no.insti.de inuti.stip.Et sic differt vltima promissio a prima,de qua in scripto,& quāmuis ad primā habeatur relatio,hoc non est in modo promittendi,sed in mō soluendi, hoc est,ꝙ curabit,ꝙ fratres soluent in terminis,de quibus in scripto,& cū interusurijs,&c.Isto ergo casu,quo ille idē qui recepit cōfessionē,promisit, nō h̄r promissio pro solōne,seu promissio nō dr̄ solutio, & iō propter hoc si vellet ser Liberalis exigere dictā dotē,quā promisit, vtique nō posset,prout declarat Pa.de Ca.in d.§. si uir.in fi.Sicut ergo quo ad promittentē,non dicitur facta solutio, ita nec econtra quoad eū dici potest solutio,nec in ea potest cedere restitutio pro dimidia,quia promittēs nō cogitur curare & facere,si non vult.l.stipulōnes non diuiduntur. in prin. de uerbo. obl. nec cum effectu succedit obligatio ad interesse pro dimidia,quia tutus est ꝑ exceptionē ēt ex dispositiōe pacti.Iō in illā dimidiā nō cadit vera restō,nec liberatio,quia nō hēt uim solōnis vel restōnis, ex quo oīno exceptio cōpetit, ut dixi superius. & nihilo minus cessio contra seipsum pōt habere locū.l. Vranius.de fideiuss.cū similib.& ista r̄nsio ē tutissima, & quia prima ꝓmissio ser Liberalis fuit per cōfessionē sublata & nouata,ſm Bar.in d.consi.nihilo minus dici pōt, ꝙ nomē debitoris fuerit datū in dotē,aut solutū, nā ꝑ primā promissionē nō per ea,q̄ dixi in præcedentibus,& quia ab illa promissione fuit recessū per confessionē,per secundā promissionē ēt minus illud p̄t dici,quia solū ꝓmisit facturū & curaturū,ut dictū ē, & sic factū suū ꝓpriū,nō āt nomē dedit in dotē,uel in solutū. & hoc est certissimū.Et ꝓpea si per maritū agitur utili actiōe cōtra fratres ser Liberalis tanq̄ eos dederit in dotē vel in solutum ut audio,iuxta dictā l.2.de act.& obl.& l.fi.C. q̄n fis.uel priua. Absq. dubio male agitur & sine actiōe,q̄a nulla datio in solutū vel in dotē fuit facta, sed tm̄ eorū noīe fuit primo promissum & ab illa promissione recessum,vt dictum est, ac deinde solus ser Liberalis ad factum proprium se obligauit. Et ita cōcludo ego Carolus Ruinus Regien.I.V.D. Laus Deo.

S V M-

SVMMARIVM.

1 *Venditio facta ad mensuram, dicitur conditionalis, si mensurabitur etiam in fundo. & nu. 10.*
2 *Receptio partis pretij post moram emptoris facit illam uideri remissam. & quid de pena. & nu. 11.*
3 *Mora non incurritur per emptorem uel alium in certo & non liquido.*
4 *Mora de æquitate canonica quandocunq. purgari potest, si aduersarius non sit in damno, sed contra nu. 7.*
5 *Dictum in præfationib. intelligitur repetitum in contractu, quã do se compatitur cum illo. & declaratur nu. 15.*
6 *Lex, si quis maior. C. de transactionib. habet locum in omni contractu.*
8 *Iuramentum & dies indistincte impediunt purgationem moræ.*
9 *Mora quando purgari potest, debet fieri incontinenti, quod intelligitur arbitrio iudicis.*
12 *Annullatio contractus in pœnam periurantis intelligitur, si altera pars uoluerit.*
13 *Mora & pena præterita purgata, ex noua tamen mora pœna incurritur.*
14 *Pena conuentionalis debetur etiam ex mora irregulari, & similiter legalis.*
16 *Tractatus contractus non dicitur precessisse incontinenti, quando altera die factus fuit.*

CONSILIVM CXCVIII.

VISO ac perlecto instrumento vẽditionis factæ ꝑ illustrissimum do. Ioãnem Georgium Cæsarinũ do. Dñico, & visis omnib. alijs, quæ in themate ꝓponuntur & in iure allegantur, & super his habita diligenti cõsideratione, vr̃ prima facie, ꝙ dictus do. Dñicus emptor nõ fuerit in mora soluendi residuũ pretij, & per ꝯñs, ꝙ cõtractus non sit resolutus, & ꝙ aliàs pœnas tanquã periurus non incurrerit, de quibus in l. si quis maior. C. de transac. Nam præfatus do. Ioannes Georgius uendidit do. Dominico casalia nuncupata Practica, pro pretio uiginti millium ducatorũ, quæ casalia sunt octingentorũ rubiatorũ, quæ mensurari debeãt ꝑ duos hoĩes expertos. Et si non fuerint mẽsuræ dictorum octingentorum rubiatorum, dictus d. Io. Georgius teneatur defalcare de dicto ptetio pro rata pretij dictæ minoris quãtitatis. Et si reperirentur esse ultra dicta octingenta rubiata, totum illud plus teneatur dictus dominus Dominicus soluere dicto domino Ioanni Georgio pro rata pretij, &c. quia igitur dictum est, ꝙ ascendunt dicta casalia ad certam mensuram, & est conuentum, ꝙ mensurentur, & ꝙ pretium augeatur, vel minuatur secundum diminutionem dictæ mensuræ, uel augmentum, dicta † uenditio videtur facta ad mẽsuram, & sic sub tacita conditione, si mensurabitur. l. ꝙ sæpe. §. in his. de contrahẽ. emp. & quãuis tex. ille loquatur, qñ venduntur res, quæ cõsistunt pondere, numero, vel mensura, idẽ tñ est in fundo uendito ad mensurã. lege si in uenditione. §. fi. de periculo & cõmodo rei venditę. & prout ẽt vult Pau. de Cas. in leg. Iulianus. §. si Titius. de actionibus empti. qui dicit, ꝙ idem etiam sentit glo. in d. §. in his. & in l. 1. §. sed nec custodiam. de peric. & commo. rei ven. Nec refert, ꝙ unum pretium pro omnibus octingẽtis rubiatis sit dictum, & non in singula rubiata, vt videtur esse casus in d. l. ꝙ sępe. §. pen. vbi dicitur, ꝙ si quis vendidit centum metretas vini ex doleario, ꝙ antequam mensuretur periculum est venditoris, quia uenditio est conditionalis, vt dictum fuerat. nec interest, quod pro omnibus unum pretium sit dictum vel in singulas metretas, &c. Si ergo uenditio intelligitur sub illa conditione, si dicta casalia mensurabuntur, sequitur ꝙ pẽdente conditione non potuit agi ad pretium contra ueditorẽ quia actio ad pretium non erat nata. l. cedere diem. de uerb. sign. ꝙ locum etiam habet in conditione tacita, ẜm gl. in l. itẽ quia. de pac. Et ubi nulla est petitio, ibi nulla mora. leg. si pupillus. de verb. oblig. & per consequens non potuit emptor, qui precium non soluit, incidere in pœnam. d. l. si quis maior. quæ demum committitur, si mora præcedat, ut probatur ibi in ver. non seruando promissa, id est si fuerit in mora seruandi, secundum Pau. de Cast. & Alex. ibi apostillando illud uerbum per l. si duo. §. fi. de cõsti. pecu. & probatur in l. lecta. ver. sed cum sortis. si cer. pet. Secundo principaliter vr̃ excusari do. Dominicus, quia post lapsum termini sibi præfixi ad soluẽdũ integrum precium, do. Io. Georgius uẽditor ab illo recepit ducatos ducentos ex causa dicti precij, per quam † receptionem 2 factam sine protestatione intelligitur remissa mora ipsi emptori, in quam incidisset ex casu dicti tp̃is, ar. l. post diem. de le. cõmisso. & per no. in l. 2. C. de iur. emph. & in l. Aemilius. de min. & quamuis ex receptione partis ante commissionem pœnæ non dicatur pœna remissa in totum vel pro parte, si in alia parte debitor fuerit in mora, ut no. Spe. in ti. de arb. §. si versi. quid si plures. cũ ver. seq. & in tit. de loca. §. nunc aliqua. versi. 30. & Bal. in rub. C. de contrah. empt. in 10. q. & Ang. in l. in executione. §. in solidum. de ver. ob. cum concor. de quib. ibi per Ale. Si tamen post pœnam iam commissam recepit partem, ut in casu nostro, dicitur pœna in totum remissa, sicut si recepisset totum residuum, quia utroque casu est eadem rõ, & tantò magis quia promisit uenditor computare dictam sumamm cum residuo precii facta mensuratione. Et sic videtur velle, ꝙ cõtractus stet & permaneat, quia aliàs post mensurationem non posset fieri dicta imputatio cum dicto residuo. & quia concedit & pręsupponit uenditor, ꝙ fieri debeat mensuratio ẜm formam contractus remaneat firmus, & ꝙ ab illo nõ discedatur, quia aliàs non veniret facienda mẽsuratio. Nec impeditur dicta remissio tacita ꝑꝑ relationem ad cõtractum, quia dicta relatio ad hoc non tendit, sed ad effectũ ut pars soluta imputetur in residuo precii, si emptor facta mensuratione reperietur debitor, vel ꝙ pars soluta restituatur, si in illa debitor non esset ꝑꝑ defectum mensuræ, & prout in instrumento contractus continetur, vel relatio ad contractum fit respectu mensuræ & conuentionis de mensurãdo de qua in illo, quia illa verba, secondo la forma del contratto, determinant alia uerba proxime præcedentia, videlicet, fatta che sia la mẽsura di essa, & ẜm utrumq; sensum dicta relatio tendit ad approbandum, & non ad improbandum contractum. Et quãuis post solutionem dictorum duca. 200. dictus d. Dominicus adhuc cessauerit in solutione residui, non tamen mora fuit per illum de nouo commissa, quia (ut dixi) ex tenore cedulæ uidetur actũ, ꝙ differri possit solutio residui post mensurationem. & vbi etiam sic actum non intelligeretur quia tamẽ ad soluendum residuum alius terminus non fuit appositus, mora de nouo potuit contrahi sine noua interpellatione, ẜm Bar. in l. item illa. de const. pecu. in princ. ver. quæro, solutio debebat fieri. & c. cum uers. seq. vbi concludit, ꝙ si mora ex lapsu diei contracta sit tacite remissa, ꝙ debitor non constituitur postea in mora sine interpellatione perinde ac si promissio fuisset facta ab initio sine die. l. si ex legati cã. de ver. obl. 3 Et quia † residuum precii ante mensurationem erat incertum, propter hoc etiam emptor a mora excusatur, per not. per Bal. in l. acceptam. C. de vsur. in 6. opp. ubi dicit, ꝓ circa illud, quod non est liquidum, non potest mora committi, per no. per glo. ibi in ver. vsuras. & per le. 2. C. de vsur. & fruc. leg. & etiam probatur in l. in fideicommissi. in prin. de usur. & illum tex. etiam ad hoc ibi ponderat Bal. in lec. antiq. dicens, qđ mora nunquã põt contrahi, nisi debitum sit liquidum. Et hoc etiam tenet Al. in consi. 49. 3. vol. Et quamuis emptor fuisset in mora, & quæ rõne iuramenti non posset purgari de iure ciuili. d. l. si quis maior. & ibi Doc. & ꝑ alias rões, de quib. ibi per eos, † tamen de 4 æquitate canonica illam potuit quandocunque purgare: si emptor non fuit in damno, ẜm Bal. in l. qui crimen. C. qui accu. in 2. q. per no. in c. apud misericordem. 32. q. 1. & in ca. beatus. 22. q. 2. Et idem uult Bal. in l. si pacto. C. de pac. & Alex. in d. l. si qs maior. & quamuis Ale. in d. l. si insulam. in hoc uideatur aliter sentire, quia no. in locis prædictis, ẜm eum, habent locũ solum in foro pñali, sed in foro contentioso secus, etiam de iure canonico, ex quo in hoc a rigore iuris ciuilis nõ reperitur recessum, per no. in c. 1. de ope no. nun. Tamen prima opi. uidetur uerior quia immo in omni foro reperitur in hoc iure ciuili recessum, c. suam. de pœnis. ubi habetur ẜm intellectum Host. in summa de arb. §. sed qualiter. ver. sed nunquid religiosi, & c. ꝙ de æquitate canonica potest quandocunque mora purgari, si aduersarius damnum non est passus. Et idem uult Ant. de But: & Abb. in c. dilecti. de arb. & ad hoc non respondet Alex. in d. l. si insulam. nec ẽt Corn. consi. 21. in primo uol. qui tenet cõtra Bal. Et confirmatur ista opi. Nam non admittitur purgatio moræ, quando

quando adiecta est dies & pœna regulariter. l. traiectitiæ. §. de illo. de act. & obl. & no. Bar. & alii communiter, in d. l. si insulã. & tame de æquitate canonica potest mora purgari, vt expresse probatur in c. potuit. de loca. Et similiter in stipulationibus ꝓtoriis & iudicialib. dicto casu pōt mora purgari. l. post tres. si q̃s cau. ſm vnum intellectū ibi, ꝑ Bar. & alios communiter, & per Bar. in d. l. si insulam. in 4. opp. primæ partis. & hoc ſm Bar. & Doc. propter æquitatem prætoris. l. quod si Ephesi. de eo. qđ cer. loc. Si ergo ex æquitate prætoria in hoc receditur a rigore iuris ciuilis, multo magis propter æquitatem iuris canonici purgatio moræ debet admitti & concedi eo casu quo de iure ciuili prohibetur. Tertio principaliter vr̃, ꝙ do. Dominicus non sit in culpa, nec in mora, quia dicitur probatum, ꝙ in præfationibus in tractatu ipsius cōtractus fuit actum inter partes, ꝙ emptor apud se retineret ducatorum tria millia, donec mensurarẽ

5 tur casalia vendita. hoc autẽ quod fuit in præfationib. † dictũ, intelligitur in contractu repetitum. l. Titia. §. idem r̃ndit. de ver. obl. & l. item quia. in fi. de pac. & declarat Imol. in l. quoties. §. sed cum primum. de hæredi. insti. dum dicit, ꝙ illud, quod fuit dictum in præfationibus, compatitur se cum contractu, ꝙ intelligitur facta dicta repetitio, puta, dicit ipse, si in tractatu fuit actum, ꝙ mutuetur pecunia, & ꝙ sors repeti non possit, donec soluerentur uitæ, quamuis postea pecunia simpliciter mutuet & reddi simpliciter promittatur, debet intelligi, si vsuræ nō soluantur. Sic igitur & in casu nostro, quia quãuis facta fuerit simplex promissio de soluendo residuum precij per totum mensẽ Septembris, debet tamẽ intelligi & subaudiri, si facta fuerit mẽsuratio, & sin minus ꝙ retineantur per emptorẽ ducati tre mille quousque mensuratio fuerit facta. Sed tamen præmissis non obstantib. contrarium puto verius. Nam certum est, ꝙ dictus d. Dominicus emit pro ducatorum viginti millibus, & ꝙ solutis ducatorum duodecim millibus ab initio & tempore contractus, promisit cum iuramento soluere residuum per totum mẽsem Septembris, quod cum non fecerit, & promissa non impleuerit, statim fuit in mora lapso dicto termino. l. magnam. C. de contrahend. & commit. stip. Nec ob. ꝙ etiam promiserit deinde soluere ad omnem simplicem petitionem, requisitionem, & uoluntatem ꝑfati venditoris, &c. quia non minus propter hoc dies interpellat. ſm Bal. in c. 2. de illo qui interfec. frat. do. sui. vbi dicit ẽt idem, si promisisset soluere in pascate, & ab inde in antea ad tui uoluntatem, ſm Bar. in l. cum ita stipulatus sim mihi o Procule. de uer. ob. qui loquitur in isto ultimo casu, & de utroque per Alexa. in l. quoties in diem. de uer. obl. & propter quam moram dictus emptor incidit in pœnas, de quibus in d. l. si quis maior. C. de transa. & sic carere dẽt omni commodo ip-

6 sius contractus, & accepta restituere, vt ibi dicitur, quia † illa lex nedum hẽt locũ in trãsactione, sed ẽt in quolibet alio contractu, ut probatur ibi in uer. pacta ſm Bar & alios. & quæ mora in odium peiurãtis nō pōt purgari, vt ẽt ꝓbaꝛ ibi ſm Doct. cōiter, & Bar. Ang. & alios, in l. si insulam. in 5. q. de uer. obl. &

7 † nedum hoc procedit de iure ciuili, sed ẽt de iure canonico, vt ꝓbatur ex no. per gl. in c. mora. de re. iu. in 6. & c. cupientes. §. ꝙ si per uiginti. in uersi. expectari. & in c. licet canon. de elec. in ver. priuatus. quæ uult. ꝙ ubi est apposita dies & pœna a canone ut ibi non possit mora purgari etiam incōtinenti. Et pro cō cor. alleg. d. l. magnam. sed melius facit. l. 2. C. de iure emph. vbi probatur in uerbo, oĩmodo, ꝙ de iure ciuili non possit purgari mora, q̃n a lege est apposita dies & pœna, & quam ad hoc alleg. Ang. Imo. & Ale. in d. l. si insulam. & sic gl. in prædictis locis uult, ꝙ etiã iure canonico impediatur moræ purgatio, ex quo loquitur de die & pœna apposita a canone & sic a lege canonica. Sicut ergo isto casu ẽt de iure canonico ꝓhibeꝛ moræ purgatio, & a iure ciuili non est recessum ꝑ ius canonicum, idẽ eẽ dẽt in alio casu simili, in quo prohibita sit de iure ciuili moræ purgatio, ut in casu dictæ leg. si quis maior, quia militat eadem rō. l. illud. ad leg. Aquil. & l. a Titio. in princ. de ver. obl. & præ-

8 sertim hoc est verum† quando promissioni iuratæ est etiã dies apposita, ut in casu nostro, quando dies est apposita iuramento non dẽt minus, immo magis impedire purgationem moræ quam pœna, quia sola adiectio pænæ sine die, nō impedit purgationẽ moræ. l. 1. de penu. leg. & l. si penũ, q̃n dies leg. ced. & per Bar. & Do. in d. l. si isulã. & tñ solũ iurm sine die impedit purgationem moræ. d. l. si quis maior. Sicut ergo q̃n est apposita dies & pœna ab homine vel a lege, nō potest mora purgari de iure ciuili, nec de iure canonico, ita nō debet admitti purgatio omni iure, q̃n dies apponitur, & iuramentum, vt in casu nr̃o. Nec prædictis obst. d. c. potuit. de loca. ubi admittitur purgatio moræ incōtinenti illo casu, quo dies & pœna est apposita a lege, & quo casu, vt dixi, non admitteretur de iure ciuili, quia illud est ſpāle in emphyteuta ecclesiæ, ſm Alex. in d. l. si insulam. in 6. col. sed in emphyteuta priuati secus, ẽt de iure canonico. d. l. 2. Et idem putarem in quolibet alio debitore ecclesiæ, vt. s. possit de iure canonico moram purgare incontinenti eo casu, quo non posset de iure ciuili, quia in omnib. est eadem ratio, sed in debitore priuati secus. Et ad c. suam, respondetur ſm intentionem Host. ꝙ procedit in clerico, qui non dẽt sic crudeliter exigere sicut laicus, ne videatur hoc facere propter auaritiam, q̃ꝗuis etiam Inn. in d. c. suam. velit idẽ in clerico, ꝙ in laico. & tex. in d. c. suam, habet alios intellectus, de quibus ibi per Doct. & maxime, ꝙ ibi fuerat soluta in termino maior pars sortis. Iō de æquitate non debet exigi pœna pro parte soluta, sed non negatur, ꝙ exigi possit pro parte non soluta. Et similiter nō ob. ꝙ in stipulationib. prætorijs possit purgari incontinenti, q̃n ẽ adiecta dies & pœna de æquitate prætoria. l. & si post tres. si q̃s cau. quia illud procedit solũ in his, quæ pertinent ad litis ordinationẽ. secus in prætorijs, quæ pertinent ad litis decisionem, ſm Bar. & Doc. in dictis locis, per l. si cũ dies. §. fi. cũ seq. & pri. seq. de arb. Sicut ergo prætor in prætorijs quo ad decisoria, & etiam in conuentionalib. nō recedit in hoc iure ciuili, quamuis æquitatẽ sequatur. d. l. qđ si Ephesi. ita ius canonicũ ex æquitate nō dẽt recedere a iure ciuili eo casu, quo non recedit præ

9 tor. Præterea † & prætor & ius canonicum in casib. in quibus permittit moram purgari contra regulas iuris ciuilis, concedit hoc fieri tantummodo incontinenti, & non ex interuallo. d. c. potuit. & d. l. & si post tres. Vnde etiam si in casu nostro potuisset purgari mora, non potuit tamen ex interuallo, & post annũ purgari, sed incōtinẽti. Et q̃n dicatur fieri incōtinẽti, cōmittitur arbitrio iudicis. l. si ita q̃s. §. Scia. de uer. obl. & no. gl. & Doc. in d. l. & si post tres, & qui iudex arbitratur habita cōsideratione loci, & personarum, ſm Doc. ibi, & Bar. in d. l. si insulam, per l. continuus. §. cum ita. de uerb. obl. Et ꝙ post annũ ac ẽt post sex menses non dicatur fieri purgatio incontinẽti, uoluit ẽt expresse gl. Bar. & Doc. in d. l. & si post tres. Postquã. enim gl. dixit, purgari debet mora intra paucos dies, opp. quod immo fieri hoc possit post multos dies & menses, per leg. sancimus. C. de fideiuss. ubi fideiussori de iudicio sisti dantur sex menses ad purgandum moram. respondet, ꝙ illud hẽt locũ in dicto fideiussore, sed l. & si post tres. in principali, qui promisit sistere, quia ſm Bar. quis seipsum facilius sistit, quam aliũ. Et sic volunt, ꝙ principalis non possit purgare morã intra sex mẽses, q̃a ex interuallo, & nō incōtinenti diceretur facta purgatio, ꝙ fideiussori prædicto conceditur, quia in illo uersaꝛ maior difficultas. Et per hæc remanet r̃nsum, ad quædã, quæ allegantur in contrarium. Superest nūc respondere ad alia in quibus tota uis uidetur consistere. Non ob. igitur dũ dr̃, ꝙ uenditio ista, tanquã facta ad mensuram, dicitur esse cōditionalis, s. si mensurabitur. d. l. ꝙ sæpe. in §. in his. de contrahẽ. emp. & per ꝯñs ꝙ emptor pendẽte cōdōne non potuit esse in mora, quia interim nō erat obligatus. l. cedere diẽ. de ver. sign. quia immo fuit pura, ex quo casalia fuerunt vẽdita pro ducatis uiginti millib. quamuis dictum sit, ꝙ sunt octingentorum rubiatorũ, ſm Pau. de Cas. in l. Iulianus. §. si Titius. de act. emp. ubi concludit,

10 † ꝙ aut fit venditio ad mensurã, puta ad rōnem unius ꝓ quolibet iugere, & tunc antequam mensuretur fundus non erit venditio perfecta. d. §. in his. & iste non est casus noster. Aliq̃n vero venditur fundus pro centũ, & dictum fuit esse cẽtum iugerum, sed non fuit dictum ad rationẽ unius pro quolibet iugere, & sic est unum pretium tm̃, prout reperitur factum in casu nostro, & tunc uenditio statim perfecta. Contra hoc tamen vltimum videtur esse tex. in d. l. qđ sæpe. §. pe. & de quo Pau. de Cast. non facit mentionem, dũ ibi dicitur, ꝙ venditis centum metretis uini, uenditio est conditionalis, nec interest, ꝙ ꝓ oĩbus vnũ preciũ sit dictũ, vel in singulas metretas, &c. Sed respōdetur, ꝙ illo casu uenditio facta fuit per verba significantia mẽsurã, & numerũ mensuræ, q̃a uenditæ fuerunt centũ metretæ uini ex doliario, iō dicitur uenditio facta ad mensuram, siue

unum

vnum pretium sit dictum pro oibus.siue in singulas metretas. sed in casu Pau.de Cast.pariter & nro corpus fuit venditū, & pretium fuit vnū,ideo venditio dr pura & perfecta.Et in simili ēt Old.in cons.197.in cōcessione cuiusdā,&c.drīam facit ad aliud propositū,vtrū contrahentes incipiant exprimere conceptum mentis per nomina significantia numerum, vel mensuram.vel per nomina significantia certam speciē,vel corpus certū.& ēt Bal.in rub.C.de contrah.emp.in 22.q.& Doc. in c. ꝑtuas.de don.Nec ob.ꝙ ex partiū cōuētione debeat augeri pretiū,vel minui,si excessum vel diminutio reperiatur eē in mensura expressa, quia vbi sic non fuisset actum, potuisset dubiū oriri,vtrū deberet minui preciū uel augeri,si diminutio vel excessus reperiret in mēsura expressa,per no.ꝑ Old.& alios,ī locis ꝓximē all.Ad tollendū igit hoc dubiū fuit ita conuentū,& nō ad effectū vt venditio eēt cōdōnalis.Præterea ēt si uenditio diceretur facta ad mēsurā,& ꝑꝑ hoc posset dici cōdōnalis, ꝓmissio tñ residui ipsius precij fuit in diem & non sub cōdōne, hoc est,ꝙ solui deberet per totū mensem Septēbris.Adueniente ergo die pendēte cōdōne,id est,ante mensurationē mora cōtrahit,quia potuit agi,ꝙ ēt pendente cōdōne pretium deberet solui,& ita ēt fuit actū.Nec mirū,cū res fuerit añ mensurationē tradita mediāte cōstōe, & ēt actuali apprehensione, & dñium translatū in venditorē.l.dotis fructus.in fi.de iur.do.& l.sub cōdōne. de sol. nō mirū ēt si fuit facta ꝓmissio dicti residui adueniēte dicta die,siue tūc facta fuerit mensurō,siue adhuc nō fuerit facta.Nec pōt dici,ꝙ dicta promissio sit facta sub tacita cōdōne,si mēsurabitur,vel ꝙ dicta cōdō intelligat in illa repetita quia sic ut ex parte emptoris traditio nō fuit suspēsa post mensurationē,ita solutio residui ipsius precij ex veridmili mēte contrahentiū non fuit suspensa in dictū euentū.Et ita est in dubio ꝑsumendū,quia uenditor nō ꝑsumitur volu sse in hoc sibi præiudicare,& eē deterioris cōditionis q̄ emptor.l.cū de indebito de prob.& l.si cū iterū de sol.Non obst.ēt,ꝙ venditor recipiendo partē debiti post morā & pœnā iā commissam dicatur illā

11 remisisse, qa imō ēt† post pœnā iā cōmissam,ꝑ receptionem partis nō intelligitur remissa,sed solū qñ recepit totū,si non sit ꝓtestatus creditor,vt expresse cōcludit Ant.de But. & clarius Abb.in d.c.suā.de penis.Et rō est in promptu,quia quo ad partē non solutam mora non est purgata,sed quo ad illā adhuc durat,iō non tollitur pœna, sed qñ soluitur totū mora purgatur ī totum, ꝓpterea pena remittitur.Nō obst.ēt dū dr, ꝙ saltē dicatur remissa pœna propter ꝓmissionē de computādo quātitatē solutā in pcio facta mensuratione,de qua in dicta schedula,tanquā dicta promissio tēdat ad approbandū,& non ad improbā

12 dū contractū.Quia annullatio† cōtractus,quæ fit in pœnā periurantis,intelligitur si ille,cui pstitū est iuramentū,uoluerit, ꝑ no.per gl.in l.& eleganter.in prin.de dolo.in gl.magna.& in l. iurisgentiū.§.ꝑtor ait.de pac. & l. in causæ.la 2.in prin.de min. vbi vult gl.ꝙ licet dicatur,ꝙ qñ dolus dedit cām contractui bonæ fidei, ꝯtractus sit ipso iure nullus.l.3.§.fi.pro soc.hoc tamē ītelligitur,si deceptus velit & ꝓbatur in le. Iulianus.§.si quis a colludente.de act.emp.quāuis ergo promiserit emptor dictam partē residui computare,facta mensuratione,in precio,si quod debebitur, per hoc tamē nō intelligitur velle in contractū persistere.sed dicitur illū non improbare,nec approbare, & dēt intelligi dicta promissio rebus sic stantib.l.quod Seruius.de condic.ob cau.& c.quemadmodū. de iurei. & sic si venditor aliter non declarauerit uelle recedere a cōtractu, & ita est potius interpretandū,præsertim cū mora non fuerit purgata in totum, sed pro parte tantū, quā ꝙ uideatur uenditor uoluisse renūciare iuri sibi quæsito ex inobseruātia iuramenti.d.l. cum de indebito.& c.cū super.renū.Præterea quāuis ex partis receptione,

13 vel ex dicta ꝓmissione dici posset† mora ꝑterita in totū purgata,& remissa pena iā commissa,adhuc tamē ex alia & noua mora superueniēti emptor incidisset in penas, de quib. in d.l.si q̄s Nā residuū precij promisit soluere per totū mēsem Septēbris, & quæ ꝓmissio diuiditur in duas,& vna cōtinet residuū dari, & altera per totū dictū mēsem dari.l.Celsus.de arbi.Quāuis ergo mora ꝯcta & pœna commissa, quia intra dictū mēsem non soluit,dicatur remissa ex prædicta receptione uel ꝓmissione, non tamē mora,quæ ꝯtracta fuit post dictā solutionē & ꝓmissionē dicitur remissa,vt ꝓbatur ex no.per Bar.in l.1.C.de pac. dū dicit,ꝙ iuri de futuro non cōpetēti ēt spe non ītelligitur renūciatū,quādo verba renūciationis uel pacti sapiūt dispositionē de pñti,all.l.nec nos.C.d capt.& l.j.§.ꝙ ait.2.quo l.& ꝑ ut ad pœnā cōmittēdā ex mora futura non dicitur quis ius ēt in spe habere de præsenti.l.merito.ff.pro soc.ꝙ aū t emptor. post dictā solutionē & promissionē de nouo fuerit in mora,& ꝙ per consequēs inciderit de nouo in pœnā probatur.Nam,vt dictū est,venditio ab initio fuit perfecta & pura,& uenditor ꝓ parte sua perfectè adimpleuit,quia rē uenditā tradidit, & emptor fructus cœpit percipere,& successiue illos percepit, percipiēdo ergo illos post terminū datū ad soluendū,& post solutionē partis,& promissionē emptoris,& sic post remissionē moræ retro contractæ,incidit de nouo in mora, ex quo cessauit in solutione residui,per no.in l.curabit.C.de act.emp.& in l.de diuisione.sol.mat.& si dicatur,quòd ex mora irregulari non obligatur quis ad pœnam legalem,& quæ non fuit promissa,& de qua agitur,ꝭm Soc.in l.de diuisione.per l.cum quidam.§.si pupillo.de usur.iuncta l.in minorū.C.in quib. in integ.resti. &c.

14 Ad hoc respondetur, ꝙ Soc.loquitur in vsura,quæ debetur iure actionis & ex conuentione,committitur ex mora ēt irregulari,ꝭm cū,per no.in l.ait prætor.§.sed hodie.de min.& in l.ad diē.cū gl.fi.interlineari,quā ponderat Cum.de uer.ob.& similiter cōmittitur pœna imposita a testōre,ꝭm Soc.Idē est dicēdū de pœna legali, quæ non debetur iudicis officio, quia dispositio testatoris & legis, regulariter æquiparatur. §. disponat. in auth.de nup.& n⁰.Bar.in l.si quando.§.heres.de leg.2.& ꝓbatur,in d.l.si quis maior. quæ loquitur de pœna tā conuētionali,quā legali,& q̄ cōmittitur ex mora,ꝭm Pau.de Ca. & Ale. ibi.Et quo ad pœnā conuentionalē intelligitur de mora,tā irregulari q̄ regulari, ut dictū est. ergo idē quo ad legalē, quia in dubio fieri dēt æqualis determinatio.l.iā hoc iure.de vul.& pupil.& dicto modo ēt illā.l.si quis maior. inducit Imo.in d.l.si insulam.de ver.obl. ad probandum ꝙ prohibetur purgatio moræ quo ad omnes pœnas,de quibus ibi,per d.l.iā hoc iure. quē etiam refert Alex.in d.l.si quis maior. Et quāuis ad hanc rationē Imo.conetur respondere,tamen sua responsio non cōuenit casui nostro. & ēt dictam responsionē Alex.non tenet, sed impugnat idem Alex.in d.l.iam hoc iure.per illum tex.& in l.in testamento. C.de testa.mili.& tanto magis hoc procedit in pœna imposita a lege propter periurium, ut.s. illa cōmittatur ex mora ēt irregulari.quāuis ēt aliās nō cōmitteretur, sicut videmus, ꝙ licet quis interpellando, & adeundo iudicem non incidat in pœnam legalem, nisi peruenerit ad sententiam.l.alia. C. de his quib.vt indig.& l.qui cum maior.§.accusasse.de bonis liber.pœna tū imposita a lege ex periurio,statim ꝙ adiuit iudicē, cōmittitur.d.l.si q̄s maior.& est speciale in hac pœna,ꝭm Pet.& Ray. in d.§.accusasse.& Alex. in d.l.col.pe. Nec ob.ꝙ si residuū non esset liquidū,& sic ꝙ in illo non potuit mora cōmitti,quia imo residuum quantitatis promissæ,s. viginti milliū ducatorū erat liquidū,licet esset incertum, an esset ex post facto minuēda vel augenda. Tertio principaliter non ob. ꝙ in præfationib.fuerit actum,ꝙ ter mille ducati remaneant apud emptorem donec facta fuerit mensuratio,& q̄. hoc intelligatur repetitum in cōtractu.l.Titia.§.idem respondit.de ver.ob.& l.itē quia.in fi.de pac. quia de tractatu nō constat,nisi per unū testē, qui solus nō ꝓbat.l.vbi numerus.de testi.& l.iurisiurādi. C.eo. alij vero tanquā cōtrarij & varij nihil probant.l.eos.in prin.de fal. & l.qui falsa. de testi.& tanto magis,quia ita est pronunciatū,& declaratum. Nec obst.ꝙ dictum vnius viri notabilis excuset a dolo,& ꝙ nō sit imputandum illi,q credidit uiro fide digno. ꝑ no. ꝑ gl.in l. Titio fundus.de cōd.& demō.& q̄ ad hoc alle.Bal.in l.j §.j. de eo ꝑ quem fac.erit,& ēt Ang.& Ale.ibi,& ꝑ ꝯñs ꝙ dicta pœna non sit cōmissa,& quæ sine dolo nō cōmittit,ꝭm Bal.in l. obseruare.§.ꝓficisci. de offi.procon.& Alex.cōsi.92.in j.volum. quia ex hoc,quòd ille deposuerit tanquam testis ad probandū tractatum & præfationē cōtractus,nō tū ꝓbatur, ꝙ ipsi dixerit emptori fuisse actum & dictum in tractatu.Solū,enim ut testis deponit de eo, quod audiuit a volentib.contrahere in tractatu ipsius contractus,non aūt attestatur,ꝙ illa, q̄ audiuit ab illis in tractatu dixerit ipsi emptori.nec etiam aliter & alio modo probatur hoc dixisse eidem emptori. Præterea ad hoc, ut dicta in præfationibus intelligantur in contractu repetita, oportet,qd̄ contractus fuerit incontinenti sequutus. Et ideo o-

15 portet,ꝙ duo probentur. Primo † ꝙ hoc fuerit dictū in tractatu.

ctatu.Secũdò, ꝙ incontinenti ante cõtractũ, ſm Imo. in le. Titia. §. idem rñdit. de ver. ob. ex mẽte Bar. in l. non ſolũ. §. morte. de ope. noui nũ. & in l. pacta nouiſsima. C. de pac. & ꝑ Imo. in d. l. quoties. §. ſed cu primũ. de hæred. inſtit. & eſt cõis opi. ſm Ale. in l. pacta nouiſsima. Et ſic cũ allegãs repetitionem fundet ſe in tpe, hoc eſt ꝙ incõtinenti cõtractus ſit ſubſequutus, dẽt hoc ꝓbare, per no. in l. eũ actũ. de neg. geſt. & in l. matrẽ. C. de ꝓb. & per Bar. in d. l. nõ ſolũ. §. ſed vt probari. de ope. no. nun. & in 16 continenti† nõ diceretur tractatus præcisè, ſed ex interuallo, qñ fuiſſet factus altera die, ſm Bar. in l. 1. §. qui pñs. de verb. ob. per l. cõtinuus. in prin. eo. ti. & per l. duos. in fin. de duo. reis. Et in his terminis expſsè idem ſentit Bar. in d. l. pacta nouiſsima, vbi dicit, ꝙ dicta in præfationib. intelligũtur repetita in cõtra ctu, qñ ꝓceſſerũt immediate. quod vltimũ verbũ importat, ꝙ ſaltẽ eadẽ die præceſſerit. Et ꝓpterea ſi hoc non ſit probatum, nihil operatur illud, quod fuit dictũ in tractatu. & multo minus ſi ex dictis teſtiũ appareret, ꝙ alia die tractatus præceſsiſſet. Nec ẽt obſtat, ꝙ emptor dicatur elegiſſe agrimenſorẽ, & interpellaſſe venditorẽ, vt aliũ eligeret ſm tenorẽ cõtractus, quia ex quo hoc ipſo pœna erat iá cõmiſſa, & reſolutus erat cõtractus, ñ põt imputari vẽditori, ſi non elegit, imò eligere non debuit, ſi noluit ſtare cõtractui, q̃a eligendo tacitè renunciaſſet iuri ſuo, & diceretur moram & pœnam remiſiſſe, per ea quæ dicta ſunt in præcedentibus. Concluditur ergo, ꝙ eſt declarandũ emptorẽ cecidiſſe ab omni cõmodo contractus, & ꝙ rem emptam & traditam reſtituere tenetur. Laus Deo.

SVMMARIVM.

1 *Conditio appoſita a lege, vel ſtatuto cenſetur de forma, & eſt ſpecifice obſeruanda, alias diſpoſitio locum non habet, vt in ſtatuto de lucro dotis.*
2 *Domus viri in ſtatuto de lucro dotis capitur pro eius propria, nõ autem ſi ipſe fuerit ad domum vxoris.*
3 *Minor reſtituitur in integrum aduerſus omiſſum conditionis implementum a ſtatuto de lucro dotis requiſitæ, vt cõditio pro impleta habeatur.*
4 *Etiamſi ſit talis conditio, quæ reſtaurari non poſſit.*
5 *Reſtitutio competens minori eſt fauorabilior, quam competens abſenti cauſa reipublicæ.*
6 *Lucrum dotis a ſtatuto deferri dicitur ex cauſa oneroſa propter onera matrimonij.*
7 *Reſtitutio ex clauſula generali competit etiam maiori aduerſus omiſſam traductionem in caſu, de quo hic.*

CONSILIVM CXCIX.

8 *Consuetudo magnopere attendi debet in oneribus imponendis.*

CONSILIVM CCII.

VIDETVR, quod istis ciuibus ex priuilegio competat immunitas, quæ alijs ciuibus originarijs & incolis cōpetit, per no. per Bar. in le. maritus. §. legis de adulter. Nec obstare vr, quod sint ciues creati, ipsis tn̄ de Ferris venientibus, & dummodo veniāt ad standum, & habitandum, & stēt & habitent in dicta ciuitate Regij, quia † prædicti ad hoc astringi non potuerunt, quia per hoc ius libertatis infringitur, & libertas aufertur, vt vr̄ esse casus in l. Titio centum. §. 2. de cond. & demon. vbi habetur, si alicui relinquatur ita vt in tali ciuitate domilium habeat, quod onus reijcitur, quia ex illo libertas restringitur. Sed istis non obstantibus cōtrarium arbitror verius, & quod male fuerit iudicatum. Et præmitto, quod priuilegium ciuitatis fuit concessum nominatis in dicto priuilegio, & corū filijs, & descentib. in perpetuum. Et deinde apponitur illa clausula, videlicet, † ipsis tamen de Ferris venientib. & dummodo veniāt, q̄ refertur ad oēs personas superius, & in pcedentib. nominatas specialiter, & generaliter, & quib. dictū priuilegium fuit concessum, & sic non solum ad nominatos proprio noīe, sed ēt ad eorum filios, & descendentes, quia natura relationis sic operatur, vt probatur ex no. per Bar. in l. si quis seruum. §. fi. de l. 2. dū dicit † quod natura dictionis relatiuæ est, quod fiat relatio pcedentium cum oīb. suis qualitatib. p l. si a filio. §. testator. cum seq. de alimen. & ciba. le. & idem vult Bar. in l. 1. §. fi. si fami. furt. fecisſ. dica. & in l. 1. de receptatorib. & in l. sanctio legū. de pœnis. Et propterea p̄dicti facti sunt ciues, & sic ēt filij, & descendentes ipsis venientib. hoc est, si ipsi veniant, & dummodo veniant ad habitādum, &c. Et per p̄ns sub conditione, quæ resultat ex illis ablatiuis, uidelit, ipsis venientibus, & c. absolute positis. l. a testatore. de cond. & demon. & per Bar. in l. 1. circa finē, eod. ti. & ex illa dictione, dummodo, † etiā probatur, quod priuilegium aliter non dēat habere effectum, vt p batur ex notatis per Io. And. in c. ex tuarum, de authoritate, & vsu pallij. in verbo, dummodo. vbi vult, quod illa dictio requirit, quod de necessitate existat illud, cui adijcitur, ad hoc vt actus possit effectum sortiri. Et idē vult in regula, nullus ex consilio. de reg. iuris in 6. & Alex. in l. 1. col. ad legem Falc. ubi præsupponit, quod actus ipso iure non sortiatur effectum. Et in casu nostro præcipue hoc est uerum pp uerba præcedentia, quæ, vt dixi, sunt conditionalia, & a quibus verbum, dummodo, recipit interpretationem. l. si seruus plurium. & l. qui filiab. in prin. de l. si seruus plurium. & l. qui filiab. in prin. de l. 1. & l. sed si adijciatur pro socio. Cum ergo prædicti oēs facti sint & creati ciues sub illa conditione, si uenerint ad habitandum in dicta ciuitate Regij, concessio locum non hēt conditione illa deficiente, & non adimpleta. † quia licet quis non possit astringi, & obligari per uiam dispositionis ad habitandum in certa ciuitate, puta si legetur Titio, ita ut in illa ciuitate domicilium hēat. l. Titio centum. §. 2. Quia hoc est species seruitutis, tamen potest poni in conditione, sicut qn̄ legatur alicui, si habitauerit in tali loco, & prout reperitur factum in casu nostro, & tunc conditione nō impleta dispositio non hēt effectum. l. qui cōcubinam. §. vxori. de l. 3. & ēt Bar. ibi in fi. sic declarat, & distinguit. Vel s̄m Bart. ī d. §. 2. non potest astringi quis ad habitandum in certo loco, nisi hoc factum sit gratia alicuius, cuius intersit. Et ita secundum eum potest intelligi. §. vxori incipit. Et idem etiam tenet Pau. de Cast. in d. §. 2. per l. seq. quę incipit, Cum tale. † Sed in casu nostro illa modificatio, s. dummodo habitent in ciuitate Regij, fuit apposita fauore reipublicæ eiusdem ciuitatis, cuius interest, vt dicta ciuitas liberis hominibus repleatur. l. 1. solu. matri. & vt onera subeant, quæ habitantib. in ciuitate imponuntur, & non habitantibus extra, prout sunt datia, & gabellæ. Igitur valuit, & sine tali implemento priuilegium non potest habere locum. Ex † quo sequitur, quod tales non gaudent priuilegio immunitatis concesso ciuibus & sic quod tenentur in loco onera subire, ad quæ de iure tenentur, & ad omnia, quæ etiam de antiqua consuetudine solent imponi forensibus siue sint etiam mere personalia, vel mista, † circa quæ consuetudo plurimum potest, & iuuat, ut plene Alexan. in consil. 52. 5. volu. incipiente. Visis his quæ in themate continetur, & c. Et ita ita in præmissis concludo. Laus Deo.

Sponsalia inter puberes, seu impuberes, aut etiam inter puberem, & impuberem per uerba de futuro, aut etiam de præsenti contracta, qn̄, & quib. actib. in matrimonium transire præsumantur, hoc responso abunde explicatur.

SVMMARIVM.

1. *Sponsalia puberum per uerba de futuro contracta, per cohabitationem, oscula & amplexus, ac etiam nixum ad copulam, etiā post ætatem legitimam in matrimonium de præsenti non trāseunt, sed tantum per copulam carnalem.*
2. *Sponsalia impuberum per uerba de præsenti superueniente malitia, & nixu ad copulam in matrimonium transeunt. Idē est supreueniente ætate legitima, & apparente de perseuerantia uoluntatis per amplexus, & oscula post eam ætatem, secus ante quandocunque, vt nu. 5.*
3. *Sponsalia de præsenti contracta inter puberem, et impuberē per contractum matrimonium puberis cum alio ante pubertatem impuberis resoluuntur etiam iurata, & ualet matrimonium.*
4. *Sponsalijs contractis inter puberem, & impuberem per uerba de præsenti, si superueniat pubertas in impubere, alter non poterit cum alio matrimonium contrahere.*
6. *Testes ad æternam rei memoriam examinari possunt ad probādum quod uir erat impubes, & sine malitia, quæ posset ætatē supplere tp̄e, quo contraxit matrimoniū per uerba de præsenti.*

CONSILIVM CCIII.

AD cognitionem veritatis pono infrascriptas conclusiones. Prima † est conclusio, quod nedum quando inter impuberes, vel inter puberem & impuberem, sed etiam inter puberes contracta sunt sponsalia per uerba de futuro, quod per cohabitationem, oscula & amplexus, ac etiam per nixum ad copulam etiam post ætatem legitimam non transeant sponsalia in matrimonium de præsenti, sed solum per copulam carnalem. c. fi. de sponsa. & ibi Doctores rationem assignant, & probatur ēt in c. 1. de matrimo. contrac. contra interdic. eccle. Secunda adest † conclusio, quando sponsalia sunt in præsenti verbis, & mēte, & iuris interpretatione sunt de futuro, sicut quando inter impuberes, uel inter puberem, & impuberem contrahitur matrimonium per uerba de præsenti, quod ętate prohibente non potest esse matrimonium non transeunt sponsalia in matrimonium ante legitimam ætatem, nisi duobus copulatiuè interuenientibus, videlicet, quod malitia suppleat ætatem, & quod interuenerit nixus ad copulam. c. attestationes, & ibi per Doctores, de despon. impube. Tertia conclusio, quæ sequitur ex præcedenti, est, quod contractis sponsalib. per uerba, de præsenti, vt supra proxime inter impuberes per amplexus, & oscula, quæ interueniunt durante impubertate, nō transeunt in matrimonium præsumptū, ēt si sint pubertati proximi & malitia ēt suppleat ætatē, s̄m Inn. & Anto. de But. in d. c. attestatiōes. & Areti. in consi. 143. in 7. colu. in prin. ubi assignat rōnem. Quarta est conclusio, si post dicta sponsalia contracta inter impuberes, vel inter puberem, & impuberem per uerba de pręsenti superueniat ætas legitima, & sequatur carnalis copula, uel per aliū modum appareat, de perseuerantia uoluntatis, puta per amplexus, uel oscula, aut per cohabitationem, tunc in matrimonium transeunt sponsalia. c. j. §. idem quoq; de despon. impuber. & ibi no. Io. And. in nouel. qui loquitur isto casu, dicēs quod sponsalia de futuro uerbis, & ex mente, etiam inter puberes, per contrahentium amplexus non transeunt in matrimonium per c. 1. de matrimo. contrac. contra interdic. eccle. Nec mirū, quia nec per nixū carnalis copulæ transeunt. c. fi. de sponsa. Sed illa, quæ verbis. & mente contrahentium sunt de præsenti, tamen iuris interpretatione sunt de futuro bene transeunt in matrimonium præter copulam, per oscula, amplexus, & his similia interuenientia post tempus pubertatis, ut hic. Hęc ille. Et sic patet, quòd Io. And. loquitur de osculo, & amplexu interueniente post tempus pubertatis, & non ante, quia consensus tunc etiam tacitus fortificat id, quod agebatur, ut etiam vult Dominic. in d. c. 1. & Ant. de But. qui etiam isto casu loquitur in d. c. attestationes. & Abb. in d. c. fi. in fin. de sponsalibus qui loquitur de amplexu, & osculo post pubertatem. & Aret. ēt de tali expresse loquitur in dicto consilio. Sed qn̄ præcedūt

oscula

oscula,& amplexus ante pubertatem tunc durante pubertate non transeunt sponsalia,et contracta per uerba de præsenti in matrimonium nec superueniente pubertate,si post illam non appareat de nouo cōsensu expresso uel tacito, vt probatur in c.1.§.idē quoq. ubi indistinctè dicitur,ꝙ matrimoniū,qđ ab initio non valuit ætate prohibente, per lapsum dicti tēporis nō cōualescit. Quinta sit conclusio,ꝙ vbi † inter puberem, & & impuberem sunt contracta sponsalia de præsenti, si pubes contrahat cū alio matrimoniū ante pubertatē alterius, valet matrimoniū,& sponsalia soluuntur,ēt si fuissent iurata,ſm gl. Inn.& Host.& in c.de illis.el 1.de desponſ.impube. & Rot.de cis.450.Si impubes cōtrahat matrimoniū,&c.quā allegat Præpositus,& sequitur in d.c.Sexta est conclusio,& † ultima, ſm aliquos consulentes,quando inter impuberem,& puberem dicto modo sunt contracta sponsalia,ꝙ superueniente pubertate in persona illius,qui ab initio erat impubes, non poterit alius contrahere matrimonium cum alio.Et iste est proprie casus noster.Mouentur primo per gl.in d.c.de illis,dum dicit,ꝙ illo casu,de quo ibi,scilicet quando pubes contraxit matrimonium cum alio,durante adhuc pubertate alterius,ꝙ matrimonium valet.Sentit ergo , ꝙ extra illum casum,& sic ꝙ quando alius factus est pubes,nō poterit per alium contrahi aliud matrimonium.Et ista opinio confirmatur,secundum eos,quia licet per oscula,amplexus, & per similes actus spōsalia ꝑ verba de futuro non transeant in matrimonium , c. fi.de sponsalib. si tamen sunt per uerba de præsenti,per dictos actus transeūt in matrimonium,maxime superueniente legitima ætate. Allegant ad hoc Doctores in d.c.fi.Anto.de Butr.in c.1.de eo qui contraxit matrimo.contra interdic.eccl.& in c. is qui. in fine. de sponſ.& in d.c.attestationes.& Io.Andr.in c.1.de sponſ.impuberum.lib.6. Et isto casu,quo sponsalia sunt contracta per uerba de præsenti,non refert,vtrū dicti actus interueniant ex interuallo ante pubertatem,vel quando contrahentes sunt ꝓximi pubertati,licet aliud esset, quando sponsalia fuissent contracta per uerba de futuro. Allegant. Inno. & Anto. de Butr. in d.c.attestationes. & Aret. in d. consi.143. Et de hoc dicunt esse casum clarum,& apertum in d.c.1.§.1.de desponsa. impube. Quæ † conclusio & opinio est falsa,& sine dubio erronea, & manifeste contra dictum c.1.§.j. quem allegant pro se,ubi est casus contra eos. Nam ibi dicitur, quod si inter puberem, & impuberem contracta sint sponsalia per uerba de præsenti, quod per aduentum pubertatis nō transeunt in matrimoniū, nisi post dictam ætatem subsequuta sit copula carnalis, vel alius actus,per quem appareat de nouo cōsensu. Et sic uult textus,quod per solam superuenientiam pubertatis sine nouo cōsensu expresso,vel tacito non transeant sponsalia in matrimonium de præsenti,nec matrimonium,qđ ætate non tenuit prohibente ut matrimonium tractu dicti temporis conualescit. Et loquitur ille textus,non solum quando non interuenerunt oscula,& amplexus,uel cohabitatio ante pubertatem , sed etiā quando prius interuenerunt ex interuallo, vel prope dictā pubertatē,quia loquitur generaliter,& indistictè, & quia a dicta generalitate excipit casū,ꝑ quē post pubertatē cōstaret de nouo consensu tacito, puta per oscula uel amplexus , & quæ exceptio operatur,ꝙ sub generalitate præcedenti includatur casus iste ante pubertatē,latè probatum est in quarta conclusione,& hoc ēt confirmatur,quia in illo textu ponderantur dicti actus post tempus pubertatis,ergo ante illud tēpus nihil operantur,pubertate etiam postmodum superueniente.l. Imperator.de postulando.l.dum præter.in principio.de iudicijs. Nec est verum,ꝙ Inn.& Ant.de But.aliter dicant in d.c.attestationes,sed loquuntur de cohabitatione , osculo uel amplexu interueniente post pubertatem.Et ita isto casu Butr. sequitur,& declarat Inn.ibi.& isto etiam casu loquitur idem Butr.in cap. is qui fidem,de sponsal.in fi.querit, enim vtrum per oscula, & amplexus sponsalia transeant in matrimonium,& determinat ꝙ si sint contracta per uerba de futuro,ꝙ non,& quæstio procedit in in sponsalibus dicto modo contractis inter puberes , sic quando oscula, & similes actus interuenerunt post pubertatem,& tempore quo poterat contrahi matrimonium,vt etiā loquitur textus , quem allegat in cap. 1. de matrimo.contrac. contra interdict. eccles. Sic enim sponsalia de futuro essent contracta inter puberes . & dicti actus interuenissent durante pubertate,quæstio non haberet dubium, quia ēt tūc per nixum ad copulam non transiret in matrimonium,c.fi.de sponsalibus.Et subdit Anto.de Butrio post Vincentium, ꝙ si sponsalia fuissent contracta per uerba de præsenti, quę solum contrahi possunt inter impuberes,& non inter maiores pubertate,quia tunc non essent sponsalia,sed matrimonium, tunc per tales actus transirent in matrimonium,per dictum ca. j.§. 1.de desponsa.impuberum.in 6.quod est intelligendum,qñ tales actus interuenerunt post pubertatem,vt loquitur textus,quem allegant.Et quia ante pubertatem per tales actus non transeūt in matrimonium,etiam si interueniant,qñ sunt proximi pubertati,& quando malitia supplet ætatem , ut dixi supra in tertia conclusione.Nam sicut Ant.de Butr. loquitur primo casu, qñ sponsalia per verba de futuro ɔ̄cta,fuerūt & dicti actus interuenerunt post pubertatem, ita alio casu loquitur de eodem tempore,& eodem modo loquitur ēt Are.in d.cōsi.s. qñ hmōi actus interuenerunt post,& non ante pubertatem, præcedentib.spōsalib.per uerba de præsenti.Nec est etiā uerum, ꝙ gl.in d.c. de illis,dicat isto casu contrarium,quamuis enim uelit, quod si factus pubes ante alterius pubertatem cum alio matrimonium contrahat,ꝙ illud sit ualidum,& quo casu loquitur ille textus, non tamen negat,ꝙ etiam si contrahatur post pubertatem alterius non sit validum. Nec istud potuit negari, quoniam,ut supra est probatum plene,per solam superuenientiam pubertatis non fit matrimonium,d.c.1.§.j. ergo nihil impedit quo minus matrimonium tunc cōtractum cū alio non debeat ualere, sicut si contractum fuisset durante pubertate,per iura, quæ allegat glo. in dicto c.de illis.Ab ista generalitate excipit unum casum videlicet,nisi per carnis copulam subsequutam,vel aliquē modum alium,puta per oscula,vel amplexus,appareat,de perseuerentia voluntatis.Sub generalitate ergo comprehēditur,casus, qñ oscula ēt,& amplexus interuenerūt ante pubertatem, & sic ꝙ ēt sponsalia tunc non transeunt in matrimonium pubertate superueniente.l.1.§.& generaliter.de legatis.pręstan.Et idē probatur inquantū excipit casum,s. nisi carnalis copula sit subsequuta,vel alio mō appareat de consensu superuenięti post pubertatem. Ergo præsupponit textus, ꝙ amplexus , & oscula,q̃ procedunt pubertatem, non sufficiant etiam post pubertatē , quia exceptio firmat regulam in casibus non exceptis.l.quæsitum.§.denique,de fundo instructo.& notatur in l. de his.de legibus. Et si dicatur,ꝙ per illam exceptionem non excluditur casus,in quo ante dictam ætatē interuenisset copula , quia tūc matrimoniū statim perficitur.c.puberes.& c.de illis.de desponsatio.impuberum.& per Antonium de Bu.in d.c.attestationes eod.tit.ergo non excluditur alius modus ostēdendi cōsensum ante pubertatem. Ad istud rńdetur,ꝙ exceptio ampliat regulā ad casus,qui non comprehenderentur sub regula , si exceptio facta non fuisset,& sic nō dñr tunc exclusi per exceptionē.l.gñrali.§.uxori.de usufructu legato.& ibi no.Bar.& in l.Lucius.§. maritus.ad Trebellianum.& ibi etiam no.Bar. & per eum in l. 1.de regulis iur.Sed casus,quando ante pubertatem interuenit copula , ut quia malitia supplebat ætatem , non comprehenditur sub regula,& generalitate,de qua in text.illo,ergo casus ille per exceptionē non intelligitur exclusus , sed alii casus , s. qñ oscula,& amplexus præcesserunt pubertatē, hoc cōtinetur sub regula,ex quo non reperitur exceptus.d.§.generaliter,ergo ꝑ exceptionē dictus casus intelligitur exclusus,& ꝑut dicetur infra.Nec etiam obstat ille textus,dū dicit,ꝙ mulier nubilis,quæ semel consensit, non poterit amplius dissentire,nisi postquam ille,cui nupsit,ad legitimam perueniens ætatem nolit consentire,ut ibi dicitur,non rōne matrimonii,sed rōne suę promissionis,ſm glo.& ēt post pubertatem, per eandē rōnem dissentire non pōt,& propterea,quia etiam tunc non impeditur rōne matrimonii,sed suæ promissionis , matrimonium cū alio contractum ualet,ut in iuribus allegatis in glo. Et ꝙ ēt in dicto casu non impediatur dissentire rōne matrimonii,probatur concludenter.Nam textus ille loquitur etiam, qñ ante pubertatem uiri non interuenerunt oscula, amplexus, vel alii actus similes ergo per solam superuenientiam ætatis non potuerunt sponsalia transire in matrimonium de præsenti , nisi post dictam ætatem de nouo consensu expresso , vel tacito contrahentium appareat , est expressum in dict.capitu.1.uersi. idem quoque, de despon. impub.in 6.Concluditur ergo,quod quando

do inter mulierem puberem,& adolescentem impuberem sūt cōtracta sponsalia de præsenti,& inter illos interuenerūt oscula,amplexus,vel cohabitatio, ꝙ licet mulier non possit dissentire,nec per simplicem dissensum a sponsalibus recedere ratione promissionis,& non rōne matrimonii, ꝙ per solam superuenientem pubertatem uiri sponsalia non transeunt in matrimonium de pręsenti,nisi post dictam ætatem per copulam carnalem,uel per alium modum,puta per osculum,uel amplexus tacite appareat de perseuerantia uoluntatis, dicto c.j.§. idem quoque,& ꝙ si mulier matrimonium contrahat ante pubertatem uiri,vel postea,nullo alio actu extrinseco interueniente, ꝙ tale matrimonium est ualidum, & ꝙ sponsalia dissoluuntur per superius allegata.Et plus etiā dico, ꝙ ex quo matrimoniū non est perfectum,quod mulier dicto casu potest dissentiēdo, et absque eo quod matrimonium contrahat,a dictis sponsalibus discedere,quia licet textus in dicto c.de illis,dicat quod mulier nubilis,quæ semel consensit, non possit amplius dissentire,hoc tamen debet intelligi, nisi ex iusta causa superuenienti dissentiat,sicut uidemus, quod quando sponsalia sunt iurata, potest quis cogi ratione iuramenti ad matrimonium contrahendum capitulo ex literis,et in capit. ueniens. 2. de sponsalibus.Illud tamen fallit,quando rōnalis superueniret causa dissentiendi.puta propter inimicitias,vel alia similis,quæ arbitrio iudicis committitur,secundum Ant.de Butr.& Abb.& Mode. in cap.requisiuit.de sponsalib.Et quę iusta causa,immo iustissima superuenit in nostro,ex quo quis propter crimē lesæ maiestatis exulat nudus,& est bannitus,& infamis,& omnia bona amisit.l.quisquis.C.ad legem Iuliam maiest.Quia ergo non pōt illi honeste nubere ista domina,nō debet cogi nubere indigno l.cum ita.de condi.& demonstr.& ibi tex.dicit, ꝙ durior conditio est,quod quis cogatur nubere indigno , quam prohiberi simpliciter, & indistincte nubere. Hæc enim mulier cum uiro exule, & bannito stare non posset, nisi illum sequeretur, & patria,& bona relinqueret,quod est durum & amarum. Et hac ratione uxor talem uirum exulem, & vagabundum sequi non tenetur,secundum Bartolum in l.Mæuia.§. si maritus . ff. soluto matrimonio,cum concordantibus, de quibus per Alexand.Circa aliud,de quo quæritur, scilicet an possint † examinari testes ad æternam rei memoria,ad probandū,ꝙ erat impubes tempore,quo contraxit sponsalia per uerba de præsenti,& quòd talis,quod malitia non poterat supplere ætatem.Et breuiter dicendum est quod sic. ut in terminis uult Aretinus in dicto consilio.143.in tertio dubio,ad quem breuitatis causa me remitto. Laus Deo.

Monachus an possit succedere in hæreditate paterna,cui ante ingressum religionis cum iuramento in manibus fratrum suorum renunciauit,an uero,ea renunciatione non obstante,in eadem succedat monasterium.

Vel sic.

Renunciatio de hæreditate paterna, facta ante ingressum monasterii,iuramento uallata,an præiudicet monasterio.

SVMMARIVM.

1 *In contractibus plerumque plus attenditur factum,quam contēplatio.*
2 *Renunciatio hæreditatis tacitam cōditionem habet,scilicet si ea fuerit delata.*
3 *Renunciatio hæreditatis a fœmina contemplatione fratrū facta si fratres uiuente patre mortui sint,non tenet.*
4 *Renunciatio an sit donatio.*
5 *Ius accrescendi locum non habet in mortis causa capione.*
6 *Renunciatio hæreditatis iuramento uallata ualet,quæ aliàs non ualeret.*
7 *Iuris error nocet,nisi illud sit dubium.*
8 *Renunciatio hæreditatis uiuentis facta alicui non ualet etiam cum iuramento.*
9 *Renunciatio hæreditatis patre uiuo facta non tollit suitatem.*
10 *Statutum disponens,quod filiæ non succedant masculis extantibus non ligat ingressam monasterium post statutum,quib.postmodum hæreditas delata est.*
11 *Monasterium ingressurus non potest in fraudem illius renunciare hæreditatem sibi deferendam.*
12 *Hæreditas acquirenda monasterio ita immediate defertur,ut factum ipsius monachi in adeundo non requiratur.*
13 *Suus hæres effectus monachus immediate facit monasteriū hæredem.*
14 *Error iuris nocet præscribenti,etiam in præscriptione lōgissimi temporis.*
15 *Bonæ fidei possessor tenetur ad fructus consumptos,quatenus factus est locupletior,quod in dubio non præsumitur.*
16 *Ecclesiæ debitor, re ipsa absque interpellatione in mora constituitur.*

CONSILIVM CCIIII.

Consilium hoc a do. Ruino in primis annis sui Doctoratus editum fuit, unde ostendit qualis futurus esset.

PVLCHRA est principalis dubitatio, & a Doctorib.in specie clare consideratam non memini me legisse,animaduerti tñ ante omnia unum de quo nō quęritur,extricare, quę inuestigatio, ut ex infra dicendis apparebit,forte nō erit inutilis.Quæro igitur,nunquid renūciatio ista,concesso ꝙ debuisset effectum sortiri,omnib.fratribus,quorum contemplatione fuit facta,superuiuentib.an saltem respectu partis,quæ obuenisset illis duob.fratrib.ante mortē patris, de cuius hæreditate agitur, mortuis, propter iuratam renunciationem sit exclusus.Et vr̄ prima facie dicendum ꝙ sic .Primò,quia † in contractib.attenditur plerumq. plus factum quam contemplatio. l.si pro te.C.de dotis promiss.l.cum patrem.de iure dotium.per quæ iura ita dixit Baldus in l.pactū dotali.6.q.C. đ collationibus,sed iste simpliciter renunciauit successioni , & hæreditati paternæ,ergo ab ea excluditur , alijs fratribus maxime superstitibus.Secundò facit,ꝙ voluit Baldus in c. 1. §. in omni. per illum tex.in tit. episcop. vel Abba. vbi inquit, ꝙ statutum disponens,ꝙ existentib.masculis post mortem patris,filia intelligatur perpetuo exclusa,adeo ꝙ licet postea decedat etiā ante immistionē superstite fœmina,non admittitur filia prædicta. Idē dixit Bal.in auth.sed & si quis.in 6.colu. & in l.in quib.C. de secundis nupt.Igitur filius iste,cum per renunciationem iuratam semel fuerit exclusus,non videtur amplius admittēdus, illis ēt prædefunctis,quorum contemplatione renūciauit.Tertio uidetur iste iurans ex uerisimili eius intentione excludendus.Est.n.uerisimile,ꝙ voluerit ius prædecedentium superstitibus accrescere , quia si a principio fuissent tantum sex,utiq. uniuersę successioni renunciasset , uidetur ergo verisimilis eius intentio sequenda.l. semper in stipulationib.cum gloss. de reg.iur.Licet.n. non sit dictum,ex quo tamen si de hoc interrogatus fuisset, idem promisisset, habetur pro expresse, iuxta gl.singularem,in l.tale pactū.§.fi.ff.de pactis. Quarto pro hac parte videtur tex.in l.communi liberto.ff.de bon.libe.ubi hr̄, ꝙ altero ex patronis decedente uiuente liberto,alter,qui superuixerit,partis utriq. debitæ solus bonorum possessionem habebit.Ex quo tex.probari uidetur,ꝙ in eo, quod spe est debitum,habeat locum ius accrescendi. ergo idem uidetur in casu nostro. Quinto ista opinio comprobatur.Nā isti fratres,quibus renūciatum est,uidentur a renunciante mortis causa capere .§. 1. ver. sed & dos. de dona.cā mortis . Sed ita est,ꝙ in mortis cā capione hēt locum ius accrescēdi.l.Thais.§.Stichus seruum.de fideicom.liber.& ita per illum textū voluit Bar. in l.si mihi & Titio.de uerb.oblig.ergo in casu nostro mediante iure accrescendi mortuo patre superstites debent habere totum.Sed prædictis non obstantib.cōtrarium puto uerius,præmittendo prius, † qualiter talis renūciatio hēt in se tacitam conditionem,videlicet si hereditas fuerit delata.Ita Bal.in l.fi. C.de pac.& clarius Imo.& Pau.de Cast.in l. qui superstitis. de acq.hær.& Alex.ex mente omnium in d.l.pactum dotali.ar.l. quoties.§.fi.& l.Stichum.§.fi.in fi.de nouatio.& infra subiungam,ex hoc inferentes, ꝙ si renūcians uiuente illo,de cuius successione agitur,decederet, ꝙ talis renūciatio filijs nō obesset, tanquā defecta esset conditio. Si duo ergo ex prædictis fratribus,quib.renunciatū fuit,præmortui sunt pendente conditione,& sic antequā filius esset exclusus,non dēt postea hæreditate delata uirtute præambulæ renunciationis excludi , ex quo non

non includitur, nec includi potest ille, cuius fauore pro parte renunciauit, quia ita demum excluditur excludēs, si includendus includatur, ut per Bar. in l. 2. §. uidēdū. ad Tertul. non. n. fratrib. potuit ius istorū accrescere, ut in responsionibus ad contraria patebit. Et hoc primo. Secundo moueor ex notatis per Gul. de Cu. in l. auus. de pact. & ibi Albe. de Rosa. in fi. & Ang. dicentes per illū text. ꝙ si filia renunciauit duob. fratrib. & alij de inde nascuntur ꝙ illorū respectu non tenet renunciatio ergo idem eadem rōne econuerso. Tertio adduco, ꝙ uoluit Bal. in d. l. pactū. de colla. & ibi Richar. & Bar. de Sali. & Imo. & Roma. in d. l. qui superstitis, concludentes, ꝙ si filij, quorum con-

3 templatione fœmina renunciauit, uiuente patre mortui sunt, ꝙ renunciatio non tenet, quia limitatur a causa sua, argumento. l. iubemus. C. ad Vellcianū. & l. si actionē. & ꝙ ibi no. Bald. C. de pactis. Et si dicatur prædictos Doctores loqui, quando omnes filij masculi sunt mortui, idem tamen in parte ex idētitate rōnis pōt inferri. Nam persona limitat dispositionē seu renunciationē. l. cū pater. §. dulcissimis. de leg. 2. l. Seio amico. in prin. de annuis legatis. Alia ēt possent adduci, de quib. i responsionib. apparebit. Non obstant itaq. allegata in cōtrarium. Et primo tex. in d. l. si pro te. & in d. l. cū patrem. quia leges illæ loquuntur in iure quærendo alteri contractu, in quo, quia impossibile est, ꝙ alteri per alterū acquiratur. ideo inducitur, ꝙ acquiritur ius quærenti, licet alterius contemplatione sit contractum, ut in casu nostro poterat ex renunciatione facta per istū acquiri simpliciter cuicunq; iuramento maxime interueniente, vt dictū est. Ita formaliter ad illa iura respondet. d. Francis. Aretinus d. l. qui superstitis. Non obs. ēt, quæ secundo loco allegantur, quia illo casu filia ab hæreditate iam erat exclusa. statim enim ꝙ testator fuit mortuus superstite masculo, etiā ante immistionē fœmina non admittitur, quia exclusus, perpetuò exclusus remanet. l. sicut. C. de repe. hæredi. Sed in terminis, de quib. agimus, tēpore quo isti fratres periere, nondū erat filius iste, quāuis renunciasset, exclusus, sicut supra præsuppositum est. Vnde delata postmodū hæreditate quatenus cessat exclusio, aliàs si istud argumentum procederet, sequeretur, ꝙ ēt omnib. præmortuis excluderetur renuncians, cuius contrariū præsupponunt oēs, de quib. supra in ultimo arg. secundę partis. Non obstat ēt. l. semper in stipulationib. cum ibi no. de regulis iuris. quia loquitur, qñ uerba possunt capi diuersimodè propter eorū ambiguitatē, ut tunc interpretentur ſm uerisimilē intentionē partium. At in casu nostro nō est contētio super uerbis dubijs, quia nullum uerbū apparet in contractu, ex quo possit inferri, ꝑ renuncians uoluerit excludi casu, quo ēt aliqui præmoriātur, neq. apparet aliqua verisimilitudo, qđ si illi duo non fuissent in esse tēpore renunciationis, ꝙ illis donasset id, ꝙ istis donauit. Quinimmò interpretatio est facienda contra istos superstites, quia legem debuerunt apertius dicere. l. ueteribus. ff. de pactis. propter quā legē statutum est, qđ in contractibus non habeat locum ius accrescendi, iuxta d. l. si mihi & Titio. secundū glossam in l. 1. C. de pecul. eius qui lib. mer. & Sali. in l. 1. decima quæstione. C. quando non pet. partes, &c. Non obstat. l. communi liberto. adducta pro quarto fundamento partis contrariæ, quia lex vult patronos, qui reperiuntur tempore mortis liberti habere certam partē in bonis eius. Si ergo unus præmoriatur, nō dicitur accrescere alteri, patet, quia portio adhuc non est delata, sed alteri dicitur obstaculum remoueri, ut colligitur ex dictis Roma. in l. 1. C. quādo nō pet. par. &c. in illa quæstione, utrum in legitima filij habeat locum ius accrescendi, & per Moder. in l. planè. §. si duobus. de leg. j. Non ergo lex defert illam partem respectu certarum personarum, sicut in casu nostro fit renunciatio, sed respectu eorum qui tempore mortis reperirentur, siue sit unus, siue plures. Ad illud vero, ꝙ ultimo loco allegabatur, respondetur, ꝙ

4 † aut ista renūciatio, aut cessio actionum, in quibus habet spē renuncians, ex quo erat filius, ut per Bar. in l. is potest. ff. de acqui. hære. est donatio, prout esse videtur. l. spē. C. de dona. licet Bal. in l. illud. C. de sacr. san. eccl. uideatur velle, ꝙ renunciatio non sit donatio. Sed loquitur, qñ quis stetit in meris finib. renūciationis iuris futuri, sed qñ vltra hoc spē, quam habebat, alteri cessit, ut fieri potest, prout no. Bar. in l. fi. ff. de admini. tuto. tunc sine dubio videtur donō. d. l. spē. Et tūc clarè cōstat, ꝙ non habet locū ius accrescendi, ꝙ in cōtractib. locū non hēt. d. l. si mihi & Titio, & quia isto casu etiam militat rō, quia re in contractib. non habeat locum, videlicet, quia potuit stipulator legem apertius dicere, nisi dicamus, ꝙ ista spes filii sit talis, quæ tamen nō pōt in contractum deduci. Sed d. l. spem. loquitur de spe, quæ habetur ex cā de præsenti, ut ꝑ Bar. in l. post emancipationem. §. 1. de lib. le. & in l. si seruus. de condi. ob cau. & in l. qui Romę. §. duo fratres. in 6. q. de uer. obl. & in l. uxor. §. diuus de adulte. & per Bal. in l. fi. 2. col. C. de pac. Aut est mortis cā capio,

5 & similiter † cessat ius accrescendi, vt est casus in l. pen. in prin. de cond. & demonst. & ibi glo. & Pau. de Cast. & Imo. & Ro. & Ale. in d. l. si mihi & Titio. subiungens communem opi. esse contra Bar. & ibi respōdent ad textū in d. §. Stichus seruus allegatum in contrarium. Et ita ex his breuiter remanet iste casus absolutus. Sequitur modo videre casum magis dubitabilē, s. nunquid ad totam portionem, quæ huic de iure communi ab intestato est debita, admittatur monachus vel monasterium, dicta renunciatione non obstante. Et prima consideratione videtur dicendum, ꝙ non. Primo, quia

6 † de hoc videtur casus in c. quamuis. de pac. in 6. tam in dicto quam in rōne. Vbicunque enim pōt iuramentū seruari sine interitu salutis ęternæ est seruandum, vt ibi dicitur, & non solum fideles iuramento astringuntur, verum etiam infideles. Hinc Tullius in 3. Officiorum inquit. Iusiurandum est affirmatio religiosa, quod seruandum quasi Deo teste promiseris, nec maius uinculum ad astringendam fidem iureiurando, maiores arctius esse uoluerunt. id indicant leges xij. duodecim tabu. indicant fœdera. deinde subiūgit ibi de Regulo. & dicit Imo. & Dñic. in d. c. quamuis, quod licet filius, uel nihil renūciando recepisset, quod nihilo minus iuramentum erit seruandum, quamuis textus ille corrigēs ius ciuile loquatur, quando filia fuit dotata. & ibi multa adducūt, quæ opinio ea potissimū rōne vr̄ vera quia ēt in correctoriis fit extensio in fauorem animæ, vt per Bar. notabiliter in auth. sacramenta puberum. C. si aduersus vend. & opinionem istam tenet ēt Rom. in d. l. qui supstitis. & ibi etiam do. Fra. Are. huic opinioni vr̄ adhærere rōne præsertim ꝑambula: Idem ēt tenet Imo. in l. stipulatio hoc modo concepta. de ver. obl. & licet Richar. & Bar. de Sal. in d. l. pactum, tenuerint contrariū, tñ eorū opin. non videtur vera. & opi. primam tenet etiam Ale. de Imo in consilio infra allegando. Quinimmo dato ꝙ opi. Sal. eēt vera, tamen eorum rōnes non videntur in casu nostro habere locū loquitur enim qñ mulier ita & taliter renunciauit, ꝙ remanebat indotata, q̄a dñt ipsi, istud iuramentum eē contra publicam vtilitatē. l. 1. sol. mat. iō nō videtur seruandum, q̄ rō cessat in masculo volente ingredi religionē, qui successioni paternæ renunciauit. Quamuis ēt Pe. de Anch. in d. c. quamuis. & incip. Pro clariori decisione, &c. idem dicat, quod Sal. alia rōne, s. q̄a renunciatio ista hēt in se dolum re ipsa, quem abesse vult d. ca. quamuis. Tamen ista sua rō non est vera, & contra omnes in l. 2. C. de rescin. vend. et per glo. in c. pe. de emp. et vend. et cōtra eū tenuit Abb. in disputatio incipiente, Statuto ciuitatis, etc. in ver. octauus casus, &c. & Ale. in consi. 53. in 3. vol. & dicit Are. in d. l. qui superstitis, ꝙ rō Pe. de Anch. est falsa. In prædictis n. locis communiter concluditur, ꝙ cōtractus dolo re ipsa initus iuramento firmatur. Præterea dato quod eius opinio esset uera, tñ in casu nr̄o nō vēdicat sibi locū, qm in instrumēto renūciatiōis dicitur, ꝙ sciēs, & ex certa scia nullo errore iuris, vel facti ductus renūciauit, &c. ꝑ quæ verba dolus re ipsa, nec error præsumitur, cū scienti, & volenti dolus nō inferatur. l. cum donationis. C. de transactio. Ita firmat Bal. in d. l. 2. & in l. cum a matre, C. de rei vēd. & Bar. & omnes in l. fi. §. fi. ff. si quis cautio. & in specie per Ale. in prælleg. cōsilio. Quinimmo videtur ꝙ etiam nullo interueniēte iurō, ex quo patris cōsensus, de cuius successione agitur, interuenit, renūciatio valuerit. l. fi. C. de pac. Alio etiam capite videtur omnis via præclusa monacho et monasterio: Elapsi nāque sunt quadraginta anni post renunciationem, & sic uidētur isti fratres tuti pręscriptione etiam cōtra quam præscribitur spatio quadraginta anno. c. de quarta. & c. illud. de p̄scrip. maxime bona fide, quæ in dubio pręsumitur in corporalib. ſm glo. in §. si quis a non domino, instit. de ret. diui. & Bar. in l. Celsus. de usucap. & in l. 1. §. hoc interdicto ad fi. de itin. actuque priua. & in l. quemadmodum. C. de agrico. & censi. lib. undecimo, & Inn. in c. potuit, de eo qui fur. ord. suscepta. & Abb. in c. si diligēti. de præscriptionib. Quinimmo in casibus

ſibus, in quibus præſumitur mala fides, purgatur ſpatio trigin ta annorum.l.fi.& ibi Bar.C.vnde vi.Nec ex eo quod titulus eſſet etiam nullus impediretur præſcriptio, tãquam erraretur in iure, iuxta.l.nunquam.de vſucapionibus quia in præſcriptione longiſsimi temporis error iuris non nocet, ſecundum Imol. in c.de quarta.& c.fi.4.col.eod.tit.& Rom.conſilio 124.4.col.Et idem ſentit Pau.de Caſt.in cõſi.385.ad fi.qui error in dubio p̃ſumitur, vt in terminis firmat Raph.in l.an inutilis.in prin c.de acceptilationibus dicens notanter, ꝙ ſi partes faciunt actũ de iure nullum, præſumuntur in dubio ignorare ius diſponens il lum actum eſſe nullum, arg.l.2.§.Seruius Sulpitius.de origi.iuris.Licet enim dicit ipſe, ſoleat dici ꝙ omnes debent ſcire iura. l.leges ſacratisſimæ.C.de legib.tamẽ illud intelligitur, ꝙ debeant informari a peritis.l.bonorum.& ibi Bar.de bonorum poſſeſſ. titulo generali.

7 Præterea † licet aliàs error iuris ſoleat nocere p̃ ſcribenti, fallit tamen, niſi ſit ius dubium, vt eſt tex.cum gl.in c. cum dilectus, de conſuetudinib.& ibi Anto.& Imo.in c.ſi diligenti.de præſcriptionib.& Abb.d.c.de quarta.& in dicto c. dudum, pen.col.& Imo.in dicto c.fi.pen.col.prout eſſe uidetur in caſu noſtro.Sed præmiſsis non obſtantibus contrariam ſententiam puto ueriore, ꝙ monacho vel ſaltem monaſterio competat ius ad partem debitam de iure communi, non obſtante dicta renunciatione quantumcunque iurata.Eſt tamen ante omnia aduertendum, ꝙ iſte renunciauit non ſolum ſucceſsioni paternæ, ſed etiam maternę, & cuicunque ſucceſsioni ſibi iure cõſanguinitatis deferendæ, interueniente tantum conſenſu patri & non matris, cuius ſucceſsioni quoque renunciauit, quo fit, ut ſine dubio talis renunciatio iurata non ualeat quantum ad ſucceſsionem matris, cuius conſenſus, ut dictum eſt, in hac renunciatione nõ fuit adhibitus.

8 † Quia, aut eſt pactum de ſuccedendo tantum, & iuramento non firmatur, quia cum votũ captandæ mortis inducat d.l.fi.dicitur eſſe contra bonos mores nõ ſolum ciuiles, ſed etiam canonicos.cap.ne captandę. & ca. deteſtandæ.de cõceſſ.p̃ben.lib.6.iõ iuramentum non obligat, vt in regula, non eſt obligatorium.li.6.Ita firmant omnes in dicta.l.fi.& in d.l.ſtipulatio hoc modo concepta.de uerborũ obligationib.Quod aũt fuerit pactũ de ſuccedendo, vr̃ firmare Bar. in conſi.111.incipiente, Philippus Scambioni, &c.vbi uult, ꝙ ſi inſtrumentum dicat, ꝙ talis donat bona ſibi cõpetentia, & cõpetitura in bonis & hæreditate alicuius, prout ſonant ẽt verba huius inſtrumenti, ꝙ videtur facere pactum de ſuccedẽdo.Aut fuit pactum de non ſuccedendo, & idem eſt dicẽdum.Ita in terminis firmat Fulgo.in dicta.l.pactum.uolens, ꝙ d. c. quamuis. non habeat locum, vbi patre uiuente mulier non renunciaſſet ipſi patri uolẽti, & ſciẽti, ſed renunciaſſet fratribus vel aliis abſque uoluntate patris, quia iſto caſu non loquitur tex.dicti ca. quamuis.Et ita ſe conſuluiſſe refert.Quam opinionem ſequit̃ Pet.de Anch.Imo.& Dominic.in dicto cap.quamuis.per dictã l.fi.C.de pactis.in verſ.bonos mores, &c.quaſi uelint, licet non aperiant, ꝙ quamuis ex parte renũciãtis dicatur pactum de nõ ſuccedendo, tamen ex parte illorum, quib.fit renũciatio, dr̃ de ſuccedendo, & ſic uotum captandæ mortis inducit, argũm.l. ſi actionem.C.de pactis.ideo ualere non debet ſine conſenſu illius, de cuius agitur ſucceſsione, iuramẽtum ſit interpoſitum, ut dictum eſt.Et iſtam per hãc rõnẽ ita declaratam tenet Cumanus, & poſt eum Ale.de Imola in d.l.ſtipulatio hoc mõ concepta.& Are.in d.l.qui ſuperſtitis.Idem etiam tenuit Petrus de Anch.in prærallegato conſi.38.dicens, ꝙ ſi filia renũciauit ĩ manibus patris & matris ſucceſsioni fratrum & ſororum, nõ apparente de eorum conſenſu, dicitur eẽ pactum ſuper hæreditate tertii, & contra bonos mores.Et allegat pro caſu expreſſo d. l.fi.Cum ergo nõ interuenerit cõſenſus matris in renunciatione facta de eius ſucceſsione clariſsime infertur ex prædictis, ꝙ nõ valuit.Reſtat modo uidere de viribus pacti iurati ſuper hæreditate patris, cuius cõſenſus fuit adhibitus. Et iſto caſu idem puto concludendum, quod in proximo caſu, his tamẽ prius p̃miſsis, quæ in primo articulo præmiſi, videlicet.quod iſta renũciatio habet in ſe tacitam conditionem, & quòd delationẽ nõ impedit, quod vltra ibi dicta probatur. Nam hæreditas illius, de cuius hæreditate agitur, non delata non poteſt repudiari, nec ante, nec poſt mortem.d.leg.qui ſuperſtitis.& d. le. is qui hæres.in princ.de acquir.hære.Nimirum ergo ſi prædicta renunciatio non ſortitur effectũ, niſi demum hæreditate delata, præſertim cum iuramentum ſortiatur naturã actus, ſu p̃ quo interponitur.l.fi.ff.qui ſatiſ.cog.l.fin. C. de non nu.pecu.cum ſimi.Secũdo comprobatur maxime quando filius renunciauit

9 ſucceſsioni paternæ, p̃ut in caſu noſtro. Nã talis † renũciatio nõ tollit ſuitatẽ, immo ipſo iure hæres ſuitus efficitur.Ita pulchrè Bal.& Sal.poſt Cy.in l.quidam eulogio.C.de iure delibe. & ita eos intelligit Alex.de Imo.in l.ſi filius qui patri.de vulg. & pup.Si ergo ſuus hæres efficitur, neceſſariò infertur, ꝙ hæreditas defertur.Et quãuis Alex.in d.l.ſi filius. iſtud declarans ſubiungat, illud nõ procedere quoad effectus concernentes cõ modũ hæreditatis ipſi filio acquirendũ, ſed dicitur ſm eum, eſſe in eo ſtatu, in quo reperitur poſt abſtenſionẽ, tamen ex hoc nõ dicitur negare, quin prius fuerit delata. Defertur ergo, ſed incontinenti ſuccedit effectus præambulæ renunciationis, qui reponit eũ in illo ſtatu, in quo poſt abſtenſionẽ reperitur, nul la prius præcedente renunciatione, ut dñt doctores ubi ſupra. Cũ ergo t̃pe mortis patris, & ſic tempore delatæ ſucceſsionis iſte renuncians eſſet monachus iam profeſſus, nõ videtur, qđ iſtud pactũ iuratũ interpoſitũ ante monachatum poſt profeſſionẽ valeat ſortiri effectũ, & excludat monachũ, & monaſteriũ.Iſtud primò probatur ex his, quæ firmat Sali.in auth. caſſa.vlt.col.C.de ſacr.ſan.eccl.vbi refert fuiſſe concluſum per valentiſsimos Doctores (ut eius verbis vtar) quos ipſe ſequitur,

10 ꝙ † ſtatutũ diſpones, ꝙ fœminæ non ſuccedant maſculis extantib.nõ ligat ingreſſas monaſteriũ poſt ſtatutum, quib.poſt modũ hæreditas defertur, quia hoc ſtatutũ excludit, & effectũ ſuũ dirigit in tẽpus delatæ ſucceſsionis, quo tempore non habent ſtatuentes ius diſponendi cõtra perſonã eccleſiaſticam. Secus aũt, dicit ipſe, ſi ante ingreſſum monaſterij fuiſſet eis hæreditas delata, quia iã ſtatutũ effectũ ſuum conſumaſſet, antequam eſſet effecta religioſa. Et ita narrat fuiſſe obtentũ in cauſa domini Aloiſij epiſcopi Imolenſis. Idem ẽt tenuit Petrus de Anch.in conſ.107.incipiente.In paucis verbis tactũ eſt, &c.Et inter alia mouetur, quia ex quo nõ potuiſſent expreſſe diſponere ſtatuentes, ꝙ moniales non ſuccederent, ut poteſt nõ de ſua iuriſdictione.c.decernimus.de iudicijs.& c.cum laicis quãuis religioſis, de reb.eccleſiæ non alienand. ergo ipſas non vr̃ ſtatutum ſub generalitate includere, quia ꝙ nõ poſſet in ſpẽ ſtatui, non videtur ſub genere contineri, a rgu.c.in generali.de regu.iuris.lib.6.Pro quo optimẽ facit, licet nõ alleget gl.ſingu. in c.cũ nõ deceat.de electio.lib.6.per quã ſolet dici, ꝙ ſtatuta generalia laicorum nõ comprehẽdũt actus iuratos, ſuper quibus in ſpecie non poſſent diſponere. Idẽ tenet Bal.in l. cunctos populos.in magna repetitione. 34. col.ver. nunc videmus qđ ſtatutũ.C.de ſumma trini.& Dominic.in c.1.de excep.li.6. & refert & ſequitur Alex.co nſi.225.col.ſecundo vol. Reperio ẽt quandã apoſtillã ad Abb.in c.ꝙ clericis. de foro comp. cuiuſdã diſcipuli do.Philip.de Franchis de Peruſio, in qua atteſtatur, ab eo viua voce intellexiſſe, ꝙ iſtã partẽ tenuit Papiæ in publica cõcione.Et inter cætera adducebat, ꝙ iſtud ſtatutum cõfirmat effectũ poſt ſucceſsionẽ delatã, vt ſupra retuli dicere Sali.ꝙ ipſe dupliciter comprobat, primo propter uerbum illud, nõ ſuccedat. Nam qualitas adiuncta verbo determinatur ſm tẽpus uerbi.l.in delictis.§.ſi extraneus.de noxa.Secundo, quia propter incluſum excluditur excludẽdus, ut ſupra dixi.Sed añ mortẽ illius, de cuius ſucceſsione agitur, maſculi non includũtur, ergo fœmina nõ excludit̃ ante.Quartò cũ ſtatutũ reperiat̃ diſponere ſuper perſona eccleſiaſtica, illam nõ ligat. Verum ẽ, ꝙ contrariũ tenuit Pau.de Caſt.in conſi.335.& Ro.in d.l.ſtipulatio hoc mõ cõcepta.& Abb.in d.c.ꝙ clerici.referens Ant. de But.ita conſuluiſſe. Tamen prima opinio videtur in dubio tenenda, cũ religioni faueat.l.ſunt perſonę, de relig. Et eo maximè, quia Pau.de Ca.in d.cõſ.in 4.col.referẽs vnã opinionem Bar.in d.l.fi.C.de pactis.uolẽtis, ꝙ ſi ſtatutum diſponat, ꝙ ingrediens monaſterium non ſuccedat, tale ſtatutum valeat, eo q̃a ante ingreſsũ ligat, & in totum excludit, & ſic diſponit de p̃ſona, ſuper quã hẽt ius diſponendi, illũ reprehẽdit eo, q̃a tale ſtatutũ diſpõnẽs, ꝙ fœmina nõ ſuccedat, refert ſe ad t̃ps, quo deferẽ ſucceſsio, quo t̃pe p̃prie fit excluſio, nõ prius. Sicut.n. dicit ipſe, p̃ſens nõ põt excludi p̃ expreſſam repudiationẽ a tali iure, ꝙ nõ eſt in actu, ſed in habitu, neq; in re, ſed in ſpe.d.l.q. ſuperſtitis, ita vr̃ ꝙ excluſio ſtatutaria ad dictũ tẽpus non referatur, ſed ad illud, ꝙ erit in iure & in actu, ſ.cum delata erit ſucceſsio.

cessio. Nam Paulus videt, quod ista ratio concludit contra Bar. in casu, de quo sup. & non animaduertit, quod etiam concludit contra eũ in casu, pro quo cõsuluit, videlicet, quã statutũ simpliciter, & generaliter fœminã excludit, superstite masculo, nulla mentione facta de volentib. ingredi, seu de ingredientib. monasteriũ. Nã si exclusio statutaria, vt ipse fatetur, ad tempus delatæ successionis referatur, propter verbũ, succedat, quod est futuri tẽporis. Ergo idẽ erit, quando statutũ simpliciter disponit, quod extantib. masculis filia fœmina nõ succedat. Modò in proposito, si statutum assumens effectũ tpe delatæ successionis non excludit personas effectas religiosas post statutũ, ante tamen delationem iurisdictioni statuentiũ suppositas, eadem rõne, & multo magis simpliciter renunciatio, quæ similiter effectũ suũ post delationẽ tm̃ consumat, ut supra dictũ est, non debet excludere, si eo tpe reperitur renuncians in eo statu, in quo, si vellet, non posset expsse p pactũ quãuis iuratũ se excludere in præiudiciũ monasterij, quia quod nõ põt statutũ, nõ potest et pactũ, & de vno ad aliud valet argumentũ, vt no. in rub. C. de decre. decurio. & in l. non impossibile. de pac. & maxime negatiuè incipiendo a statuto, vt p Imo. & Ro. in l. alia. §. elegãter. sol. mat. Si. n. statutũ dicit contra ecclesiasticã vtilitatẽ, eo quia tẽpore delatiõis vult moniales, vel monasteriũ excludere, &c. Et dato et quod opi. Pau. de Castro, Ro. & Abb. in quæstione statuti supra proxime formata esset vera, tamen adhuc secus esset dicendũ in casu nostro. Prædicti. n. Doc. illã sequũtur opinionem, præsupponẽtes absolutè, quod tale statutũ iniecerit vinculum, & effectũ suum consumauerit ante delationem. Nam Pau. in prælega. cons. in 6. col. hoc sentit apertè, dũ dicit, quod eo ipso quod mulier nascitur, statutũ iniecit vinculũ, & infligitur sibi hæc potentia succedendi, s. in totũ si nõ extiterit masculus, & in nihilum si extiterit. Idẽ sentit, dum dicit, quod tale statutum reseruat delationẽ fœminę, si nõ extabit masculus, si vero extabit, aufert. Et licet. in 4. col. ut sup. retuli, videatur dicere contrarium, postea tamen in principio sequentis col. uidetur velle, quod immo istud statutum in natiuitate filiam liget, & excludat, & sic quod effectum suum non reseruat in tempus delatę successionis, dum dicit ex mente aliorum, quod dicta verba, s. fœmina non succedat, &c. exponuntur, i. efficiatur inhabilis ab succedendũ, alias si Paulus nõ habuisset istũ respectum, certe illa rõ, de qua, allegata contra Bar. necessario concluderet contrarium eius, quod ipse consuluit. Et iõ, pmirum si decedens ab illa rõne aliter nititur impugnare dictũ Bar. in d. l. fi. ut ibi latius per eum, &c. Similiter patet, quod Abb. in d. c. quod clericis. habuit pro firmo, quod prædictũ statutum in natiuitate effectualiter ligaret fœminam, dum pro opinione sua allegat no. per Bar. in l. placet. C. de sac. san. eccl. & in alijs locis. vbi vult Bar. quod prędia, quę per statutum effecta sunt tributaria, retinebunt onus annexũ, etiam si in ecclesiam fuerint alienata. Nam tale statutum sine dubio effectum suum consumauit, etiam antequam illa prædia transirent ad ecclesiã. Constat et eãdẽ fuisse mentẽ Ro. in d. l. stipulatio. inquãtũ pro se adducit no. per Io. An. in reg. sine cul pa. in Mercu. cuius dicta, vt infra subiungã, intelliguntur, quã cõsuetudo, de qua ibi, effectũ cõsumauit añ clericatum, & vinculum iniecit in natiuitate. Et ex ibi dicendis apparebit, quod nisi isti Doc. ita intellexissent, quod oino male essent loquuti. De me ergo omnium esse videtur, quod si statutaria exclusio referretur ad tempus delatæ successionis, quod monachos vel moniales eo tpe existentes non excluderet, dato quod post statutum forent ingressæ monasterium. Sed omnes, ut supra dictũ est, tenent, quod exclusio, quæ ex renunciatione causatur, sortitur effectũ tm̃ tpe successionis delatæ, ergo ex mente omnium cõcludendũ mihi vr̃, quod non operetur aliquid, si tẽpore delationis ẽ monachus, licet tpe renunciationis esset laicus. Pro qua differentia inter prædictũ statutũ, & dictam renunciationẽ ẽt facit, qa statutũ excludẽs fẽminas superstitib. masculis, tollit suitatẽ, vt p Bar. in l. 1. §. sciẽdũ. de suis & leg. & p Bal. in l. maximũ uitium in fi. C. de libe. præte. Renunciatio verò prædicta cam non tollit, sicut sup. dictum est. Scđo cõprobatur ista opinio.

an falsitas per eum expressa habeat uitia gratiam. Et concluditur, ꝙ si ex tali cā, qua nō existente vera gratiā nō concessisset, vitiatur, q̄a licet motus proprius excludat surreptionē, nō tñ firmat grām cōtra intentionē cōcedentis, allegat Io. And. ī d.c. si motu proprio. & idem vult Car. ī cōsi. 96. Dñs Papa, &c. vbi concludit, ꝙ literę Papæ de vnione facienda ex certis causis, nō valent ēt cōcessę motu proprio, si cāæ non sint. Nec, ꝭm eum, ob. si dicatur, ꝙ de veritate causarū non pōt dubitari, ex quo princeps motu proprio inseruit in suo rescripto. cle. 1. de prob. quia p̄missæ causæ non sunt de facto proprio, iō de ipsorum veritate p̄t qō fieri. Prætereá † cum pars aduersa isto casu passa sit probari contrariū, probatio ualet, licet potuisset impediri, per no. p Bal. & Alex. in l. certi cōdictio. §. qm̄, si cer. pe. ubi dicit eleganter, ꝙ licet ex forma statuti non possit probari cōtra instrumentū p testes, tñ probatio testiū facta & admissa valet, quod multū no. Alex. ibi, & in l. Seius. & Augerius. in fin. ad l. Falc. & Are. in l. si duo. de acqu. hæ. & dicit Bar. in l. inter stipulantem. §. 1. de verb. ob. ꝙ licet contra p̄sumptionē iuris, & de iure nō admittatur probatio in contrariū, admissa tñ tenet, ꝙ reputat Imo. ibi summè notandū. & idē tenet Ant. in c. is qui fidem. de spon. & Abb. in c. cū contingat. de off. dele. & facit, qđ vult Bal. & Sal. in l. si. C. de non nume. pec. qui dn̄t, ꝙ si ille, qui iurauit sibi esse numeratum, probet contrarium parte non cōtradicente, probationes releuant. Nec ob. ꝙ in literis Papæ ꝓhibeatur admitti probatio contra narratiuā instrumēti, & ꝯctū ipsum, & ꝙ admissa sit nullius roboris, uel momēti, in qua narratione ēt cōtinetur, ꝙ oblatio facta per Andręam Belanti est cōmodior & utilior cameræ, &c. quia dicta ꝓbatio intelligitur ꝓhibita, & reprobata parte contradicente, & nō qñ est passa fieri probationē. Quia verba rescripti dēnt intelligi ꝭm ius cōe. c. cū cām. de rescr. & c. licet. de pb. Et per p̄dicta respōdetur ad aliud, uidelicet, ꝙ Papa uelit credi dictæ narrationi tanquā variæ, quia hoc hēt locū nisi pars ex culpa propria & ex facto proprio sibi præiudicauerit, patiendo ꝓbari cōtrariū, ut colligitur, ex no. per Bal. in d. §. quoniā. & melius per Bar. in d. le. inter stipulantem. §. 1. Nā & in casu suo ex dispositione iuris præsumptio iuris, & de iure habetur ꝓ veritate, & tñ probatio in ꝯtrarium admissa ualet, & satis operatur rescriptū, cū prohibeat parte opponente cōtrariā probationem, quæ admitti debuisset parte inuita, ubi nō emanassent dictæ literæ, ut no. in d. cle. 1. Et eadē rōne probatio de falsitate contractus, uel de simulatione ualet, & tenet, quia passa est pars fieri probatione, iō sibi non prosunt dictæ literæ, & presertim, quia pars ipsa aduersa produxit instrumentū publicū & imbreuiaturam notarij uitiosam, & ex qua, ut dictū est, instrumētū redditur suspectū & falsum. Et propterea cū ex productione partis aduersæ constet de falsitate sibi est imputandū, & facit, quod no. Inn. in c. quia plerisq. de immu. eccl. de illo qui concessus est sn̄iam pro se latā esse falsam. Quinimmo non obstantib. dictis literis potuisset probari falsitas, & simulatio, quia literæ p̄dictæ solū uolūt adhiberi fidē narratiuę tanquā ueræ ipsius instrumēti. Vñ quātūcunq. ea q̄ in dicta narratiua continentur, probarentur ex priuilegio Papæ, & sic ꝙ habita fuit per plures mēses ante diligēs inquisitio cū diuersis personis de locando apaltus, & ꝙ variæ fuerunt factæ oblationes & ꝙ oblatio. d. Andreæ de Belantib. fuit commodior, & utilior cameræ, &c. Non tamen sequitur, ꝙ probetur ex eodem instrumento locationē subsequutā, & factam fuisse eo modo quo in dicto instrumento cōtinetur. Nā instrumētū ipsum p se, tanq̄ suspectū & falsum sine dubio nō probat, ut est dictū, dispensatio aūt principis uersatur solū circa probationē tractatus habiti ante ipsam locationem, & ideo non dēt extēdi ad probationē locationis, q̄a tractatus, de quo in dicta narratiua, est diuersus ab ipsa locatione, & multa tractantur, quæ non fiunt. l. sciendum. §. edictum. de ædil. edic. & prout etiam dicit Bal. in l. cum allegas. in 2. col. C. de vsur. quia † dispensatio contra ius non extenditur de casu ad casum, ꝭm Host. & Doc. in c. postulasti. de rescrip. cum concor. de quib. late ibi per Mod. Nec ēt fit extensio ad cōsequutiua, qñ sine eis stare p̄t illud, super quo cadit dispensatio, secundum Doc. c. q̄a in tantū. de præb. & Dom. in c. cum ex eo. §. fi. de elec. in 6. & ꝓbatur ex no. per gl. in cle. 2. de æta. & qualita. & ibi not. Imo. & in ca. statutum. in prin. de rescrip. in 6. & alibi sępe, ut per Moder. in d. ca. postulasti. Sequitur ergo, quod instrumentum non probat locationē, quāuis dici possit, ꝙ ꝓbet tractatus de locādo ex dispēsatione p̄dicta, q̄, vt est dictū, est strictè interpretanda. ¶ Ex oībus igitur p̄missis resultat, ꝙ locatio facta d. Augustino, & quæ ꝓbatur p scriptā, dēt effectū sortiri, siue facta fuerit ante dictū instrumentū, siue post, quia nō reperitur ab illa recessum per instrumētū, neq; p cōtractū, de quo in illo, quia non probat, ut clarè cōstat ex p̄missis. Ex quib. etiā apparet, ꝙ ex literis Papæ nō est recessum a contractu, de quo in scripta, & ex infra dicendis ēt apertius constabit. Et p prædicta ēt tolluntur oīa, quæ in cōtrariū allegantur. Et stante falsitate p̄dicta vel suspicione falsi, nō est opus laborare. Et frustra quærit, vtrū sequens contractus sit simulatus vel fictitius, quoniā de aliquo contractu non apparet vero vel ficto, cum instrumētum, quod producitur, non probet, & vbi probaret, ꝙ nullo modo est cōcedendum, tunc dici posset, contractum esse simulatum, quod aliter non prosequor, quia non est necessariū, & quia circa hoc per alios satis est dictum. Et etiam per prædicta responsio colligitur quasi ad omnia, quæ allegantur ad excludendum præsumptionem simulationis. Et solum restat respondere ad unū, quod videbatur magis vrgere, videlicet, ꝙ cōtractus, de quo in instrumento, habuit executionē iuxta tenorē instrumenti, per qđ uidetur tolli omnis suspicio simulationis, p no. per Bart. in l. sicut §. superuacuum, in fin. quib. mod. pign. vel hypothe. solu. & in l. per diuersas. C. manda. Sed respondetur, quòd illud posset procedere, si implementum contractus non posset dici factum ad alium effectū, sed in casu nostro dici pōt, ꝙ ducatorum. 75. millia, & annuæ præstationes fuerant receptæ, nō pro implemento dicti contractus, sed vt esset magis cautum fisco, cuius cōpetebat ex alio contractus sibi utiliori, & de quo in dicta scripta. Sicut ēt uidemus, ꝙ si quis coacte vendidit, & preciū ēt ex interuallo recepit, non purgatur metus, quia receptio precij potest intelligi facta ex alia causa, s. vt uenditori sit magis cautū, ꝭm Bar. Ang. Pau. de Cast. in l. si per vim. per illum tex. ꝙ met. cau. & Sal. in l. seq. & Bar. in l. pe. ff. de condi. ob cau. Pōt ēt dici, ꝙ ex quo præcessit locatio, de qua in scripta, ex quo probetur sequentem locationem magis damnosam, & preiudicialem fuisse factam p errorē, p no. p Bart. in l. quoties. §. tantundē. de hęre. insti. vbi no. ex illo tex. ꝙ qñ in tractatu contractus aliquid exprimitur, & postea fit aliter, error ꝓbatur. ꝙ ē verū, ꝭm Imo. in §. sed cū primū ea. l. qñ illud, ꝙ est postea factum, non bene se compatitur cum his, quæ dicta sunt in tractatu, & prout in casu nostro, in magis idem est dicendum, ex quo scripta præcedens non continet tractatum, sed contractum perfectum & absolutum, & quo casu error probatur, ēt si aliter sit actum ex interuallo, secundū Imo. p l. si tibi liberum. de actio. empt. Nec dici potest, ꝙ isto casu sequens contractus fuerit celebratus cum alio & non cum eodem, quia iō contract' sequēs intelligitur celebratus cum do. Augustino per mediam personam & interpositam personā Andreæ Belanti, & sic ipse dicitur contraxisse. Qđ probatur ex plurib. concurrentibus. Primò, quia d. Augustinus conduxit prius noīe proprio. Secundo, q̄a illi fuit tradita possessio, vel quasi. Tertio, q̄a solutio ēt 75. millium ducatorū facta fuit de pecunia. d. Augustini, & ex ꝓcessu, & ex scripto d. Andreæ constat, vt est casus, & ibi per Bart. in l. multū. C. si quis alte. vel sibi. in prin. Et istud ēt cōfirmatur, ꝙ licet † error iuris nō præsumatur, ꝭm Bar. in l. sed si lege. §. scire. de pet. hære. & in l. non fatetur. in prin. de cōfes. tñ potius error p̄dictus p̄sumitur, q̄ donatio, ꝭm Raph. in d. l. nō fatetur. & Alexan. in consi. 80. in 3. volu. Sic etiam quamuis in facto proprio non præsumatur error, debet tamen potius præsumi, quā donatio, & per consequens secundus contractus, ex quo fiscus enormiter læderetur, debet præsumi factus per errorē, & non animo recedendi a primo. Et tanto magis in summo Pontifice hoc casu error præsumitur, quia qñ venit contra factū ꝓpriū, præsumitur circunuētus, & ad hoc per importunitatem, aut p errorem inductus. c. cum olim. de re iudic. & ibi per omnes. Et, ꝭm Inn. ista est præsumptio iuris, & de iure, & procedit ēt, ꝭm Abb. si secūdus actus cōtrarius primo fit motu proprio. Et hoc p p defectū cōsensus, quē nō supplet dicta clausula, ut dixi supra. Et idē vult in effectu Imo. in c. mandatū. de rescr. Et idē est dicendū de clausula, ex certa scientia, q̄a, vt dixi, nihil operatur in his, q̄ sunt facti, & ab eodē errore ꝓcessisse intelligit. l. d. versi. diuersum. de noua. & p no. p Bar. in l. fin. §. idē quæ[illegible]

Marginal numbers: 20, 21, 22.

cond.inde.& idem de oib.clausulis in dicta cõfirmatione appositis. Et pñs ẽt non ob.ꝙ Papa reuocet oẽs alias cõcessiones factas,qm̃,ut dixi,locatio facta Andreæ,dr̃ facta Augustino, cuius ꝯtẽplatione alias concessiones reuocat factas cuicunq. alteri,sub quib. verbis nõ cõtinentur factæ eidem do.August. sed alijs. Præterea pro reuocationẽ aliarũ cõcessionũ non includitur reuocatio locationis,quæ est cõtractus onerosus,quia verbũ,concessionis,põt aliud importare. Et quia Papa solus a contractu oneroso cũ alio celebrato nõ põt recedere, iõ† non venit sub gñali reuocatione, vt in terminis per prædicta,& ꝑ alia cõsuluit d.Car.in consi.147. Dñs noster Papa,qui propriè loquitur,qñ Papa reuocauit oẽs cõcessiones,& non vult,ꝙ intelligatur reuocata concessio ad liuellum. Idem ergo est in casu nr̃o dicendũ de locatione facta ad longum tempus, q̃ non differt a liuello,ſm Doc.in l.1.de iur.emph. Postremò non omitto,ꝙ si sanctiss. Dñs noster,qui dr̃ interfuisse, dũ adhuc eẽt in minorib.cõstitutus, & se interposuisse in istis negotijs, & cõtractib.hẽt notitiã de simulatione vel de errore, & qũo res se habuerit,ꝙ eius dicto & declarationi est standum,quia† creditur Papæ de his,quæ gessit,& notitiam habuit ante Papatum si factus Papa de illo attestetur,ſm gl.in c.apostolicæ.in uer.ꝑmisissent.de re iud.in 6.quod est summè notan.ſm Domi.ibi, ad extensionẽ cle.1.de prob.& dicit pridie ita consuluisse cum Io.de Imo.ad idẽ est glo.in ca.1. de renun.in 6.in uer.statuit.& quas glo.ad hoc alleg. Rom.in sing.128.Sanctiss.&c.& Felin. in d.c.cum a nobis.de testi.ver.secundò nota,&c.qui etiam alia ad hoc adducit. Et prædicta procedunt, etiam si aliquid attestatur ad sui commodum.d.cle.1.de prob.& dixi supra. Concluditur ergo ex omnibus præmissis,ꝙ intentio fisci est fundata ex dicto scripto priuato, quod iuxta petita debet sequi condemnatio. Laus Deo.

¶ Societate soluta si quid ex negotio, puta locatione uectigalium,aut simili,ea durante inchoato percipiatur id ipsum cõmunicandum est.

SVMMARIVM.

1 *Socius,qui socio uiuente negotium aliquod inchoauit, illud perficere tenetur,& lucra communicare.*
2 *Dominiũ utile ex locatione ad longum tempus facta trãsfertur.*
3 *Communio durat in rebus,quæ communes erant durante societate,nisi sequatur diuisio.*
4 *Socius de communi pecunia rem proprio suo nomine emens communicare non tenetur.*
5 *Conductor potest ius percipiendi fructus alij uendere,si soluit pensionem,aliàs secus.*
6 *Vendito uectigali seu pedagio dicitur uenditum ius colligendi uectigal uel pedagium.*
7 *Fructus fundi locati conductoris efficiuntur,si ab eo vel alio eius nomine percipiantur,secus si ab alio suo proprio nomine.*
8 *Communicari compendium debet tunc solum, quando perceptũ est post finitam societatem ex re communi.*
9 *Lucrum acquisitum a tutore socio patris pupilli, an sit communicandum.*
10 *Lucra acquisita post mortem socij unius,an ueniãt cõmunicãda.*

CONSILIVM CCXVI.

CIRCA dubiũ,de quo q̃ritur,uidelicet,vtrum do. Augustinus lucra percepta finita societate cõicare teneatur, ex quo locatio,super qua societas cõtracta fuit,durauit,& in ea dictus do.Augustinus perseuerauit. Et dicitur,ꝙ sic,quia ius fabricandi alumen q̃situm fuit ꝑ dictã locationem, & societatem vsq. ad certũ tp̃s,& durante adhuc societate cęperunt socij fabricare, 1 & sup eo negotiari.† Vñ quãuis alter ex socijs mortuus sit,negotiũ inchoatũ illo uiuente,tenetur qui superuixit, perficere, & lucra cõicare, quia quæcunq. prioris negotii explicandi cã gerũtur,nihil refert quo tẽpore cõsumẽtur,sed quo tp̃e ĩchoarentur.leg. nam & Seruius. §. si uiuo. de neg. gest.ubi propriè loquitur in socijs,sicut ecõtra hæres socii, quamuis socius nõ sit,ea tamẽ quæ per defunctũ inchoata sunt,explicare dẽt.l.hæres socij.ff.pro soc.& hoc uidetur aperte decidi in l.actione. §. si in rem certã.eo.ti.ubi dr̃, ꝙ si in rem certam emendam conducendamve coita sit societas, tunc etiam post alicuius mortẽ quicquid lucri,detrimentive factum sit,cõe esse Labeo ait. Et in societate vectigalium, de qua agitur, hoc non tantum locũ hẽt in lucro,quod percipitur ex ante gesto,sed etiam in lucro, quod prouenit postea de nouo.l. verum. §. in hæredem. & ibi no.eo.ti. Cum enim alumen,quod colligitur,sit in fructu.l.diuortio.§.si vir in fundo.solu.mat.& no.in l.qui vxori. §. si sulphurariæ. de fur.& ius percipiendi illud sit quæsitum ex locatione.l.si seruus.§.locaui.eo.ti. ac esset inter socios dictum ius percipiendi cõe,& cõiter ad illos pertineret ipsum alumen,qđ inde perceptum est,etiam post mortem socij tanquam proueniens ex re cõi debet hæredibus cõicari:sicut quæsitum ex qualibet alia re cõi,finita societate morte socij,dẽt cõicari.l. actione.§.morte.ff.pro socio.& hoc verum videtur,quãuis do. Augustinus noĩe proprio alumen perceperit, quod vt primũ fuit perceptum,ad hæredem alterius socij,debet cõicari.l.actione. §.morte.ff.pro socio.& hoc verum videtur,quamuis do. Augustinus nomine proprio alumẽ perceperit, quod vt primũ fuit perceptũ,ad hæredẽ alterius socij cępit pertinere,sicut qñ fructus pendentes sunt ablati per furẽ,ad colonũ,qui nummis colit,quam primum decerpti sunt,dñium transit. l. si apes.§.fi.de fur.& hoc magis, quia dominium iuris percipiendi alumẽ fuit quæsitum mediante locatione,& cõicatum mediãte societate, 2 cum fuerit locatio ad longum tp̃s facta,†ex qua vtile dominiũ transfertur rei locatæ,l.1.& 2.si ager uectig.uel emphy.peta.& cle.1.de reb.eccle.non alie. Et quia dictum ius conductum est a republica,quo casu etiam dominium vtile transit,quamuis locatio sit ad modicum tp̃s.l.1.in prin.& ibi not. de loco publ. fruend. Ratione igitur vtilis dominij dicti iuris dominiũ aluminis quæsitum fuit hæredibus dicti socii pro rata, quãuis do. Augustinus illud noĩe suo in totũ perceperit,secundum glo.& Bar.in d.l.si apes.§.fi.quamuis.n.morte,vel ex alia causa socie- 3 tas fuerit finita,nihilo minus† cõio durat in rebus, quæ erant cões durante societate,antequam sequatur diuisio.l.actione.§. si post distractam.pro soc.& ꝑpea quia ius percipiendi alumẽ erat quæsitum oĩb. socijs ante finitam societatẽ, iõ adhuc cõe est inter do.Augustinum,& hæredem ẽt alterius socij. Et ꝑdicta videntur ẽt de mente Bar.in l.Titium & Mæuium.§.altero. de admi.tut.in prima oppo.dum dicit, ꝙ compendium quæsitũ per socium post mortẽ vnius socij non cõicatur hæredi, q̃a processit ex alia negotiatione,quæ sit continuata, sicut in casu nostro,quod sit cõicandum,& idẽ sentit Pet. de Peru. in trac. de duobus frat.circa tertiæ partis prin.vbi ponderat, an socius superuiuens aggrediatur nouum negotium, aut cõtinuet iam inchoatum,quia hoc vltimo casu fecisse dicitur cõi nomine,& sic cõpendium est cõe,per d.l.nam & Seruius.§.si viuo.& idem sentit in eo.tract.in 2.q.11.partis.& Albe.& Sali.in d.§.morte. dum dicunt,ꝙ si socius precium rei cõis conuertit in aliam negotiationem,ꝙ non tenetur lucrum hæredi socii cõicare,& sic videntur velle, ꝙ sit communicandum, quando ex eadem negociatione lucratur. Et hoc est etiam de mente Alexand.in cõsil.131.5.volum.dum videtur vim facere,ꝙ socius finita iã societate nouã negotiationẽ inchoauerit,& sic vbi iã inchoatum ꝯtinuasset, aliter sentire vr̃. Sed ꝓmisis nõ ob.ꝯriũ ꝓculdubio ꝓputo verius. Et tenẽdo ꝙ hmõi locatio fuit ꝑ Iuliũ summũ Põtificẽ reuocata, & de nouo facta soli d.Augu. ꝓut tactũ fuit in alio ꝯs.ꝯriũ cessaret ex toto,q̃a lucrũ nõ ꝓuenisset ex re cõi,sed ex ꝓpria,& ex nouo ꝯctu. Et hoc nedũ ẽ verũ, qñ merces fuit soluta đ pecunia ꝓpria,sed ẽt si fuisset cõis.d.l.Titiũ & Mæuiũ. §.altero.de admi.tut.& l.si patruus. C.cõia vtriusq; iudi. & l.1. C.si q̃s alte.vel sibi.& iõ dicit Bar.ĩ d.§.altero.ĩ fi.ꝙ si socius de 4 pecunia cõi† emat rẽ ꝓprio noĩe,ꝙ nõ tenẽt illã cõicare,ꝑ l.si vnus.§.j.ff.ꝓ soc.& hoc q̃a ĩ hoc negotio nõ erãt socij,nec a societate pẽdebat.multo igr̃ minus dicto casu societate finita teneret ad ꝯtributionẽ lucri d.Augustinus, & hoc nõ hẽt dubiũ. Si vero dicimus,ꝙ dicta locatio nõ fuerit reuocata,& adhuc dico,ꝙ lucrũ nõ est cõtribuẽdũ. Nã,sicut ẽt plenè fuit oñsum in alio cõsilio,locatio facta d. Augustino quo ad socios effectũ nõ habuit, ita qđ ex ea illis & hæredib.suis ius aliqđ quæsitũ non fuit, & ex societate ẽt subsequenti ius percipiendi fructus eisdẽ quæri nõ potuit,q̃a dictũ ius, qđ d.Augustino cõpetebat ex locatione, non potuit ante pẽsionẽ ꝑ eum solutã in aliũ trãsferri per contractũ venditionis, vel aliũ similẽ, ſm Bar.in l.si seruus

§.loca-

5 §.locaui.in fi. de fur. vbi dicit, & conductor ius † percipiendi fructus pôt in aliũ ꝑ cõtractũ venditionis transferre, qñ soluit pensionẽ, quia sibi tunc pleno iure cõpetit. Sed ante pensionẽ solutã non pôt fructus vendere, & per ꝯñs nec ius illo percipiendi in aliũ transferre, quia debent in fundo remanere, donec pensio sit soluta, pro qua sunt obligati. l. in prædiis. C. in q̃bus cau. pig. taci. contrah. Et hoc dicit probari in d. §. locaui. Vñ ex hoc sequitur, ꝙ dictum ius percipiendi fructus, sociis non fuit cõicatum mediante societate, quia pensionẽ solutam non poterit in aliũ transferri. Remansit ergo apud solum. do. Augustinũ cõductorẽ dictũ ius percipiendi fructus q̃sitũ, ex locatione, ad cõem tñ utilitatẽ ẽt sociorũ ꝑꝑ societatem cum illis cõtractã. Nec obst. ꝙ ex tali locatione translatum sit utile dominium, quia facta sit ad lõgum tẽpus, & quia facta sit a fisco, per no. in l. 1. in prin. de loco publ. fruen. & ꝙ illud sit cõicatum ꝑ cõtractũ societatis, q̃ hoc nõ uř uerum, quia cũ ex utili dñio fructus quærantur, ut not. per gl. & Bar. in d. l. si apes. §. fin. de fur. non potuit illud. d. Augustinus in alium trãsferre ante pensionẽ solutã, sicut non potest ius percipiendi fructus quæsitum ex simplici locatione absq. utilis dñii trãslatione alienare. d. §. locaui. & ibi Bar. in fi. quia utroque casu militat rõ ibi assignata per eum. Præterea dici posset, utile dñium esse translatum, qñ locatus fuisset fundus, uel locus, in quo alumen nascitur, & percipitur, sed ipse locus non est locatus, sed apaltus aluminũ, idest, ius percipiendi alumen intelligitur esse uenditum, uel locatum, sicut† qñ uenditur aut locatur uectigal, seu pedagium, dř uenditũ ius colligendi uectigal, uel pedagium, ẽm Bar. in l. cotem ferro. §. qui maximos. ff. de publ. & uecti. & in dispu. inci. Publicanus. in fi. Imò ẽm Bar. si uenditio facta sit ad certum tẽpus, sicut in casu nostro, non dicitur ipsum ius percipiẽdi uẽditum, quia ad tẽpus transferri non pôt. l. 3. in prin. de serui. sed sola commoditas, per l. si usus fructus. de iure dot. & l. necessario. §. fi. de peric. & commo. rei uend. & propterea ius percipiẽdi fructus q̃situm. do. Augustino ex dicta commoditate sibi locata, non potuit per aliquem contractum in alium transferri, sed apud ipsum remansit duntaxat ad cõe commodum & in cõmodum ꝑpter societatẽ cõtractã, ut dixi. Cum ergo ius percipiendi fructus esset solius. do. Augustini, & ipse solus ex ꝑpria pecunia pensionẽ soluerit, ac proprio noĩe tm̃ fecerit, quæ in alumine colligendo & fabricando est necessaria, compendium ꝙ inde prouenit, finita societate nõ tenetur cõicare, quia dictũ alumen, quod est in fructu. d. l. diuortio. §. si uir in fundo. solu. ma. non est perceptum ex re cõi, qm̃ fundus uel locus, ex quo fuit perceptũ alumen, non est cõis, nec ẽt ius percipiendi fructus est cõe, sed solius d. Augustini ut dictum est, & similiter ipsum alumen non est cõe, ẽt ius percipiẽdi illud fuisset apud oẽs

7 socios tanquam colonos, quia fructus† fundi locati ita demum efficiuntur conductoris, si ab eo percipiantur, uel ab alio eius nomine. Sed si percipiantur ab alio proprio noĩe, sicut fecit d. Augustinus, non efficiuntur coloni, ẽm Bar. in d. l. si apes. §. fi. de fur. quia non efficiuntur ẽt dicto casu usufructuarii, q̃ hẽt ius potentius in fructib. quam colonus. l. si fur. de usufr. Nec ob. ille tex. in fi. ut colligitur ex no. per Bar. & clarius per Ang. ibi. Et non tm̃ hoc locum hẽt, qñ percipiuntur contra uoluntatem coloni, ut ibi, sed etiam si ab alio percipiantur proprio nomine de uoluntate coloni. d. l. si seruus. §. locaui. iuncta gl. fi. de fur. & ibi no. Ang. in fi. nec Bar. in hoc contradicit. Et propterea cum fructus non sint percepti ex re communi, quia fundus non erat cõis, nec ius percipiendi fructus cõe, nec ex pecunia cõi, sed ꝑprio nomine Augustini, ut dixi, ac ẽt ipsi fructus percepti non sint cões, ut probatum est, cõpendium fructuum & pecuniæ ex illis perceptæ dẽt ad do. Augustinum pertinere,

8 & non tenetur illa soluta societate communicare. Quia† dẽt solum cõpendium tunc cõicari, qñ ꝑceptum est post finitam societatem ex re cõi, secundum gl. in d. l. actione. §. si in rẽ certam. pro socio. in secunda solutio data l. Titium & Mæuium. §. altero. de adminiſt. tuto. cum qua transit Bar. in d. §. altero. in prin. Et hoc ẽt uoluit Iac. de Are. & Alberi. & Ful. in actione. §. morte. ff. pro soc. dum dicunt, ꝙ aut lucrũ est perceptum post mortẽ socii ex re societatis, ut fructus, mercedes, uel uecturę æquorum communium, uel ex precio rerum uenditarum, & tale lucrum est cõmunicãdum, ut ibi. Aut tale lucrum est perceptum extra rẽ, ut quia preciũ uenditarum rerum ꝯuertit socius in aliquã negotiationem, & lucratus est, & hoc non tenetur cõicare. d. §. altero. Et sic uolunt ẽt isti, ꝙ lucrum tunc cõicetur, si ex re cõi percipiatur. Nec obstat, dum ultimo uim facere uidẽtur ꝙ pecuniam conuertit in aliam negotiationem, quasi ꝙ aliud sentiant quando in eadem continuauit, quia in hoc uim non faciunt, sed an sit lucrum ex re, uel extra rẽ. Nã si extra rem, negotium geritur nomine proprio, & non communi, argumen leg. ius autem ciuile. de iustitia & iure. Et hoc etiam clare & apertè uult Alexander in d. consi. 132. 5. uol. qui allegatur in cõtrarium, ubi ĩ quinta col. ver. præterea post finitã, &c. propriè ad ostendendum, ꝙ negotiatio sit alia, & diuersa, hoc solũ ponderat, ꝙ prima facta fuit communi nomine, & secunda nomine proprio, & de pecunia propria. Et sic solum considerat diuersum modum agendi. quamuis uersaretur negotiatio circa idẽ in genere, ut quia secunda negotiatio erat olearia sicut prima. Et quamuis inferius uidetur dicere, ꝙ prima erat terrestris & sequens maritima, & sic quòd in hoc una differebat ab altera, respondendo ad notata per Bald. in l. si patruus. C. commu. vtriusq; iudic. nihilo minus postea in secunda responsione idẽ uult, etiam si negotiatio secunda esset terrestris, & in qualitate a prima non differrat, dummodo secunda sit facta de propria pecunia, & proprio nomine, & in hoc differat a prima, quia ex hoc solo satis dicitur noua & diuersa negotiatio. Et sic Alexander in dicto consilio non contradicit, sed potius pro parte nostra concludit. ¶Istud etiam deciditur apertè ex notatis per Bar

9 to. in dicto §. altero. vbi concludit † ꝙ aut tutor socius patris pupilli negotiatur nomine communi, aut nomine ꝑprio, aut dubitatur. Primo casu dubium non est, ꝙ lucrum est commune. Secundo casu, quando nomine proprio negotiatur, & tũc, aut cum pecunia communi, aut cum propria, aut dubitatur. Primo casu, quia res emptæ ex pecunia communi efficiuntur cõmunes, lucrũ cõicatur, per dictã. l. actione. §. si in certã. Si uero cũ pecunia propria, redacta ẽt ex re cõi, quæ est propria, si res sit distracta nomine proprio, tunc lucrum nõ est cõe, sed propriũ, per illum textum. In dubio, ẽm Bar. præsumitur de pecunia communi, per l. defunctus. C. arbit. tut. Et quod dicit de tutore, locum etiam habet in alio socio finita societate. Cum ergo do. Augustinus proprio nomine expensas fecerit, & pẽsionem de propria pecunia soluerit, lucrum, quod inde percepit, debet esse proprium, & nõ cõe, ẽm Bar. in d. §. altero. Et ꝑ hoc mihi uidetur eẽ tex. in l. adeo. ff. pro soc. ubi dř, ꝙ societas vectigalium ad hæredem transit, nisi pars defuncti ad hæredem eius ascripta sit, ut hæredi quoq; ꝯferri oporteat, &c. & sic uult tex. ꝙ in casu nostro, s. qñ super re publica conducta est societas cõtracta, ꝙ ita demum hæredi cõferri oporteat, si actũ sit, ut transeat ad hæredẽ, & ut hæredi conferatur. Ergo vbi non sit actũ, ꝙ transeat ad hæredẽ, uel ut conferatũ hæredi, sicut in casu nr̃o actũ nõ est, ut in alio consilio probatũ est, nõ dẽt cõpendiũ cõferri hæredi. Quid intelligo, qñ alius proprio nomine, & cũ pecunia propria in locatione perseuerauit. Si. n. isto casu cõpendium esset cõe, in effectu nõ diceretur per mortẽ societas finita, sed duraret, quia quo ad oĩa idẽ effectus ꝑmaneret. Et istud ẽt decidi uidetur ex his, quæ uoluit Bal. in consi. 87. incip. Quidã contraxit societatem, &c. 2. uol. ẽm vltimã impressionẽ. vbi posuit casum, ꝙ quidam contraxit societatẽ cũ Nicolao hoc pacto, ꝙ ipse deberet ponere pecuniam in societate, & Nicolaus operam cum sua persona, & cum pacto quod quarta pars damni, & lucri spectaret ad eũ. Qua societate durante socius, q̃ ponere debebat in ea pecuniam, emit nomine proprio fructus, & prouentus cuiusdam molendini pro annis quinque, & pro precio certo, quod soluit de propria pecunia, & præsupposito ꝙ molendinum ueniat in societate, quærebatur, vtrum hæredib. d. Nicolai, qui superuixit tm̃ per duos annos post conductionẽ dicti molendini, cõicandũ esset lucrũ ꝑ annis sequentib. dictæ conductionis. Et uidebatur ẽm Bal. ꝙ sic, quia durante societate ius erat natũ, & inchoatũ, & ideo lucrũ perceptũ, etiam post mortem debet esse cõe, quia mors non distrahit cõmercia ꝑterita, & post mortẽ noua inchoari non possunt sociali nomine, d. l. actione. §. j. & §. morte. & d. l. adeo. & l. hæres socij. ff. pro socio. & lege nam & Seruius. §. si uiuo. de negotijs gestis. Sed

10 tamẽ contrarium decidit. quare, † secundum eum, societas fuit contracta cũ Nicolao propter operam ab eo ponendam in societate. Sicut ergo si circa molendinum nunquam posuisset operam

peram,nihil petere posset sibi cõicari;ita si decessit, cum post mortem operari non posset,& sic fit diuisio tpis.l.si seruus cõmunis Mæuij.§.fi.de stipulatione seruorũ. Operæ.n. hæredis maximè incertæ non sunt eædẽ cũ operis defuncti.l. si non sortẽ.§.libertus.de condictio.indebi.& idem in damnis. Pone.n. dicit Bal.ꝙ post mortem Nicolai superuenit sterilitas,hoc certè non nocet hæredibus defuncti, qui in contractu emptionis non reperiuntur nominati,sed solũ in contractu societatis.l.si id quod.§.si filius.ff.pro socio.& l.cũ actũ. de negotijs gestis. Et iõ cũ hæres Nicolai non possit pro parte sua implere, quia nõ est eadẽ opera, nihil debet ei cõicari.Lucrum ergo,dicit ipse,quod pro parte est de præterito,& pro parte hẽt cãm de futuro,est necesse diuidi,licet sit secus in lucro momentaneo,vbi inspiceretur principiũ solum, quicquid postea de futuro cõtingeret, ut in legibus preallegatis. Vult ergo Baldus ex pluribus causis,ꝙ in casu suo lucrũ non sit communicandum,quæ videtur et in casu isto habere locũ. Licet.n.alij socij non promisissent operam, promiserunt tñ pro parte sua pensionẽ soluere, & expensas pro rata ministrare,qđ cũ nõ sit factũ a socijs, nec ab hr̃de socij præmortui,& sic cũ ex parte sua non impleuerint licuit dom.Augustino proprio nomine agere,& ad commodũ proprium lucrũ percipere,qui pro socijs non tenebatur expendere,licet si uoluisset,potuisset,& ex conuentione inter eos habita repetere debuisset.Et sic non obstat,ꝙ apud eũ eẽt ius ꝑcipiendi fructus cõi noĩe,& ad cõem utilitatẽ,vt dictũ est,quia hoc uerũ est,qñ alij soluissent,& pro sua parte impleuissẽt, ꝗa prius,vt dicetur infra nõ est dictũ ius perfectè quęsitum,& maximè,quia si dãnũ emetissset post finitã societatẽ,illud solus, & non alius sustinuisset,quia ipse solus ex locatione tenebatur ideo ex tali contractu non poterant alij de dãno participare, nec ex contractu societatis,quia proprio noĩe,& sociali in locatione ꝑseuerauit,iõ cũ proprio noĩe fecerit,& ad eius commodum,non poterat contra eos societatem allegare,ſm Bar. clarè in d.§.altero.ver.quæro dixit de compendio,&c.per l.transactio.C.de transac.& sic hẽt locũ secunda rõ Bal.Item & tertia,dum dicit,ꝙ lucrum,quod pro parte est de præterito, & ꝑ parte hẽt cãm de futuro,est necesse diui,l.pro rata tpis,licet secus in lucro momentaneo,vt in iurib. contrarijs, quoniam & in casu nostro locum,de quo agitur,hẽt cãm de futuro,quia ꝑuenit ab opera & impensa & solutionis pensione facienda post finitam societatẽ,quæ oĩa cũ solus dõ. Augustinus fecerit proprio nomine, fieri dẽt diuisio lucri,& pro rata tpis ad do.Augustinũ dẽt pertinere,quia,ut dicit Bal. contraria locũ habent in lucro momentaneo,hoc est,qđ aptum est quæri momento, & fine actu successiuo. Et idem quando ex facto præterito, & durante adhuc societate traxit exordium,ut quia res ex qua lucrum capitur post finitam societatem cõi noĩe erat acquisita, vel communis esse cœperat.Et hoc est, quod uoluit gl. dicere in d.l.actione.§.si in rẽ.dum dixit,ꝙ cõpẽdiũ quæsitũ post finitã societatẽ dẽt cõtribui,qñ societate adhuc durante erat pręparatum,sed lucrũ,quod ex locatione percipitur, hẽt tractum successiuũ,& non momentaneum, quia non est aptum q̃ri momento,nec ẽt durante societate habuit initiũ respectu annorũ sequentiũ,quamuis cõtractus locationis præcesserit,& sic non põt dici præparatum respectu tpis futuri.Nam quamuis locatio facta pro plurib. annis sit una, annuæ tamen præstationes pensionis sunt plures,ſm Bar.in le. seruus Mæuij & castrensis peculij.§.fi.de stipulatione seruorũ. Eodẽ igtur modo annuæ ꝑceptiones fructuũ sunt plures, & diuersæ,& quia plures sũt & separatę,diuersæ & plures pręstationes pensionis sequũtur, iõ perceptiones fructuũ post finitam societatẽ,& lucrum inde proueniens nõ ueniunt in contributione, si ab uno fiat perceptio proprio & non communi nomine, & ex propria pecunia tanq̃ habeant pro separato,& diuerso negotio, præsertim ubi unus solus est conductor,vel solus remansit, ut quia cõductio noĩe aliorũ facta effectũ non habuit,sicut in casu nostro,& ꝑ ut plenè dictũ est in alio consilio.Sed dato ẽt,ꝙ oẽs, simul conduxissent,vel vnus pro oĩb. & cũ effectu,adhuc tamẽ,lucrũ,ꝙ fecit.d.Augustinus,esset contribuendũ.Nam licet ex dicta locatione oĩb. fuisset q̃sitũ ius ꝑcipiẽdi fructus, & ea finita morte socij adhuc esset cõe, quia locatio ad hr̃des transit.l.viã ueritatis. C. de locati.tñ ius ꝑcipiendi fructus nõ erat illis q̃sitũ perfecte,ex quo ꝓ futuro tpe adhuc nõ erat pẽsio soluta.ſm Bar.ĩ d.§.locaui.in fine.Et sic dici non põt, ꝙ ex rę cõi sint percepti, cum adhuc dictum ius non esset quæsitum perfectè,vt dixi,tũc enim isto casu essent communicandi,qñ pensione ab omnibus iam soluta d. Augustinus solus fructus percepisset proprio nomine,quia percepti dicerentur ex re communi,sed ex quo pensionem de pecunia propria ipse soluit nomine proprio, & expensas necessarias solus facit lucrum debet ad eum pertinere, per no.per Bar.in d.§.altero.Et non obstant allegata in contrarium,quia locum habent, qñ ex sola re cõi perfectè iam acquisita lucrum peruenit,& compendium quis percepit.Sed in casu nostro ius percipiendi fructus pro rata non erat eis quæsitum plenè,ex quo non fuit ab illis pensio soluta,nec ea illo poterant fructus de fundo amoueri,& ideo do. Augustinus non dicitur ex sola re communi fructus percepisse, sed etiam ex re, id est pecunia propria.Quo casu non habent locum contraria, sed quando lucrum ex re communi est perceptum absque eo, ꝙ percipiens solueret, & expenderet aliquẽ de suo. Et de hoc videtur etiam casus in d.l.adeo.quæ,vt habetur in glossa,loquitur etiam quando omnes conduxerant vectigalia.& tunc vult tex.ꝙ hæredi socij præmortui lucrum demum sit conferendũ, si actum sit vt ei debeat conferri. Ergo si ita actum non esset, prout non reperitur actum in casu nostro, vult tex.ꝙ lucrum tunc illi non sit conferendum.Et ratione prædicta hoc põt esse verum,quia aliàs ex propria pecunia, & nomine proprio solui pensionem,& ex iure,vel ex re cõi solum non dicitur lucrũ obuenisse,sed etiam mediante propria pecunia.Minus etiã dici potest,ꝙ ratione locationis teneatur aliis d.Augustinus aliquid conferre,quia cum illi fructus non perceperint, sed alius proprio nomine,eis non fuerunt quæsiti,d.l.si fur. de vsufructu.notat Bart.in d.l.si apes.§.si.de fur.Et quamuis in dictis locis dicatur,ꝙ agi possit per colonum actione furti contra percipientem,tamen in casu nostro non agitur contra dõ.Augustinum dicta actione,nec agi posset, quia cum illi propter fallimentum ad inopiam peruenissent, pensionem soluere non potuissent, & sic eorum non interfuit, quòd do. Augustinus fructus perceperit, & soluerit, immo prout, quia si non soluisset, illi fructus percipere non potuissent, & sine qua colligi non possunt,ac etiam incurrissent moram soluendi pensionem certo tempore debitam.l.magnam.C.de contrah.& cõmit.stipu.quæ nocere potuisset, & a qua facultas non excusat, qñ datio quantitatis est in obligatione,ut plene notatur in l.cõtinuus.§.illud.de verb.obli. & in l.quod te.si cer.pet.Colonus. enim agere põt actione furti fructibus pendentibus ablatis, quia si non fuissent ablati, soluere potuisset pensionem,& illos ꝑcipere,& sic hoc respectu dr̃ sua interesse,vt declarat Bar. in d.§.fi.quæ rõ cessat in casu nostro,ut dixi.Et propterea non obstantibus contrariis,quibus est responsum ex præmissis,cõcludo pro dicto domino Augustino. Laus Deo.

Immunitas alicui concessa per aliquos de communitate quando ualeat,quos effectus eidem afferat,& an ipsa contra eandem communitatem pręscribi queat.

SVMMARIVM.

1 *Immunitas a communitate, & ex causa concessa ualida est.*
2 *Assertioni communitatis,quod ex causa immunitatem concesserit,standum est.*
3 *Assertioni delegantis,quod ex causa legitima causam aliàs indelegabilem mandauerit,standum est.*
4 *In dubio præsumitur gestis a iudice.*
5 *Episcopo asserenti se ob merita donasse,an credatur.*
6 *Diuturnitas tẽporis facit ꝑsumi actui interuenisse solẽnia iuris.*
7 *Priuilegium concessum propter bene merita,non potest per concedentem reuocari.*
8 *Ius soluendi uectigal quanto tempore tollatur.*
9 *Relatiuum,qui,in uno uerificatur.*
10 *In consuetudine præscribenda,etiam contra ius titulus non requiritur.*
11 *Priuatus habens titulum,præscribit spatio 40. annorum aduersus rempublicam.*
12 *In præscriptione longissimi temporis iuris error non nocet.*
13 *Quod alienari non potest,non præscribitur, quod est intelligendũ ut hic.*

14 *Cor-*

14 *Corrosio priuilegij in loco suspecto non uitiat, quā do ex præcedētibus, & sequentibus colligitur meus concedentis.*
15 *Immunitatis cōcessio a communitate, uel uniuersitate facta nulla est, quando nomina concedentium expressa non sunt.*
16 *Immunitatem esse realem, unde colligatur.*
17 *Immunitatis cōcessio factæ pro bonis trahitur etiam ad futura.*
18 *Actor reo inuito instantiæ renunciare non potest, nisi etiam liti renunciet.*
19 *Si quis ex productione instrumenti cognoscat, ꝙ non habet iustā causam, & renunciet liti, ab expensis absoluitur.*

CONSILIVM CCXVII.

VIDENDVM est primò de ualiditate priuilegij immunitatis cōcessi d. Nicodemo per decē p̄sidentes repræsentantes communitatē Pontremuli. Secundo de eiusdē priuilegij & immunitatis effectu. Quo ad primum omissis argumentis ad partes, & resecatis superfluis, puto dictā cōcessionem immunitatis valere. Quia licet regulariter non possit cōitas immunitatem subdito cōcedere. l. vacuatis. C. de decurionib. li. 10. & l. immunitatem. C. de agricolis & censi. lib. 11. & l. 1. C. de immunitate nem. concedenda. lib. 10. & per Alexandrum plenè 1 in consi. 101. 1. vol. tamen† concessio fieri potest ex causa, puta medicis & doctoribus, d. l. 1. C. de decurionibus, & etiam cuilibet alteri ex causa simili, puta propter benemerita, ex identitate rōnis, ẜm Alex. in dicto consilio. Et de hoc vltra eum est casus ẜm vnam lecturam in l. ambitiosa. de decretis ab ordine facien. & ibi per Bartolū circa principium, vbi habetur, ꝙ licet decuriones non possint donare, valet tamen donatio ab illis facta propter benemerita. Idem ergo dicendum est de concessione cōmunitatis, quę est de concessione immunitatis, quæ est species donationis. Et quamuis merita non probentur ex sola assertione donantis, qui aliàs donare prohibetur, sed aliter & alio modo sint probanda. l. si forte. cū ibi notatis per Bartolū de castrensi pecul. & per gloss. & Docto. in le. si donatione. C. de collat. & per Alexan. in specie in dicto consi. 101. Tamen dictis pręsidentibus, & eorū assertioni est credendū, vult Bar. expressè in d. l. ambitio. Nam circa prin. ver. item quæ dixi, ꝙ possunt remunerare, &c. dicit Bar. ꝙ ex his, quæ dixit colligitur alius intellectus ad illum tex. quia dum dixit, ꝙ decreta valeant, quia aliter rescindi non possent. Et ponit Bar. exemplū, si decuriones asserentes colorate se uelle alicui remunerare, eum liberarūt a debito, & largiti sunt. Nam valet decretū, licet rescindatur. Et sic vult Bar. ꝙ ad validitatem decreti sufficiat assertio decurionū de bene meritis. Et quamuis dicat, ꝙ rescindatur, hoc tamen est intelligendū, si probetur contrariū, sed p̄dictæ assertioni creditur, donec cōtrariū ꝓbetur, vt vult idē Bartolus in eadē l. ver. visis, & examinatis dictis regulis, &c. ubi q̄rit, an p̄fationibus illorum, qui habent arbitrium a cōitate, ex quib. inferunt id, quod statutū pertinere ad eorū arbitriū, sit 2 credēdū.† Et demū determinat, ꝙ sic, nō solū quantū ad illos, sed ēt quantū ad alios, ꝑ illū tex. vbi dicit esse casum, ẜm vnam lecturā, in eo qđ dicit, ꝙ debet rescindi. Si n. ei nō crederetur, dicit Bar. essent decreta ipso iure nulla, nisi probaretur. Et illa lectura, de qua Bar. ibi mentionē facit, est illa, de qua supra ꝓximè dixi, scilicet quando decuriones asserentes velle aliquē remunerare. eū liberant a debito, vel largiti sunt. Et per quam vt dixi, Bar. in d. vers. visis & examinatis, &c. ꝙ dictæ assertioni sit standū. & nedū ad finē vt decretū sit ipso iure validū, sed ēt quoad hoc, vt habeat effectū, donec probet̄ cōtrariū, qđ patet quia Bar. subdit, ꝙ in istis extraiudicialibus illis est credendū, per no. in c. post cessionē. de prob. & in clem. 1. eo. ti. Nec dicas inquit Bar. ꝙ sit speciale in Papa, quia fateor, ꝙ est speciale, ut nō admittatur ꝓbatio in contrariū. Coniungendo ergo cum hoc dicta Bar. de quibus. supra vult expressè & in terminis, ꝙ vbi decuriones dicūt, & asserūt donare ꝑꝑ merita, uel gratia remunerandi, ꝙ eorū assertioni in hoc credatur, & ex illa decretū ualidetur, & ꝙ non rescindatur, sed effectum ēt hēat, nisi ꝓbetur cōtrarium. Et est rō, ẜm eū, quia ista arbitria non cōceduntur nisi electis & grauibus personis, iō credendum est eis ĩ eo, s. quod asserunt. l. j. de offi. præfe. pręto. Et per hoc, ẜm eum patet responsio ad d. l. si forte. qa non hēt locū in hmōi personis electis. Et istam respōsionem, & conclusionē Bar. cōfirmo ex his quæ uoluit Guliel. & Albe. de Rosa. in l. 1. ff. de offi. eius cui man. est iurisd. Nam ibi dicitur, ꝙ cāæ meriti, & misti imperij non possunt delegari, nisi ex causa absentiæ necessariæ. Pone ergo, quod p̄ses in delegatione talis causæ asserat oportere 3 quod† ex cā necessaria se absentet, vel allegat tale impedimentum, ꝑꝑ qđ, si verū esset, delegare posset, an stetur assertioni delegantis, pro plena probatione, adeo quod ualeat delegatio. Et concludūt, quod sic, quia creditur literis officialis. le. diuus. de off. præsid. & in §. si quis cōprehensorū, in auth. ut nulli iud. & l. si publicanus. §. 1. de pub. & idē tenet Bal. in l. imperiū. de iuris. om. iud. in 4. col. & Ale. in d. l. 1. circa medium. uer. sed iuxta hoc quæritur, &c. ubi pro hoc allegat ēt gl. quæ idem uult in c. pastoralis. de offi. deleg. in uer. exonerare. dicens ēt, quod pro p̄dicta opinione facit, quod uult Bar. in l. ambitiosa. in uer. pręall. Et idē ēt uult Ale. in alio casu simili in l. sciendū. de uerbo. obl. in nona col. ubi reprehendit Pau. de Cast. in consi. 81. Super eo qđ q̄ritur, &c. qui uoluit, quod vbi non cōstat aliter, q̄ per uerba instrumenti, & iudicis de causæ cognitione, tunc assertioni illius non est standū, quia non dēt esse in potestate 4 iudicis peruertere ordinē iudicij. l. si forte. de castr. pec. Nā, ẜm Alex. in dubio præsumitur pro gestis a iudice & officiali. le. 2. C. de offi. ciui. iudi. c. ad audientiam. de præscriptionib. & leg. 1. C. de pręd. curia. Nec obst. secundum Alexan. in d. le. si forte. quia lex non ita suspicatur de iudice sicut de priuato, sed pro iudice præsumitur, vt in iurib. prædictis. Sed cōtra has rn̄siones videtur esse decisio Io. And. in addit. Spe. in rubr. de reb. eccl. nō alienan. qui in quæstione, de qua ibi per eū, intelligit. d. l. si forte. ēt in Episcopo alienante cū cōsensu capituli, & non uult, ꝙ assertioni eorum credatur de meritis. per d. l. si forte. & quem etiam in quæstione allegat Ale. in d. cōsi. 101. Ad quod rn̄detur 5 ꝙ illa decisio † est uera in casu, in quo ꝓpter merita per Episcopum fuit facta donatio de tanto, quod excedebat duas partes redituum episcopalium, & sic cōstabat, ꝙ erat immoderata donatio, quæ non est permissa. c. Ioannes. & c. relatū. 2. de testam. & quæ non carebat suspicione fraudis propter excessum. arg. l. omnes. §. Lucius de his q̄ in frau. cred. Et pro hoc facit alia solutio data per Bart. d. l. si forte. in d. l. ambitiosa. & in fine dicti versi. dicentem, ꝙ præfationib. electorū est standū, ut dixerat, nisi euidentia facti doceret cōtrarium eius, quod in dictis præfationib. asseritur, allegat. d. l. si forte. Et isto casu ēt ꝓcedit decisio Io. And. Et quamuis ille postea generaliter dicat, absit, ꝙ in prohibitis certo casu permissis stetur verbis dicentis casum permissum subesse. l. qui testamentum. de probat. & l. cū quis decedens. §. Titia. de leg. 3. tamen ista generalitas, excepto casu præmisso, non comprehendit officiales & alios per populum electos ad administrandum, secundum Barto. & alios in locis præallegatis. Et ubi donatio Episcopi cum consensu capituli euidenter non appareret immoderata, & non esset suspecta, putò, quod assertioni suæ de maritis donatarij esset standum ꝑ p̄dicta, & quæ suspicio cessat in casu nostro, in quo cessio est moderata, & cā concessionis est uerisimilis, qa donatarius erat subditus, & apud principem gratus, & qui potuit & uerisimiliter uoluit suæ patriæ ꝓdesse, arg. leg. veluti. ff. de iustitia & iure Sed dato ēt, ꝙ plenè merita nō probarentur ex assertione p̄di- 6 ctorū, † p̄sumitur tn̄ ex diuturnitate t̄pis, ꝑꝑ quā oīa præsumūtur solenniter acta. l. si filius. C. de peti. hære. & l. qui in aliena. post prin. & ibi per no. Doc. de acq. hære. & per Ant. de But. & Imo. in c. ea noscitur. de his quæ fiunt a p̄la. cū concor. quāplurimis, de quib. per omnes Mod. in l. sciendū. de verb. obl. & per Mod. in c. sicut. de re iudi. & in c. illud. de præsumptionib. & c. Albericus. de testib. post Host. & Io. And, quod procedit, secundum Doctores dictis locis, etiam si solennitas non sit enunciata in instrumento, multo magis ergo quando enunciatur in illo vt in casu nostro. Nec ob. si dicatur, qđ solennitas de præterito, & quæ non potuit interuenire tempore celebrati contractus, non præsumitur, si in instrumento enuncietur, per no. per gl. ĩ l. j. C. de fide instru. & iure hastę fisca. lib. 10. & per Bar. in l. sciēdum. de verb. oblig. & per Inn. & Doct. in c. quoniam contra. de probatio, quia illud procedit, nisi interueniat diuturnitas temporis, quia tunc præsumitur solennitas enunciata, quæ tūc non potuit interuenire, vt uoluit Archi. & Ioā. And. & reliqui communiter in d. c. Albericus. Et quamuis Card. ibi contrariū teneat per prædicta, tamen, vt ibi dicunt Mod. & bene, allegata

per eũ habent locũ, qñ non interuenit diuturnitas tẽporis, sed vbi illa ẽt concurrit, tunc pro dicta solennitate præsumitur. Et ideo licet in casu nostro merita, de quibus in dicto priuilegio fit mẽtio, nõ potuerint tpe cessionis interuenire, tñ psumũtur ex tẽporis diuturnitate, & ex quo de meritis constat verè vel psumptiuè, ex hoc sequitur, ꝙ priuilegiũ immunitatis non potuit cõitas Pontremuli reuocare, quia dr in contractũ transiuisse, & factũ fuisse irreuocabile, vt in specie concludit Bald. in l. si cum mih. de donatio. vbi vult † ꝙ priuilegiũ alicui concessum p p eius merita, non possit per concedentem reuocari. Et ita dicit consuluisse in ciuitate Senarũ, & allegat etiam. l. Aquilius regulus. & l. si pater. in fi. de donationib. vbi habet, ꝙ donatio ob merita est irreuocabilis. Et idem vult Bald. in l. qui se patris. C. vñ liberi. & probatur ex no. per Inn. & alios in c. nouit. de iudi. cum concordantib. de quib. ibi latè per Moder. Plus etiam uoluit And. Siculus in quodam consilio ult. inter consilia Alex. 4. vol. ꝙ si quis tanquam exemptus per viginti annos non soluit collectas, & alia onera, ꝙ præsumitur, ẽt si non appareat de titulo, factus immunis legitimè & solenniter, per no. per Inn. in d. c. illud. de præsumptionib. & per Bal. & alios in d. l. qui in aliena. de acqui. hær. cum concordantib. de quibus ibi per Mode. & in d. c. sicut. quod an sit verum, non firmo. Sed an isto casu immunitas sit quæsita præscriptione, casu quo priuilegium sit nullum, & de causa non constet vere, vel præsumptiue, videtur magis dubium, per not. per Bar. in l. licitatio. §. earum. de publ. cum quo alij transeunt. Nam in tex. † dicitur, ꝙ ius exigẽdi vectigal tollitur per consuetudinem. Et Bar. q̃rit, quanto tempore dẽt esse cessatum, & concludit, ꝙ aut exactio pertinet ad priuatum ex consuetudine, vel priuilegio, & sufficit esse cessatum per decem annos. l. j. de nundi. Aut pertinet ad fiscum, vel ad rempublicam, & debet esse cessatum per 40. annos. l. sicut. & leg. omnes. C. de præscriptio. 40. anno. Istud autem debet intelligi, quando fuit cessatũ ab omnibus, & quando ab aliquo non fuit exactum, ƒm Ang. & Raph. vbi ex mente etiam Bar. de qua constat ex his, quæ statim subijcit, dum immediate quærit, quid si priuatus tanto tempore cessauerit, cũ oẽs alij soluerint & respondet, ꝙ si exactio pertinebat ad rempublicam, ꝙ non prodest, allega. l. vacuatis. de decurio. lib. 18. & l. 1. C. de his q a principe uacatio. rec. & iste est casus noster, in quo vnus solus cessauit soluere gabellas, & collectas per 40. annos, & ultra iõ videtur ꝙ hoc sibi non profit, ex quo exactio pertinebat ad communitatem Pontremuli, quia sicut illa non potest concedere priuilegium immunitatis subdito. d. l. vacuatis. & dictum fuit supra. ita ẽt non vr ꝙ dicta immunitas præscribi possit contra dictam cõitatẽ, & ista vr intentio Bar. allegando. d. l. uacuatis. quod. n. non potest queri ex priuilegio non potest ẽt pscribi, sicut econtra, illud qđ priuilegio est quæsibile, est ẽt præscriptibile. c. duo simul. de offi. ord. & c. cum contingat. de foro cõpe. & per Oldra. consi. 172. Quia oẽs, &c. & Card. post Lap. in clem. 1. de religio. dom. & Abb. in c. accedentes. de præsc. in penul. no. Et confirmatur, quia cum hoc ius exigendi per cõitatẽ non possit alienari. d. l. uacuatis. contra eam non põt ẽt p subditum præscribi, quia res prohibita alienari per legem, præscribi non potest. l. ubi lex. in prin. de usucap. & ibi not. glo. & Bar. & cum quo transit Ang. in l. j. de præscrip. longi tempo. & Im. in l. filiusfamilias. §. diui, de l. j. nec Alex. ibi quo ad casum nostrum contradicit, immo idem sentit, & præsupponit, ex quo istud ius non potest alienari consentiente coitate. Et alia ratione istud confirmatur, quam etiam allegat Bar. in d. §. earum. uidelicet quia istud ius exigendi est unum contra omnes, non autem sunt diuersa iura aduersus singulos, ideo exigendo ab omnibus dicta communitas conseruauit ius suum quod est unum ẽt aduersus illum qui non soluit, per no. in l. si prius in prin. q etiam Bar. allegat de aqua plu. arcen. Nec prædictis obstare ur, qđ uoluit Bar. in cons. 68. Commune Spoleti, &c. ubi uult, qđ per cessationem. 40. annorum præscribatur immunitas etiam contra rem publicam, d. l. omnes. quia Bart. loquitur, quando cessatum fuit ab omnib. de quodam castro, & quãdo ab aliquo de illa uniuersitate non fuit exactum, quo casu Bar. etiam in d. §. earum, ut dixi, concedit, quod contra fiscum & rempublicã præscribatur spatio 40. annorum, per eandem. l. omnes. Et hoc quia casu cessat ratio ultimo loco assignata in casu præcedenti. Et ubi etiam priuatus ius præscribere posset, tamen, ad hoc ut præscriptio currere incipiat, necesse est, quod ille, qui non uoluit soluit, fuerit prius req̃situs, & soluere recusauerit, ƒm Ale. consi. 136. In causa & lite uertente, &c. col. 6. in 2. uol. per no. per Bar. in l. cum scimus. C. de agricol. & censi. lib. 11. & p no. per Bal. & Ang. in l. male agitur. de præscr. 30. uel 40. anno. & per alios in alijs locis p eum allegatis. Et istud confirmat, quia pscriptio non currit sine possessione. l. siue possessione de usu cap. & q̃dicto casu non ur acquiri antequam fuerit requisitus, & soluere recusauerit, per no. per gl. in fi. quemadm. serui. ami. & per Bar. & alios in l. j. C. de seruitu. Vbi dicitur, ꝙ non quæritur quasi possessio seruitutis, nisi per prohibitionem. Itẽ requiritur scientia, & patientia illius, contra quem præscribitur ad acquirẽdum dictã quasi possessionẽ iuris in corporalis, ut per Bar. in d. l. 1. & in l. sequenti. & quæ patientia hic non uidetur cadere posse, ex quo quãtum ad istud ius immunitatis, cõitas non p õt consentire. d. l. uacuatis. Et hac rõne attenta uidetur, quod hoc casu præscriptio currere non potuerit, ẽt cum titulo, quia solus titulus sine possessione nõ sufficit. d. l. sine possessione. Et quia cum sit nullus, & iure reprobatus. d. l. uacuatis, non prodest ad præscribendum. c. dudum. de deci. & dicetur infra. Sed tamen puto, ꝙ sit decursa præscriptio, ut uidetur probari in ca. de quarta. de præscript. ubi spatio 40. annorum excluditur ecclesia per unum clericum non soluentem quartam decimarum competentem ecclesiæ cathedrali contra rectores ecclesiarum, & quæ erant soluendæ singulis annis, & sic ab uno rectore non soluente præscribitur, quamuis alii soluerint, & tamen ius exigendi est unum contra omnes non autem sunt iura diuersa contra singulos. Et quod possit per unum præscribi, præsupponit etiam gl. in l. si publicanus. §. fi. de publica. in fi. gl. magnæ, dicens † ꝙ excusatur a uectigalib. qui pscripsit non soluere, & ꝙ relatiuum, qui, uerificatur in uno, ut declarat Bar. in l. hoc articulo. de hæredi. insti. Si. n. gl. loquer etur, quando ab omnib. non fuisset solutum, tunc esset cõsuetudo, & casus iste non differret ab illo. de quo in illo tex. & tamẽ glsso. potuit dictum casum tanquam diuersum. Et idem etiam præsupponit Ang. in d. l. licitatio. §. earum. in prin. ubi intelligit tex. cum uectigal non est solitum præstari per aliquem, sed si p oẽs pstari consueuit, si unus autem in pstando cessat, non est attẽdenda consuetudo illius priuati, ƒm eũ per d. l. uacuatis. nisi, dicit ipse, tanto tẽpore in pstatione cessasset, ꝙ pscripsisset ius non soluendi. qui ẽt subdit, hic aũt præscriptio cõpletur cõtra priuatũ habẽtẽ ius exigendi pedagia p decem annos. l. j. de nundi. contra rempublicam non completur nisi 40. annis. d. l. d. l. omnes. Et sic uult Ang. duo. Primo, ꝙ priuati consuetudo non attendatur contra rempublicam. Aliud est, & sic scđo, ꝙ priuatus præscribere possit, & sic differentiam facit inter cõsuetudinem, & præscriptionẽ priuati. Et dr consuetudo, qñ priuatus sine aliquo titulo, cessasset soluere, ẽt p 40. annos, q a † cũsuetudo inducitur sine titulo, & in ea titulus non est necessarius, ẽt si sit contra ius, quia iure cautũ non reperitur, ꝙ titulus tunc requiratur, ƒm Io. And. But. Imo. & Abb. in cap. fi. de consuet. in ultim. col. Nam, ƒm eum, in consuetudine, cum sit quædam lex inspicitur sola uoluntas, & tacitus consensus. Et idẽ tenet Abb. in c. cũ ecclesia. de cau. possessio. & proprietat. & quæ cõsuetudo operatur, qñ a nullo exigitur, quia illa hẽt uim legis. l. de quib. ff. de legi. & iõ queadmodũ derogari põt dispositioni. d. l. uacuatis. per legẽ, & per principẽ, ita ẽt fieri potest per cõsuetudinẽ. Sed in fauorẽ priuati nihil põt operari, non quidẽ ex defectu potestatis ipsius consuetudinis, sed quia per exactionẽ factã per rẽpublicã ab alijs ius exigendi, ꝙ est vnũ, fuit intotũ cõseruatũ, & sic ẽt quoad illũ a quo non fuit exactum, & per pñs consuetudo nõ fuit inducta ẽt respectu illius, & sic ex consuetudine, quæ cessat, immunitatem nõ hẽt, nec a republica illã põt habere, quia ẽt nõ exigendo sibi præiudicare non potuit. d. l. uacuatis. Et istud est, quod sensit Bart. in d. §. earum. allegando dictam legem contra priuatum, & contra omnes cessantes soluere, quia illi immunitatem non consequuntur immediate a communitate, sed a consuetudine, quæ est lex, sed in præscriptione ista, quæ est quadraginta, annorum, quia est cõtra ius. d. l. vacuatis. requiritur titulus. cap. j. de præscriptio. in 6. † Ideo priuatus habens titulum præscribere potest spatio. 40. annorum contra rempublicã. d. l. omnes. Et si dicatur, ꝙ titulus iste est nullus, & contra ius. d. l. uacuatis, ideo non sufficit ad præscriptionem,

scriptionem,et longissimi tẽporis, vt est expressum in c.dudũ. de decimis.nec error iuris excusaret præscribentem. l.nunquã. de vsucapi.immo etiã si valeret, & rescindi posset tanquam ambitiosa adhuc non sufficeret,ſm Inn.in c.apostolicæ. de donationib. vbi vult, ꝙ titulus rescindibilis, per restitutionẽ in integrum non sufficit ad præscribendũ . per l.in causæ. la j.§.interdum. cum l.sequen.de minoribus.Ad istun respondetur,ꝙ isto casu titulus putabatur validus per errorẽ facti,& non iuris.Nã ista immunitas fuit concessa propter merita, quæ causa,si fuisset vera,validasset ipsam concessionẽ etiam irreuocabiliter,secundum Bar.in d.l.ambitiosa. & dictum fuit supra.Et licet etiã de meritis non sit standum, assertioni decurionũ, quantum ad plenã probationẽ, tñ assertio eorũ ex prærogatiua officij inducit iustã credulitatẽ quo ad hæredes d.Nicodemi,& qui potuerunt inchoare,& finire dictam præscriptionẽ post eius mortẽ. Credendo ergo assertioni prædictorũ de meritis, errore facti inducti putauerunt titulũ esse validũ,ideo dictus titulus inualidus,qui ex tali errore putatur iustus tribuit iustam causam præscribendi,ſm gl.& oẽs, in c.de quarta . de præscriptionib.& in c.cura.de iure patro.& dicit Bal.magis in terminis in l. indicia . C.de rei vendi. ꝙ dictum vnius legalis personæ præbet iustam causam credendi,& sic causandi titulum aptũ ad pręscribendũ, per no.per gl.in l.Titio fundus,de condi.& demon. Et idẽ probatur ex no.ꝑ Bar.in l.q. fundũ.§.ꝓcurator.& ĩ l.fi.ff.ꝓ empt. Et vbi ẽt erratũ fuisset in iure,adhuc tñ dici posset, ꝙ ꝑscriptio 12 locũ haberet,† q̃a in ꝑscriptione longissimi tꝑis non nocet error iuris,ſm Pau.de Ca.in l.Celsus.de vsucapi. & in consi.154. Circa præsentem casum,&c.'& Ant. de But. in d.c.cura.& in c. peruenit.de emptio.& vẽd.& Imo.ibi & per eũ, in d.c. de quarta.& Roma.in consi.121. Circa primum dubium,&c.Sed quia aliqui tenuerunt contrarium,de quib.per Mod.in d.c.de quarta. in hoc non facio potissimũ fundamentũ.Et per prędicta colligitur responsio ad no.per Bar.in d.l.licitatio.§.earũ.de public. quia dictũ Barto.debet intelligi de illo,qui cessauit soluere sine aliquo titulo,& sic de consuetudine priuati, & nõ de ꝑscriptione,quæ hoc casu,ut dixi,requirit titulum.d.c.1. de præscrip.in 6.Et in hoc differt a consuetudine,secundum Io.And.& alios, in d.c.fi.de cõsuetu.Non ob.ẽt,ꝙ illud, qđ non põt q̃ri ex priuilegio,nõ possit ꝑscribi, quia quãuis priuilegiũ nõ possit concedi a cõitate, cõcedi tñ põt a principe, & a quolibet non recognoscẽte superiorẽ,ſm Bar.in l. 1.C.de decre.decurio.& Abb. in c.2.de immunita.eccle.& Alex.consi.30. 5.vol. & hoc suffi-13 cit ad præscribendum. Itẽ non ob.ꝙ † illud , quod non potest alienari,non possit præscribi,quia illud est verum,q̃ñ alienatio simpliciter,& indistinctè est prohibita, sed vbi prohibetur, nisi certa forma seruetur,& sic est permissa,si obseruetur dicta forma,tunc non impeditur præscriptio,ſm Iaco.de Are.Cyn.Barto.& Doctores,in l.fin. C.in quib.cau.in integr.restitu.non est necessar.ubi dicunt,quòd licet res minoris immobilis non possit alienari.l.lex quæ tutores.C.de administra.tut.põt tñ ꝑscribi q̃a cũ decreto iudicis,& ex causa alienatio est permissa.Sed immunitas,quę a cõitate nõ põt concedi simpliciter.d.l.uacuatis, põt tñ ex cã,puta propter merita cõcedi ẽt subdito.d.l.ambitiosa.ergo põt ẽt acquiri per præscriptionẽ.Nõ obstat ẽt ꝙ dr̃, ꝙ nõ incipit præscriptio currere,nisi postquã quis fuit requisitus & soluere recusauit,ſm Alex.consi.136.secundò vol.q̃m istud nõ puto verum.Nam allegat Bar.in d.l.cum scimus.C. de agrico.& censi.qui loquitur alio casu diuerso,& in quo est diuersa rõ,vt facile potest intelligi rectè intuenti.Allegat ẽt no. ꝑ Ang. & Bal.ĩ l.malè agitur.C.de præscr.30.anno.qui loquũtur in colono, vel inquilino,qui cessauit soluere , qui antequam neget soluere domino,non interuertit possessionem eius,iõ nõ præscribit rẽ, nec ẽt præscribitur ꝑ eũ futuræ annuæ præstationi , & hoc quia interim recognoscit dñm , vt declarat Io. de Platea ex mente aliorũ in l.fi. C.de fund.patri.lib. 11.quæ rõ cessat in casu nostro, in quo collectæ, & alia huiusmodi onera non soluuntur ratione dominij, vel possessi onis existentis apud illũ, cui soluitur,vel quia in dominiũ recognoscatur, sed quia tenetur ex dispositione legis , huic ergo iuri exigendi,& actioni personali præscribitur spatio quadraginta annorum,ex sola cessatione solutionis.d.c.de quarta.& d.l.omnes,& absque eo ꝙ requisitus soluere recusauit, quia in ista præscriptione actionum personalium currit præscriptio sine possessione, & ex sola negligẽtia non petẽtis,ſm Bar.in l.sequit.§.si viã.de vsucap.Et ꝑ hoc respondetur ad no.per gl.& Bar.in l.j.C. de seruitu.quia loquitur de præscriptione seruitutis, & iuris realis, quæ non currit sine possessione, & quæ non acquiritur nisi prohibitus faciat contra prohibitiõnem aduersario patiente.Et si dicatur ꝙ cõitas exigendo ab alijs non amisit, sed cõseruauit ius exigẽdi ab illo,a quo cessauit,secundum Bar.in d.§.earum,per no. ĩ d.l.si prius.de aqua pluuia arcen.respondetur,ꝙ ex quo ille,q̃ non soluit,titulũ,habuit,constat, ꝙ cõmunitas nõ habuit animũ cõseruandi ius suum contra illum, quẽ habuit pro exempto,& a quo non eximit,quia illũ pro exempto habuit,& probatur in d.c.de quarta.inducendo ut supra. Et per prædicta infertur ad aliud,quoniam quamuis priuilegium hoc immunitatis tanquam cotrosum in loco substantiali fidem non faceret. l.j.§.rosæ.cum ibi no.per gl.de bo.pos. secundum tab. tamen ex illo,& ex libro.d. Nicodemi,in quo reperitur registratum, causaretur iustus titulus ad præscribendum,quia scriptura. d. Nicodemi induceret iustam credulitatem,quæ sufficiat ad præscribendum,& quæ habeatur loco tituli,per ea quæ dicta sunt in præcedentibus,& maxime per no.per Bal.in d.l.indicia.Sed 14 dici etiam potest† ꝙ dictũ priuilegium probet non obst.dicto vitio,quia quãuis corrosum sit in loco substãtiali,satis tñ ex illo constat de immunitate concessa. d. Nicodemo, quia in illo legitur circa principium,ꝙ fuit liberatus,absolutus perpetuo, & in perpetuum ꝑꝑ eius merita ab omnib. factionibus; & ex sequentib. in uer.mandantes,&c.clare constat,de concessione dictæ immunitatis.Quia igitur tã ex præcedentib. quam ex sequentib. intelligitur,& legitur,ꝙ fuit concessa immunitas,corrosio illa non ꝑiudicat,ſm Bar.in d.§.rosæ.& gl.in c.cũ venerabilis.de relig.domib. quã cõmendat ibi Abb.in fi.Et tanto magis hoc procedit,ex quo dictũ priuilegium reperitur integrẽ registratum in libro.d.Nicodemi,quia licet pro eo, & suis hæredibus plenam fidem non faciat.l.exemplo.C.de proba.nihilominus ex quo est defunctus,& erat vir probus, inducit nõ modicã ꝑsumptionẽ pro ꝑdictis,ſm Bart. cum quo alij transeunt in l.admonendi.de iureĩ.qui loquitur de fide libri rationũ . Et quia ẽt cõtinet ille verisimilia, quia ex quo priuilegium ibi registratum reperitur, buãuis sit corrosum,facilius est illi credendũ,atq; ẽt magis est fides adhibenda dicto priuilegio, & libro, cũ dictus do. Nicodemus,& sui tanquam exempti fuerunt habiti,& tractati.Ex omnibus igitur ꝑdictis,saltem simul iunctis de immunitate satis constat,& est obseruandũ dictũ priuilegiũ sic corrosum eo mõ, quo hactenus fuit obseruatũ , quia sicut corrosio non nocet,q̃ñ ex ꝑcedentib.& sequentib. colligi põt tenor instr̃i,vel priuilegij, vt traditur in locis pręall. sic ẽt non dẽt attendi corrosio,q̃ñ ex his,quæ veniunt extrinsecus, & re ipsa declaratur locus ille corrosus,qui non minus declaratur facto quãverbo.l.de quibus.ff.de legi. & l.Paulus respondit,non tñ.ff.rẽ ra.ha.Et non est ẽt dubitandum,vtrũ dictũ priuilegiũ sit nullũ x defectu alterius solẽnitatis,s.quia non fuerũt expressa noĩa ꝑsidentiũ repræsentãtiũ totã cõitate,quia posset de hoc dubitari, q̃ñ fuisset concessum simpliciter sub noĩe communitatis,vel consilij generalis,sed hic dr̃, ꝙ decem præsidentes negotij communitatis Pontremuli,& eius consiliũ generale congregati,& coadunati,&c.per quę verba , videlicet decem præsidentes,apparet,quod omnes interfuerunt , quia illorum nu-15 merus non est maior. Et propterea † isto casu cessant omnes rationes tenentium,ꝙ concessio sit nulla , si non sint expressa nomina,quando dicitur, quòd collegium,vel vniuersitas sic disposuit,&c.& quas rationes refert Abb.in c.1.de syndi.Et istud etiam deciditur ex no.per Fede.in consil. 145.& 266. & 275. vbi concludit,ꝙ si in instrumẽto dicatur,quod duæ partes vniuersitatis fecerunt,&c.ꝙ creditur instrumento & dicenti contrarium incumbit onus probandi.Et idem tenet Abb.in d.c. 1. in finalib. ver. de syndi. Idem ergo per omnia dicendum est in casu nostro,ex quo dicitur,ꝙ decem fecerunt,&c.quia militat eadem ratio.Et vbi etiam priuilegium solum loqueretur,de cõsilio,vel de uniuersitate,esset tamen idem,ex quo in priuilegio sigillum cõitatis est appositum, secundum Oldr. consi. 100.& Io.And.in Spec.in tit. de syndi. ver. quid si in aliquo.alias uer. porro.& Abb.in d.c.1.& hoc casu nullus contradicit. Quinimmo etiam sine sigillo adhuc illa uidetur uerior opinio , quod non sit necesse exprimere nomina singulorum , quando uerba

ba de necessitate includunt sufficientem numerum an actum vt sentit Spec.& Io.And.in vers.preall. Et quam tenet Abb. in d.c.1.optima rõne,quia ista solennitas,quā de necessitate includit natura uerborū prolatorū, est intrinseca,quæ psumitur.l. sciendum.de ver.ob.& ibi per Dy.Bar.& alios,quę ēt hoc casu est magis præsumenda pp tpis diuturnitatē,per superius allegata,quæ magis procedunt in dicta solēnitate intrinseca. Post quam igitur uidimus,quod probatur concessio immunitatis,& quod est valida,& sic de primo cum suis dependentib. sumus expediti.Restat videre de secundo,i.de effectu dictæ cōcessionis,vtrū .s.sit realis vel personalis.Et arbitror,quod sit realis,& sic transeat ad hæredes. d. Nicodemi. Et quamuis per illa verba,pro se & suis bonis,non videatur probari,quod concessio sit realis,quia importare possunt dicta verba,quod si exēpta persona a muneribus psonalibus,& hoc significat verbū,pro se,& a muneribus,quę imponuntur personæ pro reb.pp illud verbū,p suis bonis,vt sunt collectæ.le.rescripto.§.fi.& ibi per Bar.in munerib.& ho

16 norib.non autem quod immunitas sit concessa rebus. Sed † tñ quod sit realis probatur ex sequentibus in versiculo,mandantes,&c. vbi mandatur officialibus æstimi,quod bona.d.Nicodemi deleantur & cācellentur de libro ęstimi,& de cętero non veniāt computanda in his,sup quibus exercentur munera.& collectæ per cōe Pontremuli,&c.Quæ verba sunt in rē cōcepta,& rebus,& bonis ipsius immunitatē pstant & concedunt.l. sordidorū.C. de excusat.mune.& ibi notatur,libro.10.& per Bar. in l.j.de manda.prin.& per Doctores in regula, priuilegium.de regulis iuris,in 6.per l.j.de iure.immunita.& l.forma.§.quanquam de censi.Et tanto magis pp illa alia verba, perpetuo & in perpetuū.Et quāuis dicatur pro parte, quod verba prædicta posita in dicto ver.mandantes,sunt posita in executione priuilegij,quæ illud nō augent,sm gl.in clem.1.de præbendis.ex illis tamē declaratur intentio circa concessum,sm Bal.no.in l.eam quā.C. de fideicom.in versi.de nouo quæritur.Et iō cū saltē posset esse dubium,vtrū concessio facta esset realis, vel personalis, ex verbis positis in executione declaratur,quod est realis sm intentionē concedentis,& competit ēt pro bonis acquirendis,quia hoc in priuilegio.Et quāuis hoc legi ñ possit,tñ in æstimo eius registrato,ut supra,hoc legitur.Ex quo,vt dixi,oritur non le-

17 uis præsumptio.Et† vbi etiam de futuris non esset facta mētio adhuc tamen traheretur ad bona acquirenda,per notata in c. quia circa.de priuil.& in c.cum capella.eo.ti.& notat etiā Cy. in l.placet.C.de sac.sanc.eccl.& Bar. in d.consi.59.& Imo.& Rom. in le. damni infecti.§.si is qui vas. de damno infec. Non omitto ēt,quod frustra,de prædictis ur disputari,hoc est, de validitate,& uiribus priuilegij,quia cū super his uerteretur lis, & quæstio syndicus renunciauit istantiæ,& liti,& per eius renunciationem fuit exclusa ab omni suo iure deducto in iudicio.le. postquam liti.C.de pactis.Et quamuis renunciauerit præsentis litis instantiæ,& liti,quatenus teneatur,&c. tamen ista ,ptestatio nihil operatur,quia certū est,quod quis† reo inuito non po

18 test renunciare soli instantiæ,nisi ēt renunciet liti.auth. qui semel.C.quomodo,& quando iud.iuncta d. l. postquam liti. & ibi per Doc.Et sic remanet exclusa cōitas etiam a lite, & alia ēt protestatio quo ad hoc minus operatur,uidelicet.& hoc absq. pręiudicio,&c.quia hoc tendit ad alium finem,ut scilicet dicta communitas per dictam renunciationem non excludatur a facultate reuocādi priuilegium,quod deinde reuocauit & de qua reuocatione fuit dictum supra.Quantum uerò ad expensas breuiter est concludendum , quod dicta cōitas tenetur ad expensas,in quibus fuit cōdemnata ,ppter appellationes desertas ab ea interpositas,& in quib. potuit,& debuit condemnari.ca.reprehēsibilis.de appellationib. & ibi no.Doctores.& in c.j.eo. ti.lib.6.& ibi per Io.And.Quantum vero ad expensas factas ante renunciationem instanciæ,& litis.Bal. in l.postquam liti. C. de pac.in ulti.uol.dicit,quod actor non debet in expensis cōdēnari,si renunciauit ex cā de nouo superuenienti, quando autē hoc sit,aliter non declarat.Sed Bar.in l.si quis inficiatus.ff.de-

19 posi.& in l.destitisse.de iud.dicit, quod † si ex productione instri quis incipit cognoscere,quod nō hēt iustā cām litigādi,quia renunciet liti,quod excusabitur ab expensis.Sed hoc est uerum sm Pau.de Cast.in d.l.destitisse,in reo,& non in actore,qui nō debet excusari,quia debuit uenire instructus. Et idē dicit Bar. in l.qui in alterius.de reg.iur. qui tamen subdit,quod ēt ex parte actoris potest subesse iusta causa,qui statim eo cōperto dēt desistere,& releuabitur ab expensis.Et idem Bar.in l.j.in prin. ad Turpilia.col.3.ver.iuxta hoc quæro,&c.dicit, quod si actor post productos testes,uel instrumenta manifestè reperit se nō hře ius,debet desistere,& renunciare,ut excusēt ab expensis. Et sic uult,quod etiam actor excusetur,si renunciet,qñ ex productione instrumenti incipit cognoscere,quod ius non habet.Et idē uult Bar.in l.properandum.§.sin autem alterutra.C.de iud. qui loquitur de utroque,& tam de actore,quam de reo. Et ideo, quia communitas Pontremuli ab initio habuit iustam causam uocandi reum ad munera, quia ignorabat priuilegium, quod non erat apud eam, & de quo scientiam non habebat, quia q illud concesserant, non uiuunt.dic. leg. qui in alterius & quæ statim, quòd priuilegium fuit productum, renunciauit liti, & causæ, non debet in expensis prius factis condemnari, sed absolui, per not.per Barto. in locis allegatis. Et ita puto concludendum in præmissis. Laus Deo.

¶Fideiussio facta pro aliquo, si ille non satisfecerit, an expiret, & purificetur conditio,eo,pro quo fideiussum est,mortuo.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio nata ad factum morte non tollitur.*
2 *Promissio conditionalis, si quis non soluerit,purificatur per mortem debentis soluere.*
3 *Promissio facti alieni non valet.*
4 *Qualitas sine subiecto stare non potest.*
5 *Verba affirmatiua dicuntur,licet negatiuè concepta sint, si sensum affirmatiuum habeant,& econuerso.*
6 *Verba conditionalia concepta in personam per hæredem impleri non possunt.*
7 *Debitor pecuniæ in genere per casum non liberatur, secus si in specie.*
8 *Casus clandestini, & occulti per coniecturas probantur.*
9 *Fideiussor de casu fortuito non tenetur, sicut nec debitor.*

CONSILIVM CCXVIII.

VISO ac perlecto tenore schedulæ,in qua Ioānes promisit in effectu,quod Gorus capserius Ioānis Baptistæ & Syluij de Piccolominibus reddet illis bonū,& iustum computum de eo, quod perueniet ad manus dicti Gori, si Gorus nō reddet bonum cōputum de dicta capsa, promisit dictus Ioannes soluere illud, quod deficiet statim,& liberè sine aliqua exceptione.&c. Videretur forta ssis prima facie dicendum,quod Ioannes sit obligatus ad id quod in capsa prędicta reperitur deficere.Nam primò se obligauit ad factum,s.quod Gorus reddet bonū & iustū cō-

1 putū,& quæ promissio† ēt consistit in facto.l.cū seruus, de cōditio. & demōstrationib. Per mortē igitur Gori nō est liberatus Ioannes,quia factum illud non fuit positum in conditione sed in dispositione,& propterea obligatio iam nata ad factum non tollitur per mortem dicti Gori.l. obligationum fere.§.placet.de act.& oblig.& no.in l.nemo potest.de leg.j.& quantum ad dictam promissionē facti ad propositum non facit.l. q Romæ.§.Augerius.de ver.obl. quia illo casu promissio facta p alio fuit cōdōnalis,quæ p mortē illius defecit.Si ergo Ioānes nō pstat factū promissū,succedit obligō ad interesse.l.stipulationes nō diuidūtur.ver.Celsus.de ver.obl. Et similiter secūdaria pro-

2 missio de soluēdo illud,quod † deficiet,cōcepta sub illa conditione si Gorus non reddet bonū cōputū, vř ēt cōmissa per mortē illius,per text.ubi videtur casus in l.fideiussor obligari.§.fi.de fideius.vbi illa ,pmissio,si Titius debitor nō soluerit, purificatur per mortē debitoris,ēt sine aliqua interpellatione pcedente, q uis inciperet a promissione,& a dispositiōe, q procedebat in psona debitoris prīcipalis sm Bar.ibi, & quę dispositio procedit ēt ī casu nřo nedū in psona Ioānis,sed ēt Gori, pro quo promisit,quia statim quod fuit factus capserius,ēt absq. alia promissiōe ex legis dispositiōe fuit obligatus reddere rōnē.l.2.de nego.gestis. l.1.§.officio.de tut.& rōnib.distrahē.& l.quædā.in prin.de edē. Vñ sicut in casu.d.§.fi. mortuo reo añ solutionē obligatur fideiussor ex implemēto cōditionis,sub qua promisit, quia uerum est,reum nō soluisse, sic ēt dēt in casu nostro Ioannes obligari

per

per mortẽ Gori, quia illa cõditio negatiua, si Gorus nõ reddet bonũ cõputũ, fuit impleta cũ verũ sit, ꝙ Gorus cõputũ non reddiderit. Nec in contrariũ facit. d. §. Augerius. sed potius concordat cũ p̃dictis, quia & ibi probatur, ꝙ implementũ conditionis non transit ad hæredẽ, & hac ratione in casu dicti. §. fi. fideiussor obligatur, ſm Bar. ibi, qui etiam pro concordanti allegat. d. §. Augerius. Et istud ẽt nõ negatur, sed cõceditur ĩ casu nr̃o. Et ex hoc sequit, ꝙ ꝑ mortẽ Gori Ioannes obligatur, d. §. fi. Solũ ergo differt vnus casus ab alio, quia in §. Augerius. conditio fuit concepta affirmatiuè, & iõ in casu illo nõ transire ipsum conditionis implementum ad hæredem, est causa deficientis conditionis, sub qua fideiussor promisit, ideo liberatur, sed in casu d. §. fi. pariter & nostro, conditio fuit concepta negatiuè, & tunc non transire ipsum implementum ad hæredẽ rei principalis, est cã implementi illius conditionis, sub qua promisit fideiussor, & per cõsequẽs obligatur. Vel dici põt, ꝙ fideiussor in casu dicti. §. Augerius. nõ obligatur, quia cõditio nõ fuit impleta in forma specifica, quia illa verba, quidquid patrem debere cõstitisset nõ verificantur si de debito apparet post mortẽ illius, pro Augerius promisit, quia nõ dicitur illũ debere, sed debuisse, ſm gl. 2. quæ communiter approbatur. Sed in casu dicti. §. fi. conditio illa, si Titius non soluerit, 40. quæ debet, fuit per mortem illius adimpleta formaliter, quia verũ est, ꝙ Titius non soluit. Et idẽ est in casu nostro, in quo Ioannes promisit, si Gorus non reddet bonũ computum de dicta capsa, soluere illud, ꝙ deficeret. Mortuo igitur Goro non reddito bono computo, formaliter fuit adimpleta conditio, & ẽt verba promissionis, s. soluere illud, ꝙ deficiet, cũ sint in rẽ, & non in ꝑsonã, uerificantur proprie post mortẽ Gori, quia non minus tunc põt apparere illud ꝙ deficit in capsa, quã eo viuente, ꝙ nõ est, vt dixi, in §. Augerius, in quo illa uerba, quicquid patrem debere constitisset, sũt concepta in personam illius, pro quo fideiussit Augerius, ideo oportet, quod illo viuo de debito appareat ad hoc, ut illud verbum patrem suum debere, possit verificari proprie. Et quia ista sunt, quæ contra Ioannem magis stringunt, alia quædam, quæ a longe faciunt, prætermitto, & ad quæ ex dicendis inferius colligi poterit clara responsio. Sed præmissis non obstantibus contrarium puto uerius. Nam Ioannes primo promisit, quod Gorus reddet bonum, & iustum cõputũ, quæ promissio cõtinet, factum, & donationem. d. l. cum seruus. & l. quamuis. & l. qui sub conditione. de condi. & demon. & l. statuliber. §. fin. de statulib. & not. in leg. 2. in princip. de verb. oblig. Dicitur ergo Ioannes promisisse, quòd Gorus faciet, & quod dabit, scilicet reliqua, ut in dictis iuribus. 3 † Ista igitur promissio primitiua fuit nulla, quia continet promissionem facti alieni, quoniã siue promittat quis, ꝙ alius faciet, vel qđ dabit, dicitur promissio continere factũ alienũ, & nõ valet, vt est casus clarus. in §. si qs aliũ. instit. de inuti. stipula. tũc. n. valere potuisset, si Ioãnes promisisset se facturũ, vel curaturum, ꝙ Gorus cõputum reddet, quia diceretur propriũ factũ promisisse, et dicitur in d. §. si quis aliũ. & no. Doc. in l. stipulõ ista. in prin. de ver. obl. ꝙ non est factum, sed fuit simpliciter promissum, ꝙ Gorus reddet bonum computum. Et propterea absq. dubio ex hac primitiua promissione Ioãnes nõ tenetur, nec agi põt cõtra eũ ad factum, neque ẽt ad interesse ex mora, quia vbi nulla petitio, ibi nulla mora. l. si pupillus. de verb. oblig. & sine qua mora nõ cõmittitur obligatio ad interesse ex legis dispositione. d. l. stipulationes non diuiduntur. versi. Celsus. de ver. obl. Est ergo videndum de viribus secundariæ promissionis, quę fuit de soluendo illud, ꝙ in capsa deficeret, si Gorus non reddet bonũ cõputũ, quæ videtur valida, licet veniat accessorie ad primã, quæ fuit nulla, ut est ẽt casus in d. l. stipulatio ista. in prin. ubi dicitur, ꝙ promissio facti alieni est inutilis. Et si quis factũ alienũ vult promittere, pœnã, vel quanti ea res erit promittere põt. Nec mirum, ꝙ promissio primitiua sit nulla, & ꝙ secundaria, & accessoria valeat, ut in ead. l. §. alteri. & ꝑ Bar. in l. stipulatus, in prin. 12. oppositiõe primæ partis, eodẽ tit. Sed quãuis dicta promissio secundaria fuerit valida, dicitur tamẽ, ꝙ nõ est adimpleta, sed defecta cõditio, sub qua fuit facta. Nam si promisisset Ioannes soluere illud, ꝙ deficiet in capsa, si Gorus nõ reddet cõputum, & sic simpliciter, & sine expressione alicuius qualitatis, dici posset fortassis, ꝙ mortuo Goro antequam redderet cõputum, esset cõmissa stipulatio, & ꝙ implemẽtum conditionis nõ transiret ad hæredẽ Gori, per tex. in d. l. fideiussor obligari. §. fin. Sed iste non est casus noster, quia non promisit Ioannes soluere, si Gorus non redderet computum, 4 † sed promisit, si non redderet bonum computum. Et sic illa qualitas importata per illud verbum bonũ, fuit etiam posita in conditione, & quæ qualitas uerificari non põt, si nullus computus reddatur, quia tunc apparere non potest, vtrum sit bonus, vel non, sed demum uerificatur, qñ computus est redditus. per cuius redditionẽ constare põt de bonitate, vel malitia qm̃ dicta qualitas stare non p̃t sine subiecto & non entis nullæ sunt qualitates. l. eius, qui prouincia. si certum pet. versic. ꝙ si stipulatus. & ibi not. Doct. & dicit Bal. in l. 2. de bono. pos. ſm tabu. & in l. omnium. C. de testamẽ. ꝙ non potest quis cognoscere accidens sine subiecto, uel substantia, per d. l. eius qui. & ꝙ de bono, vel non bono computo possit solũ apparere, quando redditur ratio, & ex illius redditione probatur clare & expressum in d. l. cum seruus de cond. & demon. ibi, i. legendas offerre rationes primum, deinde computandas, ut explorari possit, computationes probæ an ĩprobæ referantur, accepta relata recte, an non recte, &c. Quia ergo illa conditio, si Gorus non reddet bonũ cõputũ, adimpleri nõ põt, nisi rõnes fuerint ab illo redditæ, & cõputatæ, ꝑinde est ac si cõditio fuisset hoc mõ cõcepta, vz, si Gorus reddet, & cõputabit rõnes, & cõputus nõ reperiat bonus, &c. & ꝑ ꝯñs dicta ꝯditio dẽt dici potius 5 affirmatiua quã negatiua, † quia q̃uis uerba sint negatiue concepta, hñt tñ sensũ affirmatiuũ & positiuũ, q ꝑualet, sicut ecõtra negatiua resultat ex verbis affirmatiuis, qñ hñt priuationẽ ut no. gl. in l. fi. de doli excep. & gl. in cle. fi. de rescr. & probatur in l. hmoi. & in l. inter stipulãtẽ. in prin. de uerb. obl. cũ concordantib. de quib. ibi per Alex. Si ergo Gorus mortuus est anteq̃ reddat rõnem, non fuit impleta illo uiuente illa conditio, si Gorus computabit, & computus non reperiatur bonus, q̃ dr̃ virtualiter contineri sub verbis negatiuis, ut dixi, nec eius implemẽtũ dẽt ad hæredẽ trãsire, ut ꝓbatur in d. §. Augerius, qui, vt in p̃cedẽtib. dictũ fuit, loquitur in conditione affirmatiua. & ibi dicitur, ſm intellectũ Bar. ꝙ eius implemẽtũ non trãsit ad hæredem illius in cuius persona uenit implenda conditio, ad effectum, ut fideiussor non sit obligatus. Pari ergo ratione in casu nostro dicta conditio, quæ est affirmatiua, & eius implementũ nõ dẽt trãsire ad hæredẽ Gori, nec eo mortuo dẽt posse impleri, ex quo ipsum ad hæredẽ nõ trãsire, est cã, ꝙ cõditio deficiat, & ꝙ fideiussor nõ obligetur, sicut in casu. d. §. Augerius Et quia rõ quare nõ trãseant ad hæredẽ illo casu, s. quia nõ impleretur formaliter ſm gl. 2. ibi, & clarius ꝑ Bal. & alios militat ẽt in casu nostro, quia cũ cõditio ista, s. si Gorus cõputabit, & 6 cõputus nõ sit bonus, sit concepta in personam, † nõ põt impleri formaliter ex computatione facienda per eius hæredẽ. l. cũ ita. in prin. in ver. diuersa. de cond. & dem. & no. gl. in §. fi. ea. l. vbi hoc est expressum. & sic ex d. §. Augerius. deducẽdo eo mõ, quo dictũ est, deciditur, ꝙ Ioannes non tenetur. Nec ob. l. fideiussor obligari. quia inquantum ẽt ibi probatur, ꝙ implementũ nõ transit ad hæredẽ, concordat, sed inquantũ illo casu ipsũ non transire est cã purificandi conditionẽ, & obligãdi fideiussorẽ, illud contingit, quia cõditio quo ad uerba fuit negatiua, quæ formaliter impletur ꝑ mortem illius, in cuius persona uenit implenda, sed affirmatiua conditio, de qua agitur in d. §. Augerius. pariter in casu nostro per mortem deficit, nec in persona hæredis potest formaliter impleri, ideo non transire implementum dictæ conditionis ad hæredem, est cã, ꝙ conditio deficiat, & ꝙ fideiussor non obligetur, quod iudicio meo in ꝓposito est subtile, & verissimũ. Et sic per p̃dicta respõsio colligitur ad oĩa, quæ allegantur, & allegari p̃nt in contrariũ. Scd̃o principaliter dicitur, ꝙ Ioannes non tenetur, ẽt si illa conditio, sub qua ꝓmisit, non diceretur defecta, sed adimpleta, qa Gorus nõ reddidi bonũ cõputũ ꝑꝑ casũ fortuitũ, videlicet, q a fuit interfectus, & quia pecuniæ fuerint sine eius de capsa furto subtra-7 ctæ. Nam de tali casu fortuito Gorus, & eius † hæres non teneretur. l. negocium gerentes alienum. ubi est casus. C. de negocijs gestis. Non. n. erat debitor quantitatis, & in genere, qui per cacasum non liberatur. l. incendium. C. si cer. pet. quia pecunię, q̃ erant in capsa, non erant suæ, sed illorũ, qui illũ ad exigẽdum præposuerunt, quia per illum eis fuit quæsitum dominum, ut probatur ex no. per Bar. in l. qui mihi donatum. de dona. & per alios in l. j. §. per procuratorem. de acq. pos. & sic pecunia Gori

& ab

& ab eo debita non fuit subtracta,sed pecunia,q̃ erat dominorum suorum,ideo ad illos pertinet periculum casus fortuiti.d. l.negotium.& qui casus probatur ex coniecturis,de quib.constat in ꝓcessu,videlicet, quia dictus Gorus hactenus repertus est fidelis,& reddidisse bonum computum,& qui erat honestæ conuersationis,& non erat solitus meretricari, neque in ludis uersari,& quia repertus est interfectus, & sine clauibus capsæ in domo,in qua cum famulo Syluii & cum alio intrauerat,& q̃ dictus famulus,reperto demum cadauere,aufugit.Ex quib.cõiecturis resultat probatio sufficiens & manifesta,ẽm Bar.cum quo alii transeunt in l.si quis ex argentariis.§.pe.de edẽ.dicentẽ ꝙ ubi quis tenetur iure actionis,& allegat rem, quæ peruenit ad illum,per casum fuisse amissam,dẽt hoc probare manifestis probationibus,ut in illo tex.Et subdit,quod furtum & alii similes casus clandestini & occulti probantur ꝑ cõiecturas, ut q̃a ostium fuit ruptum,famulus aufugit,& similia,arg.l.non oẽs. §.a barbaris.de re.mili.Tales.n.probationes licet ex cõiecturis, dñr manifestę probationes.l.licet Imperator.de leg.j. & de manumis.test.l.si quis locuples.& quæ coniecturæ non minus adsunt in casu nostro,cum Gorus sit interfectus in domo, in qua introiuit cum dicto famulo,& quia inuentus sine clauibus, & aufugerit famulus,concurrente etiam bona fama dicti Gori,d. §.a barbaris.Et quamuis Bar.ibidem dicat,ꝙ præsumatur furtum commissum culpa eius,q̃ ad sui defensionem allegat illud l.cum duobus.§.damna.ff.pro soc.tamen in casu nostro hoc dici non potest,quia allegatur furtum,& ex dictis coniecturis ꝓbatur illud fuisse commissum post mortem Gori,iõ ipse nec eius hæres,quem non habet,non potest dici in culpa, & per consequens eo ipso ꝙ pecunia non reperitur,probatur casus,sicut dr̃ per Bar.de aliis casibus qui possunt euenire sine culpa.Sicut ergo propter casum excusatur Gorus & hęres illius,& non est obligatus,† ita ẽt in hunc casum non põt teneri fideiussor,nec in istum casum intelligitur collata ꝓmissio Ioãnis.l. fideiussor obligari.de fideiusso.& no.Bar.in §.fi. ea.l. Et ista rõ fundatur in veritate & in æquitate maxima.Ex quibus concluditur,bene fuisse iudicatum,& male appellatum. Laus Deo.

9

Onera non subditis nullo pacto imponi possunt.

SVMMARIVM.

1 *Verbum,iurisdictio,iunctum cum uerbo,omnimoda,importat iurisdictionem ut genus.*
2 *Concedens aliquid alicui omni meliori modo,uia,&c.et qua melius & ualidius potest,&c.uidetur concedere omne ius sibi competens in ea re sine aliqua reseruatione.*
3 *Libere uti re non dicitur,qui impedimentum aliquod patitur,uel pati potest.*
4 *Superior in terris sui subiecti tutorem dare non potest.*
5 *Homines baronum non sunt homines regis uel imperatoris. quibus barones subsunt.*
6 *Cum amittitur lucrum iam quæsitum,de damno agi dicitur.*
7 *Castrum Nouum licet non sit de Parmensi territorio,tamen statutis & consuetudine Parmæ uti debet.*
8 *Priuilegium ne quis subeat munera, nõ amittitur,si is sponte unum aliquod acceptauit.*
9 *Collecta pro nouo onere superuenienti forensi,imponi quando ex consuetudine possit.*
10 *Licet quis dici possit eẽ de territorio et districtu alicuius ciuitatis nõ tamẽ sequitur,quod debeat subire onera ciuitati imposita.*
11 *Sententia lata contra exemptum non nocet superiori,cuius interest exemptum non esse alteri subiectum.*
12 *Collecta clericis imponi potest propter hostes deprædantes expellendos.*
13 *Ius quæsitum alteri Papa sine causa auferre potest, quãdo illud uenit in consequentiam ad ius ecclesiasticum.*

CONSILIVM. CCXXX.

IN hoc dubio uidetur, utrum commune & homines castri Noui diœcesis Parmensis teneantur, & sint obligati ad solutionem subsidii cum Camera cõitatis Parmæ impositi per regiã maiestatẽ. Quãquã multa allegentur in fauorem dictæ cõitatis contra dictos homines,nihilo minus arbitror, quòd illis & quibusdam alijs non obstantib.illi minime teneantur contribuere cum dicta cõitate. Et primo ex defectu potestatis maiestatis regiæ,de quo constat ex multis.Nã dux Mediolani titulo donationis inter viuos concessit castrum Nouũ districtus Derthonæ illustrissimo domino duci Ferrariæ cum territorio, cũ mero & misto imperio,ac omnimoda iurisdictiõe,& cum omnib.intratis, reditibus, & prouentibus suis cuiuscunque naturæ sint,ac cessit eidem domino duci donatario omne dominiũ, ac omnem possessionem,omnes actiones & rationes, &c. deditq. licentiam ingrediendi propria authoritate tenutã & possessionem,& ꝙ ea uti & gaudere possit tute & liberè, & impune,ac pro libito suæ uoluntatis,ac sine alicuius personæ contradictione, &c. & loco cuius castri Noui donati, deinde recepit dux Ferrariæ titulo permutationis castrum Nouum diœcesis Parmẽsis cum quibusdam alijs terris,& cum mero & misto imperio,ac omnimoda iurisdictione,necnon pactis,conditionib. reseruationibus,modis, & formis, quib.& prout continetur in memoratis literis donationis terræ prædicti castri Noui Derthonensis, ac instrumento pactorũ, & conuentionum inde ut supra celebratorum,ad quas literas,& ꝙ instrumentum relationem haberi voluerunt,&c.Ex quo igitur ex causa meræ & simplicis donationis vel permutationis,& non iure feudi translata sunt dicta loca in ducem Ferrariæ cũ mero & misto imperio,ac omnimoda potestate,& iurisdictione, ex hoc declaratur,ꝙ apud ducẽ Mediolani aliquod ius non remansit,nec aliqua iurisdictio,ut probatur ex no.per gl.in clem. 1.in ver.omnimodam. de foro cõpet. quæ † probant, ꝙ vbi cũ uerbo, iurisdictio iungitur verbum,oĩmoda,vel simile, importat iurisdictionem, ut genus. Quam ẽt ad hoc no.Abb.in c.ꝙ sedes. de off. ord. & ex qua infert Ro.in l.si duo.de acq.hær.& l.qui bona. §.qui dãna. de damno infec.ꝙ verbum,omnimodã,æquipollet uerbo, plenissimam.Dicitur autem iurisdictio plenissima,quæ nullam patitur diminutionem,& quæ non potest recipere incrementum ab ipso concedente,& quando apud eum non remansit aliqua superioritas,vel iurisdictio maior.l. ubi autem non apparet. in prin.de verb.obli.& probatur,ex notatis per Host.in c.quoniã. de priuileg.ubi dicit, ꝙ tunc ecclesia pertinet ad aliquem pleno iure,quando nullum ius exercet ibi episcopus. Et ex hoc infert etiam Abb.in c.cum inter.de re iudi.ꝙ si Papa concedit ecclesiã alicui pleno iure, videtur concessisse omne ius episcopale,nihil episcopo reseruato. Et similiter si subijciat ecclesia alicui pleno iure, ꝙ intelligitur subiecta in spiritualib.& temporalibus,prout etiam voluit Inn.in c.pastoralis.in fine,de priuileg. Si ergo dominus dux Mediolani oẽm iurisdictionẽ transtulit in ducem Ferrariæ, & sibi ius aliquod non reseruauit nisi in certis casib.vt probatur ex illo uerbo,oĩmodam,sicut ex præmissis colligitur, de necessitate sequitur ꝙ hominibus dicti castri aliquod onus imponere non potuit, quia quantum, ad hoc, quod non reperitur reseruatum, eorum superior esse desijt. Quod etiam comprobatur secundò,quia ex donatione transtulit dux Mediolani omne dominium,quòd etiam fecisse dicitur ex ꝑmutatione propter relationem expresse factam ad dictam donationem,& ad contenta in ea, l.asse toto.de hęre. institu.l. pluribus,in prin.de verb.oblig.& l. si ita scripsero. cum ibi notatis per Bar.de condi.& demonstra.& per eum.l.si quis seruũ §.fina.de lega.2.& in leg.1.§.fin.si fami.fur.fecis. & in leg. sanctio legum. de pœn. Si ergo omne dominium transtulit ergo etiam quo ad superioritatem dominus non remansit, quia qui omne dicit,nihil excludit.leg.Iulianus.in princ.de leg.3.& quia verbum huiusmodi uniuersale prolatum ab homine, non recipit aliquam restrictionem,secundum Barto. in leg.generali.§. vxori. de lega.3. & per Roma. in d.§. qui damni. Et confirmatur,quia ex titulo donationis, & permutationis dedit ac concessit omni meliori modo,via, causa & forma,quibus ualidius, melius,& efficacius potuit,& potest, &c.Si ergo meliori & efficaciori modo,quo potuit, concessit dux Mediolani dicta loca ex dicta causa,ergo omne ius sibi competens,& sine ulla diminutione & reseruatione,transtulit in ducem Ferrariæ, quia † iste melior modus & efficacior.& probatur ex not. per Bald. in l.quoties.C. de hære.insti.& Raph.in l.ex his uerbis.in prin. ff.eo.& Pau.de Cast.in consi.345.Super puncto quæritur,&c. & Alex. in l. non omnis.§.fin. ad Treb.vbi dicunt,quod si filiæ aliquid relinquatur, vel mandet testator filiam dotari, & uelit testa-

1

2

constitutionis,promissionis,uel dationis,statutũ loquatur impersonaliter,intelligitur tñ de dote constituta,data,vel promissa ipsi marito,& respectu dationis, vel promissionis hoc est certũ,† quia alteri quã marito verè,vel ĩterpratiuè dos nõ datur, vel ꝓmittitur & iõ dos denominatur ab actu traditionis,i. a datione facta marito ẽm Bal.in l.iurisgentium. in fin.prin.de pac. & propterea cum actus promissionis,vel dationis dotis nõ possit referri, nisi ad maritum, perinde est, ac si de illo esset facta mentio.l.2.de libe.& posth.l.fundus qui locatus.de fund.instr. Idem ergo quantũ ad actũ simplicis constitutionis,quia quoad oẽs actus,dẽt fieri in hoc determinatio æqualis.l.iam hoc iure. de vulg.& pup. Vnde sequi videtur ex hoc,ꝙ licet pater legauerit dotem filię in testõ,tñ maritus nõ possit dotem lucrari.Quia quãuis quoad ipsũ filiã possit dici dos constituta,per no.per Bar.in l.Titio genero.de condi.& demon. non tamẽ dicitur cõstituta ipsi marito,prout requirit dictũ statutum,quia ex tali legato filiæ tñ acquiritur actio,& non marito,ẽt subsequuto matrimonio, † licet vbi legatur genero ex causa dotis actio competat etiam filiæ.l.seruo legato.§.si testator.de leg.1.& not. gl. Bar.& alij in d.§. Titio genero. & hoc quia isto ultimo casu legatum in dubio intelligitur factum principaliter fauore filiæ, ideo illi soli de rigore competit actio, quamuis uerba ad alium dirigantur,vt no.in dictis locis,& probatur in l.fideicommissa. §.interdum.de leg.2. Sed primo casu verba non diriguntur ad maritum, & contemplatione mariti principaliter non fuit legatum filiæ,& maxime quando adhuc non erat nupta,quia ad spõsum futurum,& incognitum testator non habuit affectionem, per no.per glo.& Docto.in l.qui filiabus,in prin.de leg.1.propterea illi non competit actio.Nec videtur dici posse,quòd dicta mulier uideatur in dotem dedisse quantitatem sibi relictam ex causa dotis,quia hoc iure cautum non reperitur, immo potius contrarium, quia qua ratione alia bona nõ intelligitur mulier nubendo in dotem dedisse.vt Bar.plene in dispu.Mulier habens amplum patrimonium, cum concordan. eadem ratione videtur idem dicendum de dicta quantitate.Et licet etiam mulier præsumeretur in dotem dedisse dictam quantitatem seu in illa dotem marito constituisse,nihilo minus in tali constitutione dotis præsumpta,videtur quòd statutum hoc contra ius cõmune non haberet locũ,sed solum in dote constituta verè,quia sicut non verificaretur in constitutione ficta, per not.in le.3.§. hæc verba,de nego.gest.ita non debet uerificari in constitutione dotis præsumpta,& hoc modo etiam arguit,& quantum ad hoc istos casus ęquiparat Alexan. in leg. licet Imperator.in 1. colum. de lega. 1.† talis, enim præsumpta constitutio non est propria,& vera constitutio, sicut præsumpta probatio non est probatio vera.l. Lucius. & ibi not. Barto.de condi. & demon. & per Bar. in leg.j.C. de fide instrum.& iure hastæ fisca. & per Alexan.in d.l.licet Imperator.& in leg.secũda, quam legit cum prima post Roma. C. de test. mili. Si verò statutum loquens de dote constituta non esset contra ius commune, concedendum esset, quòd tunc locum haberet etiam in constitutione tacita, & præsumpta,vt etiam præsupponit Alex.in d.l.licet.& isto casu loquitur Pau.de Castr.qui idem uoluit in l.si mulier diuerterit.solut.matr.& in consi.283.Visis statutis communis Vincentiæ, &c. videlicet, quando statutum disponit,quod nulla dote constituta mulier intelligatur omnia sua bona dedisse in dotem.& vult,quod locum non habeat,quando dos primi matrimonij tacitè, & ꝓsumptiuè fuit repetita in sequenti matrimonio,& bene,quia hoc non tendit ad correctionem, sed ad conseruationem iuris communis, secundum quod mulier nubendo non censetur omnia bona in dotem dedisse,ut per Bar.in d. dispu.Et similiter maritus lucraretur dotem tacitè constitutam quando statutum loqueretur simpliciter de dote lucranda, puta quando disponeret,quòd mortua uxore maritus lucretur totam dotem uel partem dotis,& quo casu loquitur Soci.in consil.80.Præsens consultatio.in fin. 4.volu. & hoc etiam casu loquitur Bal.quem allegat in l. nulla. & in le.cum circa.C.de iure do.& Barto.in d.dispu.& isto etiam casu habet locum ratio Soci.dicentis, quod dicta dos est uera dos, † quamuis actus constitutionis sit fictus, vel presumptus, sicut etiam ex ficta traditione transfertur uera possessio.leg.certe.§.1. de preca. & not. Barto.in leg. ab emptione.in fin.de pac. & in l.si is qui pro emptore. de vsucap. in ulti. char. & ideo statutum, quod simpliciter de dote loquitur,tunc uerificatur, & quæ rõ cessat in casu nr̃o,in quo fit mẽtio de cõstituta dote, & sic requiritur,ꝙ nõ solũ dos,sed ẽt ipsa constitutio sit vera,vt dictũ est.& alio casu .s.quãdo statutũ simpliciter loquitur de dote,intelligitur decisio Cuma.in consi.109.in primo dubio.& Abb.in consi.46.in secundo dubio, qui non aperiunt,quomodo & qualiter verba statuti essent concepa.immo ẽt isto casu Corne.in cõsi.254.1. vol.tenet,ꝙ statutũ nõ habeat locũ,qui cõsuluit propriè contra Soc. Nec vr̃ ẽt, ꝙ ex constitutione dotis facta ꝑ matrem puellæ habeat locũ statutũ in ꝑiudiciũ filiæ, quia mater ad hoc mandatũ non habuit,neq. a testatore,qui legauit filiæ nomine dotis certam quantitatẽ,& sic voluit solui filiæ,& non genero, & cui ex tali legato non fuit quæsita actio,vt superius dixi,& ꝙ mater etiam tanquam curatrix non potuit dictam dotem constituere,quia in testõ nõ potuit curatrix dari, nisi fuerit postea ꝑ iudicem confirmata.l.j.in fi.de confir.tut. nec tanquam executrix testamentaria,quia in hoc,qđ in testõ non est ordinatũ, non versatur executoris officium. Non.n.testator,vt dixi, disposuit, quòd vxor sua genero futuro dotem promitteret, vel solueret,sed solũ filię nomine dotis legauit,& sic illi tñ dotem soluere debuit,& potuit, & cum non esset sola executrix, nõ potuisset sine alijs exequi,ẽm Bal.in l. nulli.C.de epi.& cle. & in l.2.§.j.C.commu. de l.& dato ẽt,ꝙ potuisset mater puellæ dotẽ constituere,ex quo tamen notario stipulanti & recipienti nominibus,& vice do.Agnetis & do.Aloysii sib.d. Agneti casu quo sequatur matrimonium constituit,&c. intelligitur dos constituta,& promissa pro parte filię.& pro parte genero.leg. reos.§.cum in tabulis. de duob. reis. & sic gener uirtute huius constitutionis non potuit ultra dimidiam dotis lucrari,& non alteram dimidiam promissam filię,quia de dote constituta marito statutum intelligitur tantummodo ut est dictum in princ. Sed prędictis non obst.contrarium est dicendum. Nam testator filiabus suis,& cuilibet earum reliquit certam quãtitatẽ dotis in testamento,& deinde sequutum fuit matrimonium,quãuis igitur dos aliqua marito nõ fuisset promissa, intelligeretur tamen seu præsumeretur mulier contrahens matrimoniũ marito constituisse dotem in dicta quantitate,quia† cum prius diceretur dotata, & dos sibi per patrem in testamento constituta,vel dicta quantitas in causam dotis destinata, ẽm Barto. & Doc.in d.§.Titio genero.per no.in l cum plures.§.penul.de administ.tut. censetur marito postmodum per mulierem constituta,vt probatur ex no.per Bar.in d.disputa.Mulier,&c.Inquãtum uult,ꝙ dos prioris matrimonii,etiam si matrimonium illud sit de facto contractum,& de iure sit inualidum,& nullũ, intelligatur, & præsumatur repetita in secundo matrimonio, etiam si de dote non sit facta mentio,per l.si seruo. de iure do. Quemadmodum ergo casu,quo dos fuit de facto constituta,sicut de facto fuit matrimonium, & sine quo nõ potest esse dos vera.l.3.de iure do.& l.fi.C.de don.ante nup.intelligitur cõstituta,et repetita in matrimonio ualido,& hoc non alia ratione nisi quia quantitas,vel res fuerat semel in dotem destinata, eadem ratione est dicendum,ꝙ dos in testamento de facto constituta ante matrimonium dicatur marito data propter destinationem præcedentem.Et hoc puto uerissimũ,& eo maxime quia si post matrimonium contractum aliqua dote aliter non constituta mulier ex legato egisset, & quantitatem legatam in dotem conuerti nollet,doli exceptione repelleretur.§.Titio genero. versicu. nam & si quis, &c. Et licet text. ille loquatur in dote legata genero, idem tamen dicendum est ex identitate rationis in casu nostro,in quo mulieri ex cã dotis fuit legatum, quia ẽt in casu præcedenti de rigore soli mulieri legatum intelligebatur factum.Nec quantũ ad hoc refert,ꝙ illo casu de æquitate ẽt marito competat actio,quia dicta æquitas isto casu nõ est scripta ex eo quòd minus interest mariti, uel quia minus legatum sit isto casu factum gratia illius quam illo casu,sed quia ibi ad maritum,cuius ẽt interest secundario,uerba diriguntur, qđ solum dẽt esse in consideratione quantum ad agendũ, sed quantum ad hoc,ut mulier dotem exactam ex causa legati possit retinere,debet tãtummodo attendi legatum, quod fuit etiã factum gratia mariti secundariò. Et sic quia utroq; casu legatũ ad dotem destinatur,uxor legatum retinere non debet sed marito præstare,& quantitatem legatam ex causa dotis in dotem conuertere. Nec etiam refert, quod in casu. d. §. Titio gene-

ro.matrimonium esset contractum tempore legati ipsius dotis, quia & in casu nostro cōfertur legatum post matrimoniū contractum, qđ idē est.l.in tēpus.de hæredi.instit. Vnde mulier isto casu nubendo censeretur promisisse soluere viro nomine dotis quantitatem sibi a patre legatam ex causa dotis. Et possèt etiam dubitari, utrum censeatur dedisse in dotem nomē debitoris, s. matris grauatæ in testamento & sic † an in maritū dicatur translata actio sine cessione fauore dotis, iuxta.l.2.C. de actio.& obli.& not.per glo.& Doc.communiter in l.j.eod. tit.& de quo dubio per Bald.Nouel.in tracta.de dote. in j.par te princi.priuilegio.71.& per Corne.in consilio 254.primo volum.quod aliter non prosequor, quia quo ad effectum, de quo agitur satis est, quod dos prædicto modo constituta dicatur ipsi marito, quia ratificari possunt uerba dicti statuti deferentis lucrum dotis ipsi marito. ¶ Nec obstantibus dum dicebatur, quod statutum hoc loquens, de dote constituta, debet intelligi de expressa & vera constitutione, & non de præsumpta, quia quamuis posset de hoc valde dubitari, vbi statutū solum deferret lucrum dotis constitutæ, per allegata superius, quod non prosequor, quia non est necessarium, tamen in casu nostro statutum habet locum in dicta dote præsumpta, quia vult, ꝙ maritus lucretur dotem constitutam, datam uel ꝓmissam. Inquantum ergo loquitur de dote data, vel promissa, dici tur mentionem facere de uera dotis constitutione, quia dictis modis constituitur vere l.diuisione.soluto matrimonio iūcta glos.in uerbo, constitutæ. Et ideo dum statutum loquitur etiā de dote constituta, & præsumpta, de necessitate intelligitur de constitutione dotis tacita, & pręsumpta, quia aliàs statutum in hoc esset superfluum. & nihil operaretur, & ideo uerba potius debent impropriari, quamuis statutum sit contra ius commune, ut possint aliquid operari, per no.per Bar.in l.2.de vsucap. & in l.4.§.prætor.de dam.infec.cum concordan.de quib.ibi. Secundo, maritus dotem debet lucrari ex forma statuti, quia dos fuit sibi expressè promissa per socrum, ut patet ex instrumento publico, ex quo fundata est mariti intentio. l.cum.precibus. C. de proba. & sic uerificatur statutum inquantum defert marito lucrum dotis promissæ. Nec obstāt allegata in contrarium. Et primo, quod mater mandatum non habuit ad promittendum a filia, nec a testatore, & quod promittere non potuit tanquam curatrix, nec tanquam executrix testamēti. Quia quamuis in præiudicium filiæ non potuisset mater promittere, potuit tamen dotem constituere ipsi filiæ ad sui pręiudiciū, sicut facere potuit quilibet extraneus qui in dubio pręsumitur animo donandi dotem promisisse.l.unica.§.videamus.C.de rei

7 vxo.actio. Et ideo mater, † contra quam agitur, ex sua promissione tenetur de suo, hoc est, de usufructu sibi relicto satisfacere, & de alijs suis bonis, quamuis partem dotis promiserit de bonis paternis ipsius filiæ, sicut quando quis obligatur ad legatum rei alienæ, quam tenetur emere, aliàs æstimationem præstare.l.non dubium, de lega.3. Præterea ex quo mater utiliter gessit negotium filiæ, ipsa cogitur ratum habere, secundum gl. Bar.& alios, in terminis in l.uxorem.§.pater naturalis, de leg.3. & probatur ex no.per glo. & Bar.in l.si pupilli.§.itē quærimus. de nego.gest.dū loquitur de negocij nostri ratihabitione. Nec est necesse agere contra filiam, ut habeat ratum, sed lex ipsa ha

8 bet pro rato, quod gestum est, & † sic perinde est, ac si filia habuisset ratum, secundum Barto. in l. Pomponius. la j.de nego. gest. Non ob.etiam dūm dicitur, quod constitutio & promissio matris est facta pro parte filiæ, & pro parte genero, ꝑ reos. §.cum in tabulis.de duob.reis, quia est aduertendum, quod primo notario stipulanti, & recipienti nomine do.Agnetis, & domini Aloysij, sibi do.Agnetæ casu, quo sequatur matrimoniū, constituit, &c.& inde in eodem instrumento dicitur, quā dotē ipsa do.Lucia, quando sequetur matrimoniū, promisit mihi notario stipulanti soluere sibi d.Aloysio, &c.&c.& sic ex hac posteriori parte instrumenti cōstat clare, ꝙ promissio de soluendo totā dotem fuit facta solum do.Aloysio. Nec superius dixit, ꝙ constituat dotem do.Agnetę & do.Aloysio, immo soli do.Agnetæ, ut patet ex illis verbis, sibi do.Agneti, casu quo sequatur matrimonium, constituit, &c. Nec istud contradicit sequentib.quia prius dicitur, dos cōstituta.d.Agnetæ nō q̃dē promittendo soluere dominæ dotē, sed promittēdo illi, ꝙ dictā dotē soluet do. Aloysio, casu, quo sequatur matrimoniū. Non enim dubiū est, ꝙ si explicitè facta fuisset promissio do.Agnetę modo dicto, videlicet, de soluendo ex causa dotis certam quantitatem marito futuro, ꝙ rectè diceretur do.Agnetę dos constituta. Et hanc talem primam promissionem factam eidem dominæ recepit notarius nomine illius, & noīe do. Aloysii pro suo interesse, & ñ quia illi fuerit promissum directò, vt colligitur expresè ex uerbis superius relatis. Postquam autem.do.Lucia promisit do.Agneti soluere dotem do.Aloysio, & sic fuit illi dos cōstituta hoc modo, deinde etiam promisit do.Aloysio soluere dotem subsequuto matrimonio, & sic ista promissio ultima fuit facta ad executionem constitutionis prius factæ do. Agneti.& in hoc differt una ab altera, quia in prima uerba obligatiua referuntur ad do.Agnetam.& do.Aloysium, & exequutiua ad d.Aloysium tantum, & in secunda uerba obligatiua, & executiua solū referuntur ad do.Aloysium, iuxta.l.stipulatio ista.§.si stipuler. & ibi per Bar.de verb.obl.& sic etiam soli do.Aloysio dicitur ĩ totum dos constituta, & non pro parte. Et iste sensus ueluti verissimus est amplectendus, & per quem euitatur repugnantia

9 instrumenti, & † prout debet euitari omni meliori mō quo fieri potest.§.quib.in i.const.C.& no.in l.scripturæ.C. de fide instr.& in c.imputari.eo.ti.& per Bar.notanter in l.fi.§.idē quæsiit.de cond.indebi. Et ꝑdicta procedunt etiam in ducatis quingentis pro missis per dictam matrem pro augmēto dotis ex arbitrio sibi concesso in testamento sui mariti, quia idem iuris ēe debet de dicto augmento, quod de dote aucta.l.etiam.C.de iure dot.& l.inter socerum.§.cum inter. de pact. dotal.& cuius dotis augumentum potuit committi sine dubio in arbitrium illius, sicut & tota dos.leg.cum post.§.gener. de iure do. & leg.3.C.de dot.promissio.& magis in ultima uoluntate.leg. 1.de leg.2.& quia ipsa mater vsufructuaria omnium bonorum fuit grauata, & in eius arbitrio potuit poni dictum augmentū, ut est dictum, & l.fideicom.§.quamquam.de l.3.potuit arbitrari nemine citato, quia de eius tantum agebetur præiudicio. Et quamuis sit dubium, vtrum legata oīa sint soluenda ꝑ usufructuarium omnium bonorum, & Bal.Sal.Fulg.& Pau.de Cas.in l.fi.§.fin āt æs alienum.C.de bo.quæ libe.teneant, ꝙ sic, per illū tex.& contrarium velit Alex.in l.vsufructu legato.ff.ad l.Fal.tamen in casu nostro, quò ad istam dotem cessat ista dubitatio, quia mater vsufructuaria expresse ĩ hoc grauatur a testatore. Et licet in ipsa dotis constitutione dici uideatur, ꝙ de bonis testatoris cōstituit dotem pro ducatorum duobus millibus, adiicitur tamen, modo & forma, prout continetur in testamento, &c.per quam relationem testamētum declaratur, & limitatur dicta constitutio.l.a filic.§.si testator. cum seq. de ali. & cibar. leg.& not.Bart.in leg.si quis seruum.§.fin. de leg.2.& in leg.1. §.fin.si fami.fur.fecis.dica. et in leg.sanctio legum.ff.de pœnis. Et idem puto de aliis ducatis quingentis prius peruentis ad dictam uxorem per ingressum religionis suæ sororis, et sibi in

10 hunc casum relictis per patrem, quando nupserit. † Nam hoc legatum in dubio intelligitur factum pro dote secundum Baldum in leg.quod autem. de iure dot. per illum text. et Alexan. in l.hiusmodi.§.cum pater. de leg. 1. qui pro hoc etiam allegat tex.in l.tali.§.fi.iuncta gl.de iure dot. quod præsertim est verū in casu nr̃o, in quo legatum fuit factū, qñ nupserit, & sic sub cōmemoratione matrīi, vt no.gl.in d.l.ꝙ autē.& Bar. Bal. & alij Mod.in l.j.sol.mat.& Bar.in d.dispu.& Bal.in rub. C.de priui. dot. Istud ergo dotis augmentum dēt cedere lucro mariti, sicut de alio augmento dixi ꝑ eadē iura. Nec isto casu disputandum vtrum ademptio facta filiæ ingredienti monasterium valuerit vel non, & de quo ꝑ Bar.in l.2.de his quæ pœ.& Ioan.And.in Spe.in rub.de statu mona.& Bal.Sal.& Pau.de Cast.in auth.nisi rogati.C.ad Treb.cum concord.de quib.in dictis locis. Quia ex quo filia, quæ ingressa est monasterium, agnouit iudicium patris, acceptando sibi relictum in codicillis, & residuo sibi in testamento relicto renunciauit, in ampla, & valida forma, ex tali agnitione, & renunciatione fuit exclusa, & dispositio patris, de qua in codicillis, valuit, & effectum habuit.l.si quando. §.generaliter.C.de inof.testa.& ca.officij. de testam.in quibus iuribus hoc est expressum. Et ideo cum relictum factum in codicilis habuerit filia ex iudicio patris, & ex causa dotis, cessit lucro mariti per prædicta. Quò ad aliud, videlicet, vtrum dos constituta domino Aloysio debeat præferri alteri dotis, si bona non sufficiunt pro utraque. Et primo aspectu, uidetur

quòd

ꝙ nõ,quia q̃uis ꝑcesserit in tpe ꝓmissio dotis facta do. Aloysio,videt ꝙ cõtracto matrio,& sic impleta cõdõne, sub qua expresse facta fuit dicta promissio,nõ possit dicta ꝯditio quo ad hypothecã trahi retro, quia ex quo matrimoniũ non trahitur retro,nõ põt dici,ꝙ actio personalis ex ꝓmissione dotis habeatur ꝓ nata retro,& a tpe ꝓmissionis,quia sine matrimonio,ꝙ vt dixi,nõ trahitur retro,nõ põt esse dos.d.l.3.de iure dot.& d. l.fi.C.de don.ante nuptias,& ꝯsnõ põt actio ꝑsonalis haberi ꝓ nata retro ex defectu extremi ad qđ,per no. ꝑ gl.in l.donationes,quas parentes.C.de don. inter virũ, & uxorẽ.& in l. 2.C.de inoff.don.& no.Bar.in l.si is q pro emptore.in 3.oppositione primæ partis, de vsucapio. Si ergo nõ hẽt locum fictio trãslatiua de tpe ad tps quantũ ad actionẽ ꝑsonalem non põt

11 † dicta fictio ꝓcedere quo ad hypothecã,q̃ non põt oriri sine personali.l.fideiussor obligari,& ibi per Bar.in prin.de fideiussor.Itẽ alia rõne dẽt fictio cessare,videlicet,quia fictio non hẽt locũ,ubi cessat æquitas.l.q in utero.de statu homi .& plene declarat Bar.in loco præal.in 6.q.prin.In casu aũt nr̃o cessare vr̃ ęquitas,quia non est æquum,immo iniquum,ꝙ inæqualitas ꝑ matrẽ seruetur inter filias.l.cum pater,§.euictis.de l.2.& l.fi.C. commu.vtriusq. iud.& prout inæqualitas resultaret inter illas, si una ꝯnr integram dotem,& altera cum diminutione. Quib.

12 tñ non obstan. contrariũ puto verius.Nam est certum,† ꝙ ꝓmissi o dotis facta sub cõditione prędicta do. Aloysio,ꝑcessit ĩ tẽpore alteram dotis cõstitutionẽ.Adimpleta igitur cõditione, dẽt trahi retro ipsa conditio quo ad actionẽ personalẽ,& hypothecariã per regulã,de qua in l. potior.& in le. qui balneum.in prin.qui potior.in pign.habe.Nec obst.prima ratio contraria, qa q̃uis extremũ ad quod,isto casu sit inhabile in essentia,erat tñ habile in potẽtia,qa tẽpore dictę primæ ꝓmissionis potuit matrimoniũ esse,& cõtrahi inter seipsum d.Aloysium,& d.Agnete,& hoc sufficit,ut no.gl.& Doc.in l.Gallus.§.si eius. de liber.& posth.& Bart.in d.l.si is qui pro emptore.circa.fi.primæ partis.In cõtrario ãt nõ hẽt locum fictio, qa cessat extremũ ad qđ,nedũ in essentia, sed ẽt in potentia,ẽm Bar. in loco præall. Non ob.secunda rõ,qa ex quo do.Aloysius sibi ꝓuidit prius, uel alius ꝓ eo,puta notarius,æquum est,ꝙ habeat locũ fictio, & sibi prosit dicta ꝓuisio,ut ꝓbatur in d.l.q balneũ.post pric. uersi.sed & si hæres.ubi habetur,ꝙ si legatarius ꝓuidit sibi pendente cõditione.de hypotheca expressa, ꝙ conditio legati purificata trahitur retro. & quæ in legatis non solet trahi retro,qñ nõ ꝑcesit dicta ꝓuisio legatarij.l.1.§.serui appellatione.ad Syllania.& l.si mater.§.eandem.de excep.rei iud.& per Bar.in ꝑdicta,l.si is qui pro emptore.in 5.q.prin.Et ea rõne dicto casu in legatis contra regulã cõditio trahitur retro,qa ẽm Imo. in l.q̃ situm.§.si seruus.de l.j.æquum est illi subueniri, qui sibi prouidit de hypotheca ꝓ futuro debito.Et quæ nõ militat in casu nostro.Nec hoc casu inæqualitas cõtinet iniquitatẽ, quia non ꝓcedit ẽm intentionem matris promittentis,sed contra eius propositum ac desiderium,& per accidens, hoc est propter defectum patrimonij,& facultatem,quę plerunque sunt minores, quam speret homines inst.quib.manu.non licet.§.in fraudem. uer.præualuisse.Nec isto casu loquuntur iura in contrarium alleg.Et tanto magis prædicta htbent locũ, si matrimonium do. Aloysii præcessit aliud,quamuis utrunq. fuerit eodem die contractum,quia satis est,ut per momentum præcesserit ad effectũ priuilegij prelationis,quia uerum est dicere,ꝙ vnum aliud præcessit in tẽpore.Et iõ secundum fictionem, & secundum ueritatem dos d.Aloysii præferri debet alteri doti,ut est casus in le. assiduis.§.exceptis.C.qui potio.in pig.hab.& maxime, ibi,duabus s.n.dotib.ab eadem suba debitis ex tempore prærogatiuam manere uolumus.Et prædicta procedunt quantum ad bona socrus promittentis dotem,& non quo ad bona mariti sui, quæ ex sua promissione non potuit hypothecare.l. res aliena. & le. rem alienam.de pig. actio.& l.2.C.si res alien.pign.da.sit. Nec etiam potuit bona mariti in dotẽ dare,sed de usufruetu sibi relicto debuit dotem promittere, & soluere,quia, ut dixi.supra. fuit grauata in testamento tanquam legataria nsusfructus omnium bonorum. Quantum uero ad aliud,de quo etiam quæritur, uidelieet, an do.Aloysius possit a dicta sua socru petere interusuria dotis promissæ,& non solutæ,a tempore quo sustinuit onera matrimonii.Et uidetur,ꝙ non,quia eum dos fuerit constituta in quantitate,& in rebus mobilibus,ex qua, & ex q. bus socrus nullos fructus percepit,non fuit in mora,ex hoc,ꝙ maritus onera matrimonii supportauerit,sed demum in mora debitor constituitur ex implemento creditoris, quando ex re debita fructus percepit,& aliter non,secundum gl.Bar.& alios in l.de diuisione.sol.mat.per l.curabit.C.de actio.emp.Et dato quod dicta interusuria prius peti potuissent, ex quo tñ d. Aloysius tacuit per decem annos,& ultra,ꝙ illa non petiit,illa uidetur tacite remisisse, ut creditor esset gratior debitrici. Et uult proprie in terminis nostris Bald. in consi. 474.3.vol.inci.Post biennium a die ductionis puellæ,&c.per tex. in l.cum quidam. §.diuus.de usur. & bene facit.l.uir usuras.de donatio. inter uirum,& uxorem,& cum eo transit Alexan. in consi. 74.Viso titulo quæstionis, &c. quinto uolu. Tertio in hoc excluderetur domi. Aloysius, si ratione administrationis reperiretur debitor socrus suę, prout per eam asseri tur, quia ad impediendum cursum usurarum, & accessionum similium sit compensatio a lege ipso iure, ut est expressum in leg. si constat.C.de compensa.& l.alteri. & l.si quid, in gl.ff.eo.tit. Et ita per prædicta in terminis nostris tenet Alex.in d.cousi.proximẽ alleg. Præmisis tamen non obst. contrarium puto de iure uerius.

13 Nam † saltẽ post biennium a tpe quo maritus cępit sustinere onera matrimonij do.Lucia fuit in mora soluendi dotem. l.fi.§.præterea.C.de iure dot.loquitur etiam si dos consistat in auro,& sic in quantitate,& ita per illum tex. dicit Pau.de Cast. in d.l.de diuisione,in casu enim isto concurrunt omnia,quę cõcurrere debent,ad hoc ut habeat locum text. in d.§.præterea.s. promissio dotis contractus matrimonij,& supportatio onerũ ẽm Pet.Cyn.& Bald.ibi, & gl. quæ incipit. & promissionẽ factam,.&c Non enim illo casu dici potest,ꝙ debeãtur ex hoc solum,quia maritus impleuerit pro parte sua, qa si propter hoc inciperent usuræ currere,frustra expectaretur cursus biennij. Sed illud conceditur actioni de dote in priuilegium,secundum Alex.in d.consi.Ex quo sequitur,ꝙ non refert, utrum dos consistat in pecunia, uel in alia re, ex qua promissor perceperit fructus,quia utroq; casu militat eadem ratio fauoris. ¶ Si ergo socrus fuit in mora,ipsa tenetur ad interusuria petita, ẽm Bar.in l.at qui natura.§.non tantum.de neg.gest.& in l.in insulã.§.usuras.solu.mat. per c. salubriter. de usur.Et cũ eo transit Imo.& alij Mod.& Bal.in d.§.præterea.& in l.cunctos populos. C. de summa trini.& in l.pro onerib.C.de iure do.& in rub. C.de usur.& in auth. ei qui. C. de bo.autho.iud.posfid. & idem tenet Ioan.Cald.Pet.de Anch.& Doc.communiter in d.c.salubriter. & eandem opinionem per plura tenet etiam Roma. in consil. 506.In casu propositæ consultationis,&c.& Alex.in consi.31. 6.uol.ubi etiam dicit hanc opinionem esse communem. Et, ut

14 præponitur, in loco est consuetudo † ꝙ alimenta dotium soluantur ad rationem octo pro centenario, quę ualet, & etiam statutum,secundum Bald.in d.§.præterea. allegat not. in c. per uestras. de dona. inter uirum & uxo. & idem tenet Cardi. & Imo.in clem.j.de usur.per not.in c.peruenit.de fideiussor,& in regula damnum.de reg.iur.in 6. & Abb.in casu fortiori & magis dubio,in dicto c.salubriter.& Alexan.in dicto consi.31.ubi etiam respondet ad not.per Ioan.And.in d.c.salubriter.quæ uidebantur facere in contrarium.Et pro hoc facit,quia secũdum Io.Calde. in d.c. salubriter.gener põt ab initio conuenire cum socero,ꝙ donec dos soluatur, recipiat certam quantitatem nomine dotis singulis annis,per illum tex. & dicit etiam Imo. ĩ d. §.usuras,ꝙ si gener paciscitur ab initio cum socero, ut ratione dotis non solutæ habeat sex pro centenario pro alimentis, licet casus uideatur dubius, quia quodãmodo uidetur uelle, ꝙ sors accedat pecuniæ,& germinet pecuniam, quod esse non debet,tamen contrarium concludit,ex quo pro alimentis,q̃ sunt licita,fit promissio,& dicit,ꝙ ita sentit Iaco.Butr. in l.unica.§. exactio.C.de rei uxo.actio.& idem dicit,etiam si non fuerit dictum pro alimentis cum possit intelligi nomine usurarum, & nomine alimentorum,in dubio fieri debet interpretatio, ut actus ualeat.Si ergo certa quantitas põt deduci in pactum ĩ hac materia,ergo multo magis statutũ,& ꝯsuetudo hoc põt,per ea, q̃ traduntur in l.alia.§.eleganter.soluto matrimo.Nec obstant allegata in contrarium. Et ad primum colligitur responsio ex præcedentib.quia quamuis ex solo implemento ex parte dom. Aloysii socrus illius,q̃ promisit dotem,non sit in mora constituta,tamen per cursum biennij fuit in mora,per dictum.§.præ

terea. Nec obstat, quod Bal. in consi. in contrarium allegare velit, quod alimenta & interusuria dicantur tacite remissa ex taciturnitate longi temporis, per l. cum quidam. §. diuus. de usuris, quia† contrarium est verius, & contra Bal. in loco prædicto tenet Rom. in cons. proximæ allegato, qui secundum eum tex. ille loquitur in vsuris, quæ capiuntur ex titulo lucratiuo, sed ista interusuria debentur ratione damni emergentis, & cum Bal. etiam in prædicto consilio tenuit Alex. in l. quæ dotis, soluto matrimonio, quia tex. in d. §. diuus. loquitur in vsuris odiosis, & in consi. 56. & 63. 4. volu. vbi etiam respondet ad dictum. §. diuus. & ad l. vir usuras, & idem vult Corne. in pluribus consilijs allegatis per alios dominos consulentes. Illud uero, quod ultimo in contrarium allegatur, tollitur liberatione, & confessione ipsius dom. Luciæ facta dicto dom. Aloysio, quæ dicitur esse irreuocabilis quamuis facta sit in testamento per plura, quæ ad hoc adducuntur, & allegantur per dictos dominos consultores. Et quia uerba dictæ liberationis non vidi, nec cognoui, ideo circa illam aliter non insisto. L. D.

¶ Statutum de dote data qualem admittat interpretationem, & quomodo differat ab eo, quod est de dote promissa.

SVMMARIVM.

1. *Statutum loquens in dote data, in promissa locum non habet.*
2. *Argumentum a contrario sensu ex statuto etiam contra ius commune sumitur, quando in sensu directo nihil operaretur.*
3. *Extensio, quæ tendit ad conseruationem consuetudinis, quæ uenit ad iuris dubij interpretationem, fauorabilis iudicatur.*
4. *Extensio ex rationis identitate fit a dote data, ad promissam.*
5. *Statutum simpliciter loquens in dote data, in mista, quæ partim data, partim promissa est, locum non habet.*
6. *Declaratio omnis retrotrahitur.*
7. *Pater ad dotem tenetur, etiam si filia nupta sit.*

CONSILIVM CCXXV.

VISIS his, quæ in facto proponuntur, & in iure allegantur per clariss. dominos consultores, videtur prima facie conclusio eorum esse dubia præcipue ex infrascriptis. Nam statutum in principio vult quod copulato matrimonio, & dotib. datis si vir prædecesserit vxore superuiuente, dotes integrè restituantur, &c. deinde statutum subdit, si vero vxor decesserit uiro superuiuente, & ex illis filij, vel filiæ, vnus vel plures remanserint, dotes integrè remaneant apud uirum nomine filij, vel filiorum, &c. Prædicta ergo aduersatiua, si vero, ex sui natura inducit repetitionem qualitatum casus præcedentis, licet aduersetur in iure & in facto, secundum Bal. in l. omnes populi. de iusti. & iure. circa. 9. col. per no. in §. item lapilli. de rerum diui. & Alex. in l. si filius a patre. de lib. & posth. circa pen. col. Est ergo perinde ac si dictum fuisset, si vero consumato matrimonio, & dotib. datis vxor decesserit, &c. Vnde sequitur, quod† statutum, quod loquitur de dote data, non habet locum in dote promissa, secundum Bar. in l. iubemus. §. sanè. C. de sacros. eccl. & Bal. & Pa. de Cast. ibi, dummodo promissor non sit in mora, prout non fuit in casu nostro. Et idem tenet Pa. de Ca. in l. si marito. §. j. sol. mat. & in l. sed hoc ita. §. 1. de re iud. & est cõis opinio, secundum Alex. in l. si donaturus. §. fi. de condi. ob cau. cum concor. de quib. ibi per eum, & per Moder. in l. de diuisione. sol. mat. & vbi etiam non induceretur aliqua repetitio præcedentium, adhuc prædictus ver. si uero, intelligitur de dote promissa, ut probatur ex illo verbo, remaneat apud virum, quod præsupponit dotem datam, circa quam cadit retentio, & non dotem promissam, pro qua datur petitio, vt probatur in l. Paulus §. fin. cum ibi no. de doli exce. & in l. si in area. §. fin. de condi. indeb. vbi etiam habetur, quòd fauorabilior est retentio, quam petitio, & per hoc apparet, quod est diuersa ratio inter dotem datam, quæ retinetur, & promissam, quæ petit, & sic quod non potest fieri extensio de dote data ad promissam. l. Papinianus exuli. de mino. & l. naturaliter. §. nihil commune, de acq. poss. & cum statutum in dote data tantum approbet opi. Marti. & quæ de consuetudine est approbata, iuxta not. in l. dos a patre profecta. C. solu. mat. & per Bart. in l. post dotem. ff. eo. in dote promissa non uidetur dictam opinionem approbare, sed opinionem Io. & Accursij contrariam, quæ est uerior de iure, secundum Doc. in dictis locis, ar. l. cum prætor. in prin. de iudicijs. Nec istud inducitur per arg. a contrario sensu, sed quia per inclusionem dotis datæ excluditur dos promissa. d. l. cum prætor. & tanto magis sic est dicendum, quia aliàs statutum in hac parte nihil operaretur. cum apud maritum extantibus filijs dos data remansisset, de consuetudine, quę, vt dixi, approbauit opinionem Mart. etiam si statutum super hoc nihil disponeret, ne reddatur superfluum statutum dicto modo est interpretandum, per nota. per Bar. in l. 4. §. prætor. de dam. infec. & in l. 2. de usuc.† Et licet etiam ex statuto contra ius, sumere argumentum a contrario sensu, quando in sensu directo nihil operaretur, vt in casu nostro, secundum Pa. de Ca. in l. qui testamento. §. mulier. de testa. & Imo. & Mod. in l. si cum dotem. in prin. so. mat. & Pau. de Cast. & Alex. in l. 1. de offi. eius cui manda. est iurisd. Vnde in hoc casu ex prædicta ratione licet a contrario sensu statuti arg. sumere. & quia regulariter hoc permittitur. d. l. 1. ver. huius rei, & c. nec in casu nostro debet prohiberi, sed solum non conceditur in statutis, quando ex illo induceretur correctio iuris, secundum Doc. in d. l. 1. & in locis ibi alleg. quod non est in casu nostro, sed per illud fit reditus ad ius commune in dote promissa, secundum quod dos ad patrem, uel eius hæredes debet redire. Et quamuis recederetur a dicta consuetudine, quia tamen, ut dixi, ad ius cõe per agr. a contrario sensu fit reditus, hoc non est odiosum, sed fauorabile, secundum gl. in c. statutum. in uer. dinumerandum, de præbendis in 6. & Alex. in l. si constante: in prin. sol. matr. Secundo principaliter obstare uidetur. Nam ex quo tempore, quo constituta fuit alteri filiæ dos maior, altera erat iam mortua, locum habere non potest pactum de dote augenda, quia tunc non potuit dos de nouo constitui, nec iam constituta augeri, quia sine matrimonio esse non potest. l. fi. C. de don. ante nup. l. 2. de iure dot. & no. Doc. in rub. so. ma. ubi dicunt, sol. mat. dos semel constituta retinet nomen dotis, sed de nouo non pot. sine matrimonio constitui. Nec obst. quod stante matrimonio hoc augmentum fuerit promissum, & quod tempus promissionis debet attendi, quamuis fuerit conditionalis. l. si filius. in prin. de ver. obl. quia illud habet locum solum quoad acquisitionem, vt ibi sed quantum ad alium effectum, & de quo agitur, debet attendi tempus, quo maior dos fuit constituta filiæ superuiuenti, quia implementum conditionis, sub qua facta fuit promissio de illo pluri Augustino, pendebat a potestate promittentis, quoniam potuisset, si uoluisset, non dare plus in dotem alteri filiæ, & ideo conditio talis non trahitur retro, sed attenditur tempus impletæ conditionis. d. l. 1. & l. qui balneum. in fin. prin. qui pot. in pig. hab. Sed istis etiam non ob. contrarium arbitror uerius. Nam ser Petrus Augustino eius genero promisit nomine dotis Lucretiæ filiæ suę florenos quadringentos, & illud plus, quod in futurum quomodocunq. & qualitercunq. ipse ser Petrus dederit alteri filiæ, videlicet, Mariæ filiæ eius nuptæ Ioanni Peregrino, ita & taliter, quod quælibet ipsarum habeat una quantum altera, &c. & etiam constat quod dictus ser Petrus constituit in testamento maiorem dotem ipsi Marię, quam reliquit ipsi Peregrino atq. etiam uniuersalem hæredem instituit dictam Mariam. Vnde quæritur, vtrum possit dictus Augustinus petere tantum, quantum est illud, quod plus relictum reperitur dicto Peregrino nomine dotis ipsius Marię. Et dicitur, quod sic, virtute promissionis sibi factæ, per quam eius intentio est fundata. l. cum precib. C. de prob. & l. si post diuisionem. C. de iur. & fac. igno. Nec potest repelli exceptione illa, dolo facis petere, quod restituturus es, quia non est restituturus dicto ser Petro, nec eius hæredi, sed alteri, i. filijs suis. l. si socer. §. Lucius. solu. mat. quod probatur ex plurib. & primo, quia statutum concedit marito retentionem dotis pro filijs so. matrimonio morte uxoris. Nec ob. quod loqui uideatur in dote data, per ea quæ in contrarium alllegantur, quia loquuntur in statuto contra ius, sic quando disponit, quod soluto matrimonio morte uxoris sine liberis vir lucretur dotem, quo casu loquitur Barto. in d. l. iubemus. §. sanè. ideo non debet extendi ad dotem promissam, per ea quæ no. in auth. quas actiones. C. de sacrosan. eccl. & per quam rationem ita etiam tenet Bar. in d. §. & alij, quos ipse sequitur, per tex. in §. pen. in auth. de non eligen. secun. nubē. qui similiter loquitur in pacto de lucranda dote contra ius commune, quæ ratio cessat in casu nostro, quia quando extant liberi, prout in casu huius statuti, a iure communi receditur per statutum, sed ac illo fuit prius recessum per consuetudinem approbantem dictam opinionem Martini, de qua in l. dos a patre profecta. Facta igitur extensione

tensione statuti de dote data ad dotem promissam, nõ inducit correctio iuris communis, a quo recessum erat ẽt in dote promissa, in quo locum habet consuetudo prædicta, prout concluditur, & recte p alios d. consulentes, qñ ẽt tunc dicitur dos cõstitua. l. de diuisione. cum gl. sol. mat. & quã iura simpliciter appellant dotem, ut in rub. C. de dot. promissio. & in l. si pro dote & l. ad exactionem. eo. tit. & in l. 1. §. fi. de colla. dot. & in l. filiæ C. eo. ti. Sed mediante dicta extensione uniuersalis consuetudo conseruatur, & a qua cessante extensione recederetur, si in dote promissa locum non haberet pp statutũ, quod loquitur de dote data.† Quia igitur hmõi extensio non corrigit ius cõmune, sed per illam consuetudo conseruatur, & qua cessante pro parte ab illa per statutum diceretur eẽ recessum, non põt dici extẽsio odiosa, sed potius fauorabilis, cũ tendat ad cõseruationem dictæ consuetudinis, quæ uenit ad interpretationem iuris dubij, iõ de ea iudicandum est, ut de iure interpretante, & per cõsequens, vt de iure communi, ₰m Bal. no. in l. cõstitutiones, C. de bo. q lib. & cum eo transeunt Ro. & Ale. in l. post dotem, sol. matr. & ppea† dicta extensio dẽt eẽ permissa ex identitate rõnis, ad dotem promissam, sicut & aliàs, ubi agitur de fauore, ex rõnis identitate extensio est permissa, vt no. Bar. in l. si constante. in 9. q. primæ partis principalis, sol. mat. & præsertim qa dicta dos promissa æquiparatur regulariter doti datæ l. fi. C. ad legem Falc. & quæ facta promissione potest dici ẽt data, saltem large, quia obligatio, qua tenetur promittens, est in dote, & eã pro dote uidetur maritus suscepisse, & quæ propter hoc dicit ad eum peruenisse. l. 2. §. peruenisse. de hær. vel actio. uẽd. sicut si quodlibet aliud nomen debitoris fuisset datum in dotem, qa in illo diceretur dos cõsistere. l. qui se debere. & l. si donaturus, ff. de cond. ob cau. & per quam rõnem ita etiam dicit Bar. in cõsil. 142. Statuto ciuitatis Eugubij, &c. & in l. singularia. col. 10. ver. si vero ille, cui debet fieri solutio &c. si certum pe. & Raph. in l. si marito. §. i. sol. mat. & probatur in l. cũ post. §. 1. vers. sed is de quo iuncta glo. in uer. hẽt dotem, de administratione tutorum, & quem ad hoc ponderat Sal. in l. si constante. C. de donationibus ante nup. & facit. l. erit ergo. de iure dotium. in uersi. quia dotalis fuit obligatio, &c. & in d. l. si socer. §. Lucius. vbi pbatur, ꝙ videtur maritus recepisse promissionem dotis loco solutionis, ₰m Pau. de Castr. ibi, & ubi ẽt extensio cessaret, & locum non haberet, tamen quantum ad dotem promissam non diceretur recessum a consuetudine, sed casus iste remaneret tanquam omissus in dispositione iuris communis. l. commodissime. de liberis & posthumis. & l. si extraneus. de condictio. ob causam: & prout etiam dñt alii do. consulentes. Nec obst. ꝙ statutum includendo dotem datam, videatur dotem pmissam excludere. l. cum prætor. in prin. de iudicijs, quia secundum gl. ibi, illa regula non habet locum, qñ in eo, quod non includitur sed omittitur, est eadem rõ, ut in casu nostro, quoniam retẽtio dotis conceditur marito propter onera matrimonij, ut no. in l. donaturus. §. fi. cum ibi, no. ff de cõd. ob causam, quæ ratio non minus habet locum in dote promissa. Preterea statutum tẽdit ad augendum ius mariti, & filiorum in dote, & non ad diminutionem, quod patet, quia in uer. sequentib. dat marito & filijs prioris matrimonij retentionem dotis contra ius commune, & eo etiam casu, quo non haberet locum consuetudo, ₰m Bar. & Doctores in d. l. post dotem. Per inclusionem igitur dotis datæ non intelligitur exclusa dos promissa, ne inducta ad augmẽtum inducant diminutionem. l. legata inutiliter. in prin. de legatis. 1. Et ita etiam ibi declarant Docto. & Maxime Alex. in q. de qua ibi per Dy. & Bar. Nec etiam est verum, ꝙ sumpto argumẽto a contrario sensu ipsius statuti, dicatur recessum a consuetudine in dote promissa, quia cum statutum dicat, ꝙ maritus dotem datam reuocat contra ius est, ꝙ si non sit data, illã non possit retinere, & sic retentio denegatur, & hoc conceditur, quia si non sit data, non potest retentio locum habere. Sed nõ negatur petitio, & quin possit peti, quia petitio non reperitur posita in sensu contrario, quia, ut dixi, retinere & petere differunt. Nec etiam licet dictum augmentum sumere ad correctionem consuetudinis, sicut nec ad correctionem iuris communis, secundum Doct. in d. l. 1. de offi. eius, &c. quia tum tendat ad interpretationem iuris dubii, habetur pro iure communi, secundum Bal. in d. l. constitutionis. Et per hoc tollitur aliud dum dicebatur, quòd ex tali argumento sit reditus ad ius commune, quod est fauorabile, per not. in c. statutum. de præbẽd. in 6. qa hoc procedere posset, quando ageretur de tollendo aliam consuetudinem, quę certitudinaliter esset contra ius commune, ꝙ in casu nostro non contingit, quia, ut dictum est, venit ad interpretationem iuris dubii, & de quã iudicatur vt de iure communi interpretante. Vnde odiosum est ab ista interpretatione consuetudinis recedere, sicut si a iure communi recederetur, & facit. l. minime. ff. de legib. Et dato etiam ꝙ per statutum dos promissa diceretur excludi, & non posset maritus illam lucrari, tamen adhuc in casu nostro secus esset, in quo dos pro parte tãtum fuit promissa, & pro parte data.† Vnde statutum simpliciter loquens de dote data, non hẽt locum in casu misto, & sic qñ data est dos & promissa, ₰m Bar. in l. certi condictio. §. quoniã. & ibi etiam per alios. ff. si cer. pet. & per Ro. in l. si tibi. in prin. de pactis. & Imo. in l. si fundum, ad leg. Falcid. per l. uim passã. §. præscriptione. de adulter. & per no. per Doct. in l. 2. in prin. de uer. obl. ꝙ idem tenet Ale. in l. si dignum. ad leg. Falc. Casus ergo iste mistus, tanquam omissus debet remanere in dispositione dictæ consuetudinis, ut in iuribus præallegatis, uel saltẽ. cum ista dos pro maiori parte sit data, & sic mistum magis participet de hoc simplici, statutum, quod loquitur de dote data, dẽt habere locum etiam in dote promissa, arg. l. quæritur hermaphroditum. ff. de statu homi. & prout etiam delarat ad propositum Alexand. in dicta l. 2. in princip. Non obstat insuper, quòd antequam maior dos constitueretur pro altera filia, Lucretia erat iam mortua, & quòd debet hoc tempus attendi, quo dos non poterat de nouo constitui, nec augeri, non autẽ tempus promissionis, per ea quæ in contrarium allegantur, quia huiusmodi constitutio maioris dotis tendit ad certificandum promissionem, de illo pluri ab initio incertam unde trahitur retro ad tempus pmissionis. Sicut † etiam quælibet alia declaratio trahitur retro, vt no. gl. & Doct. in c. cum tu, de usu. & Bar. in l. omnes populi. de iustitia, & iure. in illa. q. quomodo lex trahatur retro. & dicit Io. And. singulariter in additio. Spe. de teste. §. dicendum. versi. hoc no. ꝙ si sit datus terminus ad ponendum, & articulandum, post lapsum termini potest fieri declaratio prioris positionis, quia priori positioni nihil additur per declarationem. Et idem tenet Anto. de Butr. in c. licet cãm. de probatio. & Aret. in l. hæredes palam. §. si quid post. de test. Sic etiam in casu nostro promissioni non additur, sed promissio certificatur. Nec est uerum, ꝙ eẽt i potestate patris in plus dotare, uel non, alteram filiam, quia immo hoc pendebat a moderatione iudicis, secundum cuius arbitrium dos debet taxari, secundum qualitatem personarum, & quantitatem patrimonii l. si filiæ. de leg. 4. & l. quæro. de iure dotium. & † ad quam dotẽ pater tenebatur, etiam si filia illa erat nupta, secundum glo. in l. obligamur. §. l. de actio. & oblig. Bal. & Ang. & Moder. in l. i. solu. matr. cum concordat. de quibus ibi mod. & in l. mulier. §. cũ proponeretur. ad Trebellianum. Et ut ipsi etiam dicũt, ista est communis opinio, & sic etiam ex isto capite non potest impediri retrotractio. Præterea ubi etiam attenderetur tempus facti augmenti, nihilo minus agi potest ex promissione præcedẽti ad illud plus, & facta exactione efficitur dotis, & a marito potest retineri, ut dos, & sic dos potest dici, ₰m Bar. in terminis in l. si marito. §. 1. ff. sol. matr. Nec obstat ₰m eum, ꝙ dos nõ possit eẽ sine matrimonio, quia uerum est præsenti, uel præterito. Sed quando martimonium præcessit, & dos illo constante promissa fuit, tunc si soluto matrimonio exigatur, illud, quod exigitur sit dotis, ut ibi dicitur in tex. & in eo locum habet statutũ de dote lucranda. secundũ Bar. ibi, qui etiã uult idẽ in l. si pater eo. ti. Et p hæc ad oĩa ꝯria solutio colligit clara. Laus Deo.

Priuilegium secundum quando deroget primo, in quo insertæ erant clausulæ, motu proprio, ex certa scientia, non obstantibus priuilegijs concessis aut concedendis, &c.

SVMMARIVM

1. *Hospitale sanctæ Mariæ de morte ciuitatis Bononiæ an teneatur soluere duos solidos pro singulis libris ex relictis sibi factis fabricæ sancti Petronij.*
2. *Clausula generalis, non obstantib. priuilegijs, sufficit ad derogandum priuilegijs non insertis in corpore iuris.*

Trin-

3 *Princeps potest derogationem de uerbo ad uerbum faciendam pro expressa haberi disponere.*
4 *Priuilegium secundum per uiam legis concessum, tollit primum habens clausulam derogatoriam.*
5 *Clausula, non obstantib. &c. non sufficit ad tollendum exemptionis priuilegium, quod habet clausulam derogatoriam.*
6 *Participium præteriti temporis rem perfectam significat.*
7 *Priuilegium concessum personis miserabilibus, ut reuocetur, necesse est in specie de earum miseria mentionem facere.*
8 *Quando respectu personę facienda est expreßa mentio, non sufficit loqui uerbis generalibus, puta contra quascunque personas cuiuscunque qualitatis, gradus, etc.*
9 *Bona ecclesiæ, & monasteriorũ diuitum principaliter sunt deputata ad cultum diuinum secundario ad usum pauperum, ecõ uerso dicendum est in bonis hospitalium.*
10 *Reuocatio priuilegiorum facta motu proprio, non tollit priuilegia habentia clausulam derogatoriam conceßa miserationis causa.*
11 *Motus proprius non auget gratiam ultra concedentis intentionem nec tollit clausulam derogatoriam ad sequentia, nec tertio præiudicat ut nu. 12.*

CONSILIVM CCXXVI.

PRAEMISSA deliberatione matura super oĩb. priuilegijs concessis fabricæ sancti Petronij, & hospitali sanctæ Mariæ de morte ciuitatis Bononię uidetur prima facie dicendũ † ꝙ hospitale ꝑdictum teneatur duos solidos pro libra de relictis sibi factis soluere prædictæ fabricæ, non obstante priuilegio exemptionis specialiter concesso dicto hospitali de non soluendo dictos duos solidos, & primò ex priuilegio Calisti concesso dictæ fabricæ, in quo mandat etiam hospitalia compelli ad solutionem prædictam, non obstantib. constitutionibus, ordinationibus, & concessionibus apostolicis, ẽt motu proprio, & ex certa scientia a sede Apostolica concessis quibuscunque personis. Quia ergo specialiter, & expresse, uult, hospitalia teneri ad hmõi solutionẽ, cũ derogatione priuilegij cõtrarij, clarũ eẽ vr̃, ꝙ prædictũ hospitale, nõ ob. aliquo priuilegio sibi concesso, teneatur soluere, † quia ad derogandũ priuilegijs non insertis in corpore iuris sufficit clausula generalis, non obstantib. priuilegijs, uel concessionibus, ut no. in l. 2. §. legatis. & in l. hæres absens. in prin. de iudi. & in auth. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor. & per Bart. in extrauagãti ad reprimendum. in uer. non obstantibus, & per Pau. de Cast. in l. 1. ff. de legi. cum concordantib. Et eodem mõ priuilegio dicti hospitalis uidetur esse derogatum per literas Nicolai, ĩ quibus reuocat omnes litteras immunitatis, & exemptionis a solutione prædicta concessas quibusuis ecclesiasticis, & secularib. personis, & monasterijs, seu alijs pijs locis exemptis, & non exemptis cuiuscunque ordinis, & clarius uidetur sublatum dictum priuilegium hospitalis per tertias literas eiusdem Nicolai concessas dictæ fabricæ. Qm̃ ad tollendum altercationẽ, an ꝑ sua priuilegia ꝯcessa dictæ fabricæ intelligatur derogatũ illis concessionibus, & immunitatibus, in quib. est expressum ꝙ earum effectus non tolleretur ꝑ quascunque reuocationes sub quacunque forma uerborum conceptas, nisi specialis, specifica, & expressa mentio de uerbo ad uerbum de illis fieret, dictus summus Pontifex in dictis suis ultimis literis declarat, intentionis suæ fuisse, & esse per reuocatorias litteras antedictas fabricæ dictæ ecclesiæ concessas, concessiones, & indulta exemptionum quibusuis personis, & locis facta, & concessa reuocare, cassare, & annullare. Non ob. ꝙ in literis fabricæ concessis huiusmodi ad derogandum cõcessionibus factis ecclesijs, & aliis locis prædictis sufficiens uerborum expressio apposita non fuerit, cæterisque contrarijs quibuscunque, &c. & sic ex huiusmodi literis declaratorijs incipit esse certum, quod Papa uult eẽ derogatum omnibus immunitatibus cõtrarijs, quamuis sufficiens derogatio in literis fabricæ concessis non sit expressa, quia † ut ex prædictis uerbis colligitur, uult & potest velle illam haberi pro expressa. l. omnes. C. de præscri. 30. vel 40. anno. ubi dicit Ang. eẽ meliorem text. de corpore iuris. Et idem uult Bald. in ti. de pace Constan. in uersic. non obstantibus. & in l. diuus. §. licet. de iur. codicil. & in leg. sed & si quis. §. quæsitum. ff. si quis cau. & probatur in c. 1. de transac. & ibi no. Ant. de But. & Abb. & in c. illa. de ele. & Ant. de Butr. in consi. 2. vbi etiam dicit esset de stylo curiæ, apponere illam clausulam, non obstantib. priuilegijs, etiam si essent talia, de quib. liberet fieri mentionẽ de uerbo ad verbũ. Quæ uerba, ꝼm eũ, æquipollent expressioni, de uerbo ad uerbum. Et comprobatur ex notatis per Aret. in c. 1. de rescr. ubi dicit, ꝙ illa clausula, s. non obstante lege in contrarium faciente, etiam si de ipsa oporteret facere specialẽ mentionem, sufficit ad derogandũ legi contrariæ habenti clausulam derogatoriã. Et hoc Bart. videtur ẽt uelle in l. si quis in principio testamenti. de leg. 3. & Abb. in c. cum instãtia. de censi. Et ꝑpea ubi ẽt in casu nostro in priuilegio hospitali concessio reperiatur aliqua clausula derogatoria ad sequentia, nihilo minus uidetur, ꝙ per dictas ultimas literas Nicolai sit dicto priuilegio, & cuicũq. illius clausulæ derogatoriæ sufficienter derogatum. Accedit etiam & aliud, quia Eugenius motu proprio declarauit, nullum generari præiudicium per quascunque exemptiones per sedẽ Apostolicam quibusuis ecclesijs ac locis ecclesiasticis, nec non personis clericis, seu laicis cuiuscũq. gradus, necnon collegijs seu uniuersitatibus, super quibusuis uerborum expressionib. factas seu concessas hactenus, aut in posterum faciendas seu concedendas, perinde ac si dictæ exẽptiones & priuilegia nullatenus emanasent, & quę concessio facta motu proprio, & cum clausula generali nõ obstantibus, intelligitur derogare priuilegijs prioribus habentib. etiam clausulam derogatoriam ad futura, ꝼm Roma. in conſ. 328. Istæ sũt rationes, &c. & Moder. in c. accedentes. de præscriptio. & in ca. nonnulli. in prin. de rescr. & qui motus proprius ẽt exprimitur in primis literis Nicolai. Et adhuc præmissa confirmantur † q̃a ꝼm priuilegium per uiã legis concessum tollit primũ habens ẽt dictam clausulam derogatoriam, ꝼm Calderi. consi. 11. sub rubr. de priuileg. cum quo ẽt transeunt Mod. in d. c. accedentes. Et prout in casu nostro priuilegium fabricæ sancti Petronij est concessum per modũ legis, propter illam clausulam, nulli ergo hominũ, &c. per quã oẽs prohibentur. l. 1. & l. 3. C. de legib. iõ tollere debet contrarium priuilegium exemptionis ipsius hospitalis, ẽt si reperiatur habere ad sequentia clausulam derogatoriam. Sed præmissis non obstantib. cõtrariam sententiã arbitror ueriorem. Et in primis aduertendũ puto, ꝙ in priuilegio concesso dicto hospitali reperitur apposita clausula derogatoria ad præcedentes, & ad sequentes contrarias concessiones factas in fauorem dictæ fabricæ, & in illa parte, in qua mandat Papa officialibus dictæ fabricæ, quòd a dicto hospitali nihil exigant occasione præmissorum, & quorumlibet aliorum statutorum, constitutionum, seu prouisionũ, quomodolibet hactenus editorũ, & factorum, & forsan edendorum aut faciendorum occasione solutionis dictorum duorũ solidorum, & quorum tenorem uult haberi pro expresso, &c. Patet ergo, ꝙ edendis etiam ad faciendis derogat, & idẽ ẽt repetit magis prope finem ibi, præmissis constitutionibus necnon confirmationibus apostolicis, si quæ sint, huiusmodi exemptioni, & liberationi contrarijs, ac legibus imperialibus, & alijs contrarijs quibuscunque non obstantibus, &c. Et ex hoc infertur, quòd dictum priuilegium non tollitur per literas Calisti, quantumcunq. specialem, & expressam faciat mentionem de hospitalibus. & licet etiam dictę literę sint posteriores. Quia † clausula illa generalis, non obstantibus, &c. de qua in dictis literis Calisti, non est sufficiens ad tollendum exemptionis priuilegium cum clausula derogatoria, sed etiam est necesse, quòd de dicta clausula sit facta specialis mentio, & quod illi sit derogatum in specie, ut probatur in l. si quis in principio testamenti. cum ibi not. per Bart. de leg. 3. & per no. per glo. & Doct. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. 3. & per Doct. in l. fi. C. si contra ius uel vtili. publi. & in c. nonnulli in prin. de rescr. & per Bart. in extrauag. in uer. non obstantibus. Et in specie hoc etiam uoluit Calder. in consi. 2. sub rubr. de priuileg. & Cardi. consi. 53. Dominus Gregorius Papa, &c. & in cle. 1. col. 4. de sepul. & Feder. consi. 239. Casus talis est, monasterium, &c. & Pau. de Cast. consi. 55. Passus iste dubitabilis est, &c. & Abb. in c. cũ instantia. de censi. & Roma. consi. 327. Istæ sunt rationes, &c. & consi. 426. Quod indultũ Petri, &c. col. pen. & multo minus si literæ Calisti præcessisset, diceretur sublatum hospitalis priuilegium, ex quo, ut dixi, dictum priuilegium præcedentibus etiam derogat, & sufficit etiã

ad tollendum dictas literas Calisti derogatio generalis dicti priuilegij, ex quo dictæ literæ non habent clausulam derogatiuam ad sequentia, sed solum ad præcedentia, ut colligitur ex illo principio, emanatis, præteriti temporis, quod † rem perfectam significat, & consumatam. l. j. §. fi. ff. quod quisq. iur. & no. in l. arboribus. §. idem tractat. de vsufruct. per ea quę habentur in dictis locis, & magis in specie per Bar. in extrauaganti ad reprimendū. ī ver. non obstantib. & per Bal. in auth. omnes peregrini. col. pe. C. si se ab hære. absti. & in auth. nauigia. in primo notabili. C. de ser. fugi. & per Alex. in d. consi. 124. 4. uol. Et præsertim cum derogatur statutis, etiam per Papam confirmatis, iuxta no. in cle. dudum. de sepultu. Et ex his etiam colligitur, quod priuilegium dicti hospitalis non est sublatum per primas nec per secundas literas Nicolai, quia per illas dicto priuilegio non obstantibus, &c. de qua in illis. ex quo clausulę derogatorię ad sequentia, de qua in dicto priuilegio, non est specialiter derogatum, ut est dictum. Præterea dictus Nicolaus reuocat literas quibusuis ecclesiasticis, & sęcularibus personis, seu alijs pijs locis exemptis, & non exemptis cuiuscūq. ordinis concessas, &c. Quia igitur priuilegium fuit † concessum hospitali & pauperibus, & sic miserabilibus personis. l. j. C. quando. Imper. inter pup. & uidu. & per Doct. in c. significantibus. de offic. deleg. non intelligitur reuocatum per dicta uerba generalia, sed ut reuocatio ualeat, est necesse, quod de eis sit facta specialis, & expressa mentio, & de earum qualitate, id est, de earum miseria, secundum Inno. Anto. de But. & alios, communiter in d. c. significantibus. per d. l. j. Et idem tenet Cy. ibi & Roma. in l. si uero. §. de uiro. solu. mat. in 23. fallen. & Pau. de Cast. consi. 55. Passus iste dubitabilis uidetur, &c. & Feder. consi. 226. & Alexan. in 124. Viso puncto, quarto volum. Vnde dicit Cy. in d. l. quod si Papa concesit aliquibus monialibus, quòd non teneantur soluere collectas aliquas, postea misit Legatum de latere cum potestate, quòd omnibus posit collectas imponere, non obstantibus quiquscunque priuilegijs, & gratijs in contrarium facientibus, quòd nihilo minus non poterit imponere collectas dictis monialibus, ex quo de illis non fuit habita mentio singularis. Et subdit Cyn. quod etiam si in mandato dato Legato esset apposita illa clausula, uidelicet, etiam si de eis esset necessaria mentio specialis, quod adhuc non intelligitur sublatum dictum priuilegium, & cum eo transit Alexan. in d. consi. & Roma. in d. fallen. 23. Et ideo cum in reuocatione non sit facta specialis, & expressa mentio de priuilegio dicti hospitalis, non intelligitur sublatum per reuocationem factam uerbis generalibus, secūdum prædictos, & quia, vt dictum est, non sufficiunt, quando specialis mentio est necessaria, per ea quæ habentur in l. si quis in principio testamenti. de le. 3. cum concordātibus. Nec obst. uerbum illud, quibusuis, & uerbum, cuiuscunq. uniuersale, quia per hoc non dicitur specialiter loqui, sed generaliter, secundum Bar. in d. l. si quis. & in l. fin. C. si contra ius vel utili. pub. & in extrauagan. ad reprimen. in uer. non obstantibus & per eum & alios, in locis superius allegatis, & probatur etiam ex notatis per Cyn. in d. l. j. dum dicit, quod illa clausula, scilicet etiam si de illis necessaria esset specialis mentio nihil operatur. Et clare etiam confirmatur ex not. per glo. in c. inquisitores. in uer. expresse. de hæreti in 6. quæ uult † quod quando respectu certæ personæ debet fieri mentio expressa, non sufficit, quod de ea sit mentio facta uerbis generalibus, puta, contra quascūque personas cuiuscunque qualitatis, gradus, aut conditionis existant, & per Roma. in authen. similiter. in ultima colum. C. ad leg. Falcid. & Alexan. in d. consi. 114. facit etiam, quod not. Bald. in c. sedes. de rescr. ubi dixit, quod per illam clausulam, & quosdam alios, appositam in rescriptis, non possunt conueniri pauperes. Dictus ergo sermo generalis, & uniuersalis uerificabitur, & effectum solum habet, quo ad alias personas non miserabiles, & quo ad loca, quibus priuilegium non est miserationis causa concessum, sicut quādo paupertas cessat, etiam si pupillo, uel uiduæ, quæ non sit pauper sit datum, secundum Card. & Imo. in d. c. significantibus, ex mēte Inn. & Spec. in tit. de instr. edit. §. nunc uero aliqua, uersic. & scias. el ij. & Alex. consi. 121. 1. uol. Et pari ratione si concedat ecclesiæ, uel monasterio diuiti, non dicitur concessio facta miserationis causa. Et quamuis bona ecclesiæ, uel monasterij sint deputata ad usum pauperum. 16. q. 1. c. quoniā quicquid, hoc tamen est verum accessoriè, sed principaliter ad diuinum cultum. c. de rescr. & c. cum sm Apostolum. de prębē. & iō tales reditus distribuuntur per institutos. d. c. qm, & faciunt fructus suos. Iō si destribuunt in alios, tenet distributio, licet peccent, per ea quæ hr in c. peruenit. de fideius. & in ca. fi. de pecul. cler. Sed fructus hospitalium non principaliter ad diuinum cultū, sed ad usum pauperū deputatur. Et ita declarat, & hanc drīam assignāt Card. Pet. de Anch. & alij, in cle. 2. de præbendis, & iō priuilegium concessum hospitali semper dr factum miserationis cā, attento quod principaliter gratia miserabilium personarum conceditur, sed priuilegium ecclesiæ diuiti concessum non pōt dici ex tali cā datum, quia principaliter nō tribuitur gratia pauperum, sed accessorie. Et iō sm statutum accessorium non est res iudicanda, sed secundum principale, vt dicit gl. in d. cle. 2. si incipit, in multis locis. Et hoc etiam est de mente Spec. clarè in d. §. & scias. vbi præsupponit, quod omne relictum ad pias causas nō dicatur factum miserationis causa. Vn licet qn relinquitur monasterio uel ecclesiæ diuiti, relictum dicatur factum ad pias causas, secundum eum, non tamen dicitur factum causa miserationis, ut ibi præsupponitur. Et de his intelligi dēt priuilegium Nicolai, & de alijs pijs locis diuitibus, in quibus cultus diuinus exercetur & quæ propter hoc loca pia dicuntur, secundum Spec. in dict. §. & scias. non autem intelligitur de hospitalibus, quamuis etiam dicantur pia loca, secundum eum. Et probatur in capitu. sciant. & in capitu. generali, & ibi no. de electio. in 6. quia de illis non est facta mētio specialis, ut fieri debuit ad effectum, de quo agitur, ut ex prædictis probatur. Et per prædicta etiam colligitur responsio ad ultimū priuilegium Nicolai concessum dictæ fabricæ, in quo declarat intentionis suę fuisse per suas literas reuocatorias, concessiones, & indulta quibusuis personis, & locis cōcessa reuocare, cassare & annullare, non obstante, quod in literis fabricæ concessis hmōi ad derogandum cōcessionibus, ecclesijs, & alijs locis prædictis factis, sufficiens uerborum expressio apposita non fuerit. Quia per hæc uerba, uel alia similia, videlicet, ēt si talia essent, de quibus eēt facienda mentio specialis, &c. non intelligitur sublatū priuilegium concessum causa miserationis, secundum Cyn. in d. l. 1. C. quando Imper. inter pup. & uidu. & Ale. in d. cōsi. 124. quarto vol. Præterea ista uerba apposita in dicto vltimo priuilegio Nicolai tendunt ad tollendum clausulas derogatorias appositas in priuilegijs prius concessis tm ab ipso Nicolao cōtra fabricam, vt ex pcedentibus colligitur, dū dicit, quod erat orta materia quæstionis super reuocatione prædictorum priuilegiorū ipsiusmet, in quib. erat expressum, quod non tollerentur, nisi de illis eēt facta specialis, specifica, & expressa mentio. Vnde ad tollendum talē derogationem emanauit dicta declaratio, de qua in dicto ultimo priuilegio, & propterea derogatio, de qua in priuilegijs concessis ab alio, ut in casu nostro, non tollitur per uerba, de quibus in dicta declaratione, seu ultimo priuilegio, quia non tendunt ad hoc, sed solum ad tollendum aliam derogationem diuersam, de qua in alijs priuilegijs eiusdem Nicolai concessis contra fabricam, ut dixi. l. si unus. §. ante oīa. de pac. Nec ob. quod in pręcedentibus ad quæ prædicta clausula refertur, specialis & expressa sit facta mentio de priuilegio exēptionis factæ etiam hospitalibus, quoniam de exceptione concessa hospitalib. ab ipsomet Nicolao loquitur. Narrat. n. quod cum concesserit ecclesijs monasterijs, hospitalibus, & alijs pijs locis exēptionem a solutione prædictorum duorum solidorum, cū clausula, quod exemptio talis non intelligatur reuocata, nisi specialis specifica; & expressa mentio de uerbo ad uerbum de illa fuerit facta, & deinde reuocauerit quascunque litteras exemptionis per eum & per suos prædecessores concessas absque eo quod talis specifica & expressa de uerbo ad verbum mentio fuerit facta, propter quod inter officiales fabricæ, & loca prædicta super interpretatione dictæ reuocationis orta est materia quæstionis. Quare declarat suæ intentionis fuisse, cassare indulta exemptionum quibusuis parsonis seu locis facta & concessa non obstantibus quod ad derogandum sufficiens uerborum expressio non sit facta, & ideo quamuis affirmet Papa etiam hospitalibus concessisse exemptionem, non tamen dicit quod illā reuocauerit specialiter, vel quod de illa in generali reuocatione senserit, sed solum refert quascunque exemptionum concessiones per ipsum & per suos prædecessores reuocasse, & talem reuocationē, sup qua erat orta qstio, interpretatur, & declarat.

Ad

Admittendum est ergo, ꝙ hospitalib. etiam exemptionem concesserit, sed negatur, ꝙ talis exemptio fuerit reuocata per dictã reuocationem generalem, in qua de hospitalib. non fuit facta specialis mentio, ut probatur per prædicta, & super qua generali reuocatiõe interpretatio, & declaratio emanauit, & in qua etiam declaratione non continetur, ꝙ ad hospitalia reuocatio trahatur, iõ restringitur, ut non includat hospitalia, sicut non includuntur sub dicta generali reuocatione, & ſm quam dẽt intelligi dicta interpretatio. §. fi. in auth. de fil. ante dot. instrumen. natis & in l. nihil. & ibi no. Bar. de coniungen. cum emanci. liber. & dato ꝙ talis declaratio reuocationis haberet etiam relationem ad concessionem exemptionis factam hospitalib. nihilo minus nõ diceretur reuocatum priuilegium, de quo agitur, concessum a Bonifacio, quia de speciali concessione facta hospitalibus ab aliis Pontificibus non fit mentio, sed tm̃ de facta a Nicolao. Et propterea quamuis talis concessio facta hospitalibus per Nicolaum diceretur mediante tali reuocatione declarata sublata, non tamen dicitur annullata concessio hospitalib. facta per alios Põtifices. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. Nec tollitur etiam ex generali reuocatione, quamuis etiam in declaratione dicatur, ꝙ intentio sua fuit reuocare cõcessiones factas etiam per ꝓdecessores quibusuis personis & alijs locis, licet non sit apposita ad derogandum sufficiens uerborum expressio, quia, ut dixi, restringitur talis declaratio in hac parte ad loca, de quibus in reuocatione generali d. §. fi. & sub qua vt sæpe dictũ est, non continentur hospitalia, & sic reuocationẽ non ampliat dicta interpretatio, sed tantum illi dat robur, & eã ualidat. Sicut etiam dicimus, ꝙ natura confirmationis est addere robur confirmato, non aũt extendere illud ad id, quod in eo non continebatur, ſm Bal. no. in l. aduersus. C. si aduer. rem iudic. per l. Aurelius, §. testõ. de lib. leg. & Alex. in d. consi. 124. 4. vol. Et ex prædictis etiam respõsio colligitur ad aliud, videlicet,

10 ꝙ per † reuocationem factã motu proprio tollitur præcedens concessio habens etiam clausulã derogatoriam, quia hoc non habet locum in cõcessione facta miserationis cã, de qua specialis & expressa mentio est facienda, & aliter non intelligitur sublata, & iõ sicut simplex reuocatio non includit concessionem prædictam, ita etiam illam non comprehẽdit, licet in illa sit motus proprius, vt in terminis uoluit gl. in cle. 2. de præb. quæ dicit, ꝙ si sub verbis simplicis rescripti non continetur hospitale ut in casu de quo in tex. quod etiam non continebitur, quando conceditur rescriptum motu ꝓprio, quia motus proprius tollit subreptionem, non autem auget gratiam, nec significationẽ verborum, & probatur ex no. ꝑ Io. And. in cap. si motu ꝓprio.

11 de præbendis. in 6. vbi † dicit, ꝙ motus proprius nõ auget gratiam ultra inentionem cõcedentis. & Host. & alios in ca. ad aures. de rescriptis. Præterea non uidetur verum, quod motus ꝓprius tollat clausulam derogatoriam ad sequentia, ut clare sentit Pau. de Castr. in dicto consilio 55. versiculo 2. est notãdum &c. dum dicit, ꝙ clausula generalis non obstantibus, quæ apponitur in lege communi, tollit priuilegia concessa priuatis personis, iuxta cle. primam, in fine de sepul. & in capitulo alma. de sent. excomm. in 6. & in cap. 2. de prẽb. eod. libro. Et hoc ea ratione, quia legem communem facit princeps motu proprio, & pro publica utilitate. Vnde uidetur de facili contra priuatas leges & priuilegia disponere, cum publica utilitas præferatur priuatæ. Et dicit hoc esse de mente Bartoli in extrauagan. ad reprimendum, in uer. non obstantib. & sic præsupponit, quòd motus proprius & derogatio generalis non sufficiat, nisi quando constitutio sequens sit lex generalis tendens ad utilitatem publicam. Et hoc magis est dicendum, quando in priuilegio prẽcedenti est clausula derogatoria ad sequentia, sicut in casu nr̃o.

12 Et confirmantur, quia motus proprius † non præiudicat tertio, secundum Imo. post Cald. in ca. mandatum. de rescr. ubi dicit, ꝙ non facit impetrantẽ præferri primo, nisi de illo fiat mentio. Et idem uult in c. constitutus. eo. ti. & Dominicus post Io. de Lig. in c. si propter. eo. ti. in 5. Non obst. ultimo, dum dicitur ꝙ priuilegium concessum per uiam legis cum clausula generali, non obstantibus, &c. tollit aliud priuilegium præcedens hñs clausulam derogatoriam ad sequentia, secundum Cald. consil. 11. sub rubr. de priui. Quia negatur, ꝙ aliquod priuilegium fabricæ concessum dicatur habere vim legis ex quo non est generale, sed particulare, & certo loco concessum. l. prima de constit. in princi. & l. 3. C. de legi. tunc enim diceretur per viam legis cõcessum, quando esset generale, vt no. in auth. quas actiões. & ibi per Bar. C. de sac. san. eccl. Nec ob. illa clausula, nulli ergo hominũ, & c. quia quamuis illa prohibitio sit generalis, est tamẽ facta cõtẽplatione certi loci, hoc est, dictẽ fabricæ, & ad executionẽ & conseruationẽ particularis concessionis, iõ remanet simplex priuilegium, & non transit in legem. d. l. 1. & d. l. 3. & ibi per Bal. dũ loquitur de statuto facto in fauorẽ certæ personæ. Et in super non obs. ꝙ cõcessio facta dictæ fabricæ denominatur cõstitutio, quia & omne priuilegium particulare ad fauorẽ certi loci uel certæ personæ concessum appellatur cõstitutio. d. l. 1. de consti. prin. & quia est particularis, & non generalis non est lex, vt ibi dicitur. Nec isto casu loquitur Cal. sed de lege generali habente clausulam generalem derogatoriam ad præcedentia. Et quare hoc casu dicta priuilegia tollãtur mediante dicta clausula generali, assignatur rõ per Pau. de Cas. in d. cõsi. 55. de qua paulò ante, & quæ cessat in priuilegio particulari, ut in casu nostro, iõ tũc ad tollendũ præcedens priuilegium habens clausulã derogatoriã, oportet, ꝙ de dicta clausula derogatoria mentio spãlis sit facta, per ea quæ habentur in l. si mihi & tibi. §. in legatis. de leg. 1. cũ cõcordan. de quib. sup. Et maxime hoc procedit in priuilegio cõcesso miserationis cã, ut in casu nostro quia tũc per dictam clausulam gñalem appositam in priuilegio concesso ẽt per viã legis, non esset sublatũ, quia non tollitur, nisi de illo sit facta mentio specialis. Et in hoc differt ab alijs priuilegijs ut colligitur ex præmissis. Quia ergo priuilegium hoc hospitali, concessum habet clausulam derogatoriam, & est cõcessum miserationis causa per legem habentem clausulam non obstantibus generalem, non tollitur ex hoc ultimo capite, quamuis ex primo, hoc est propter clausulam derogatoriam ad sequentia, de qua in illo, non posset subsistere, ꝙ tamen est falsum, ut dixi. Et ita concludo. Laus Deo.

Nepotes & pronepotes an contineantur nomine filiorum, & an ciuilitas ad eosdem transmittatur.

SVMMARIVM.

1. *Filiorum appellatione an ueniant nepotes & ulteriores.*
2. *Ciuis etiam propriè quis efficitur per creationem, sicut origine.*
3. *Priuilegium filijs concessum continens præiudicium tertij ad nepotes non extenditur, aliàs secus.*
4. *Ciuilitas ex creatione contracta transit ad filios, quamuis ipsorum nulla sit facta mentio.*
5. *Priuilegium an transeat ad nepotes non natos uiuo eo, cui illud concessum est.*
6. *Principis assertioni standum est, nisi contrarium probetur.*
7. *Locus iudicij & eius loci statutum debent attendi tam respectu ordinis processus quam executionis.*
8. *Processus a forensi factus secundum formam statuti, ex cuius dispositione ipsum forensi seruari non debet, ualet, nisi per partẽ aduersam fuerit exceptum & oppositum.*

CONSILIVM CCXXII.

QVIA Manfredus & filij eius de mandato domini Marchionis fuerunt creati ciues Mutinæ, de duobus quæritur. Et primo, utrum appellatione filiorum ueniant nepotes, & pronepotes. Secundo cõcesso, quod prædicti comprehendantur appellatione filiorum, an gaudeant priuilegijs, & beneficiis dictæ ciuitatis. Quo ad primum uidetur prima † fronte dicendum, quod

1 dicto casu filiorum appellatione non ueniant nepotes, nec ulteriores, per not. per Bart. in l. liberorum. de uerb. signifi. uersi. quid in rescriptis, &c. ubi concludit, quod si rescriptum continet beneficium, ut quia princeps alicui, & filijs suis donat castrum, appellatione filiorum ueniunt nepotes, quia in beneficiis sit latissima interpretatio. leg. fin. de constitut. princip. Sed si continet priuilegium contra ius, & tunc nepotes non continentur appellatione filiorum, quia in priuilegijs fit stricta interpretatio. l. si quando, in princ. & ibi no. C. de inoffic. testam. Et ita secundum eum potest intelligi. l. sed & milites. §. 1. de excusa. tuto. allegat etiam l. 1. de iure immuni. Quod autem istud de quo agitur, sit priuilegium ꝫ ius probatur ex not. per Bal. & l. ciues.

l.ciues.C.de appella.dicens ꝙ appellatione ciuis propriè uenit originarius tm̃,& nõ ciuis creatus,ficut appellatiõe filij venit naturalis,& non ciuilis,id est,adoptiuus.l.si ita scriptum. §. is cui.de leg.2.& l.fideicommissum.de condi.& demonst.Secũdo istud confirmatur,quia licet ciuilitas originis transeat ad filios l.assumptio.§.1.ad municipales.non transit tamen ad nepotes, ſm gl.& sic appellatione filiorũ illo casu non ueniunt nepotes,quod procedit,quando nepos non est cõceptus, vel natus viuo auo,ſm Bar.ibi,per l.emancipatũ.§.fi.cum ibi not. de senato.vbi etiam Bar.dicit, quòd priuilegium aui non transit ad nepotem non natum uel conceptum viuo auo.Ergo nec in casu nostro transire debet ad nepotem,vel pronepotem,non na-2 tum uiuente proauo.Sed contra puto uerius.Nam † ciuis quis efficitur per creationem,sicut origine, ut est expressum in l.1. ad municip.& ibi no.Bar.col.pe.ver. no. secundo,&c.& ꝑ creationem efficitur ciuis proprie,ſm Are.in prin.de verb.ob.ꝑ l. ciues.C.de incolis.lib.10.& in hoc tenet contra Bald. in d.l.ciues.Nec,ſm eum est bona similitudo allegata per Bald.quia filius est nomen naturæ,per ea,quæ habentur in l.pronunciatio §.familiæ.de ver.signifi.nõ mirum si illud nomen non trahitur ad filium ciuilem . sed ciuis est nomen ciuile. Et ultra eũ istud etiam voluit Bald.in l.si non speciali.C.de testam.dum dicit, ꝙ non est omnino simile de ciue,& de patria, quia nomen ciuis, est ciuile æquè bene sicut naturale,& ideo potest introduci per statutum & priuilegium. Nomen vero,patria,est nomen naturæ,ut prius dixerat,& proprijssime demonstrat originẽ, sicut nomen,patris,intelligitur de originario,& non de adoptiuo,allegat.d.l.fideicommissum.Et istud etiam præsupponit Bar.in l. si is qui pro emptore. de vsuca.& in l.si maritus.§.legis.de adulter.dum vult,quod uera ciuilitas possit introduci per statutum sicut per originem,& idem etiam uult Bald.in l.3.§.hæc verba. de neg.gest.quia ciuilitas habet sub se plures species, & omnis species est vera species.d.le.ciues.C.de incolis. Vnde dicit Bal. non est uerum,quòd isti sunt ciues ficti,immo sunt ueri ciues, quia quoties lex potest aliquid introducere per ueritatem,intelligitur introducere verè, & non fictè, & istum etiam vult Cy.& Bal.in l.in vrbe.de senatoribus & in leg.2.C.de iu.aur.annullo.& in leg. siue possidetis. C. de probationibus & Petr. de Anch.in ca.canonum statuta.de constitut.versic.2. pone statuto cauetur, &c. & dicit idem Bald.in consi. 409. Quod dictus ser Orlandus,&c.quod uerus ciuis non natura, sed arte fit,quia ciuilitas est quid factibile,& non solum nascitur,sed creatur,& Barto.etiam in locis prælleg.loquitur,quando uerba sui natura important fictionem,ut quia dicatur. talis habeatur pro ciue.Multo magis ergo quando important veritatem, ut in casu nostro, in quo dicitur, quod Manfredum creauerunt ciuem . Cum ergo lege permittente quis efficiatur ciuis uerè per creationem.d.l.1.ad municip. in uer.recepti, & probatur ex prædictis,sequitur, quòd creatio huiusmodi non est contra ius, sed secundum ius,& quòd continet beneficium, & per consequẽs ꝙ appellatione filij uenit nepos,quia in beneficijs latissima fit interpretatio,secundum Bar.in d.l.liberorum,in uersi.prælle. Et istud etiam confirmatur ex not.per Bald.in l.maximum uitium.C.de liberis præteri.& in d.l.sed & milites.de excusa.tuto-3 rum.† ubi dicit, quod aut priuilegium concernit præiudicium tertij,& non extenditur ad nepotes. Aut non concernit præiudicium tertij,& extenditur ad nepotes & istud etiam sequitur Ale.in l.etiam.in princ.& in 1.colum.solu.matrimonio,vbi ꝑ ultimo dicto alleg.l.diuo Marco. C.de quęstio. & prout in casu nostro priuilegium istud non tendit ad præiudicium alicuius,sed potius ad fauorem reipublicæ,cuius interest, quòd numerus ciuium augeatur.l.1.solu.mat.& dum dicitur,quòd isto casu appellatione filiorum ueniunt nepotes,idem est dicendũ de pronepote,qui est nepos proprie,secundum Bart. & Doct. communiter in l.Gallus.§. instituens. de libe.& posthum. & dicit etiam Bar.in l.1.§.sed & si quis,quòd pronepos dicitur esse filius,& quòd nepos,& pronepos sit ciuis,probatur vltra prædi-4 cta. Nam † ciuilitas contracta ex creatione transit ad filios, etiam si de illis non sit facta mentio secundum Bart.in l.ordine. §.patris.ad municip.per text. quem allegat.l. filij. §. senatores. eodem titulo probatur, quòd etiam transit ad nepotes & pronepotes, & in casu nostro probatur ratione , quia si priuilegium non transiret ad nepotes, & quo ad filios Manfredi,de quibus est facta mentio , nihil operaretur,quia omnino illi fuissent ciues,ẽt si non fuissent nominati,ſm Bar.in d.§.patris. Vt ergo priuilegiũ quo ad filios aliquid operetur,verba debent capi largè,vt includant nepotes.l.si quando.in prin.de leg. 1.& expresse no.gl.& Doct.in l.si quando.in prin.C. de inoffi. test. Nec ob.ꝙ iste pronepos non esset conceptus viuo Manfredo, 5 quia aut acquiritur priuilegium ex dispositione legis, † & non trãsit ad nepotes,& vlteriores si non sint concepti uiuo illo,cui priuilegium fuit quæsitum,& ita loquitur.l.emancipatum.§.fi. cum gl. & Bart. & in d.l.assumptio.§.1. & tex.in d.§.senatores. Aut acquiritur ex prouisione hominis,ut casu nostro , & tunc venit nepos & pronepos ẽt conceptus post mortẽ illius, cui facta ẽ concessio,ſm Bar.in l.itẽ prætor.de suis & legi. Ex quo infert,ꝙ si quis recepit emphyteusim pro se,filijs,& nepotibus,ꝙ veniunt nepotes postea concepti,& quamuis dicat aliud,quã agitur de hæreditate,tamen idem est in qualibet acquisitione legis per prædicta. De ciuilitate ẽt nepotis, & pronepotis constat ex literis ducalib.dũ decreuit,Io.Nicolaum nepotem dicti Mãfredi non posse retineri pro represalijs, potissimum cum sit ciuis, 6 nec eius filij. Cuius principis † assertioni standum est,per not. ꝑ gl.in cle.literas.de probatio.& facit,ꝙ ibi vult Pa.de Eleazar. dicens, si Papa narrat in literis renunciationem coram se factã per procuratorem, uerba ista probant renunciationẽ fuisse factam a procuratore,poterit tamen,ſm eũ,probari cõtrariũ, & probatur ex no.per gl.in c.nonnulli.§.1.de rescriptis.cum quo transit Imo. Abb.& Mod. quæ vult, ꝙ per illa verba narratiua Papæ,videlicet,talẽ procuratorẽ impetrasse,&c.probatur mandatum impetrantis,ẽt si de illo aliter nõ constat.Quia,ſm Imo. ibi,& in c.ex parte.de rescriptis,verba narratiua, ex quib.fundatur intentio Papæ,licet sint ex facto alieno,probant,donec probetur contrarium,allegat gl.in d.cle.& quia,ſm Abb.ubi agitur de modico pręiudicio,verba narratiua plenè probant. Allegat gl.iuncto textu in c. cum olim.de censi. Allegat etiam nota.per Io.An.in regula non licet actori,in mercur. dum ponit, utrum per literas beneficiales,in quib.narratur,ꝙ impetrans est clericus,probetur clericatus. Et facit ad hoc,qđ uult Lap.allegati.septima.Disputatur,an literę,&c. Vbi concludit,ꝙ si Papa scribit pro aliquo tanquam plebano, ꝙ illæ literę probant præsumptiuè illum plebanum, quia verisimile est, ꝙ Papa examinauerit, vel examinari fecerit illum,ad cuius petitionem scribit, an esset plebanus, vel non, quia non est credendum, ꝙ ad petitionem ignoti aliquid mandaret. Adducit etiam notata per Ioan. And. in regula,non licet. & si dicatur, quòd prædicta habent locum in Papa,& non in inferiore, vt etiam vult glos.in dicta clement. prima.& Cardina.consil.128.In quæstione,quæ uertitur, &c. In hoc stat differentia, quia de his quæ gesta sunt a se, uel coram se,creditur Papæ,nec admittitur probatio in contrarium, ſm glossam in dicta clementina prima. Sed licet credatur principi inferiori, admittitur, ꝓbatio in contrarium,ſm Bar. no. in l.ambitiosa.de decre.ab ordi.facien. ver.visis, & examinatis dictis regulis, &c. Quantum vero ad ea, quæ non sunt gesta a se uel coram se,& de quo nunc agitur, etiam quoad Papam admittitur probatio in contrarium,& ex mente etiam Barto.non videtur in hoc princeps inferior differre a supremo principe, & quia etiam habet locum in eo ratio Lapi. de qua supra.Quoniã non est verisimile, quod talis princeps propter culmen dignitatis suæ asseruerit, aliquem esse ciuem suæ ciuitatis, nisi hoc prius cognouerit,& bene intellexerit,arg. l. 1. de offic. præfec. præto.quam etiam allegat Bart.in dict.leg.ambitiosa.& per prædicta ad omnia contraria remanet responsum. Circa secundum videtur dicendum,quòd quamuis nepos & pronepos Manfredi sit ciuis,quòd tamen non intelligatur ciuis verè,quantum ad beneficia & honores, & hoc ex dispositione statuti sub rubrica,qui intelligantur esse ciues, in quo disponitur, quod illi dicantur ciues verè quo ad beneficia, & honores, qui habitauerint in ciuitate, & onera subierint, & descripti fuerint in æstimo ciuium ciuitatis Mutinæ per triginta annos, & quicunque fuerint originarij ciuitatis Mutinæ origine paterna vel auita, vel anterioris ascendentis per lineam masculinam, alij vero nõ sint, nec esse intelligantur ueri ciues quantum ad beneficia, & honores. &c. & sic per prædictum statutum uidetur expresse determinatum, quod ciues ex priuilegio nõ sint ciues veri quo ad beneficia & honores,& consequenter, quòd non gaudeant benefi-

beneficijs statutorum dictæ ciuitatis. Ex quo sequitur, ꝙ commissio executionis facta ſm formam statuti ad instantiam talis ciuis, non ualuit, & ꝙ exceptio ista nullitatis potuit opponi etiam post dictam commissionem, quia exceptio, quæ reddit iudicium retro nullum, potest opponi etiam post sententiam. l. licet. C. de procuratoribus & c. in nostra. eo. ti. Sed his non obst. contrarium puto uerius, quia dictus Manfredus fuit creatus ciuis, & filij eius, ita ꝙ amodo possint in ipsa ciuitate, & eius districtu agere, cōtrahere, & pacisci, & omnia alia facere, quæ quilibet verus ciuis originarius ciuitatis Mutinę facere potest, &c. quamuis ergo iste, de quo q̃ritur, non sit verè ciuis originarius sed fictè, ſm Bal. in d. l. siue possideris. C. de probation. ubi dicit ꝙ si Florentinus ex forma statuti hr̃ pro Perusino, hoc erit ſm fictionem, quia hoc nomen significat originem, quia tamen nō solum priuilegium istud simpliciter assimiliat ciui originario, sed etiam specialiter statuit, ꝙ possit agere, contrahere, & pacisci, & omnia alia facere, quæ quilibet uerus ciuis originarius facere posset, potuit petere executionem secundum formam statuti ciuitatis, secundum Bal. in l. omnes populi. de iust. & iur. col. pen. uers. sed pone ꝙ statuto, &c. & Roma. in d. l. si is qui ꝓ emptore, vbi hoc decidunt in terminis. Sed dato, ꝙ iste prone pos Manfredi non esset ciuis, sed ex toto forensis, adhuc processus esset ualidus. 7 † Nam locus iudicii, & statutum illius loci debet attendi tam respectu ordinis processus, quam executionis. l. 3. in fi. ff. de testibus & l. secunda. quemadmodum test. aperiā. & no. Bar. & omnes in l. 1. C. de summa Tri. Et iō potuit iste, quamuis forensis, vti statuto dante formam executioni ꝓ prædicta, & per not. per Bal. in l. 2. C. ne fil. pro parte. q. 4. Nec ob. aliud statutum, quo cauetur, ꝙ Potestas & alii iudices communis Mutinæ non teneantur nec debeant ius reddere nō subdito, nec teneantur seruari facere statuta & ordinamenta communis Mutinæ dictis personis, nec prosint eis, sed seruari quo 8 ad prædictos ius commune, quia † hoc statutum debet intelligi, & habet locum parte aduersa excipiente & petēte, ꝙ ius dicto mō non reddatur, & aliàs processus valet, ut probatur in l. filiusfamiliàs. §. veterani. de procura. cū ibi no. per Bar. vbi vult, ꝙ quando quis non potest esse in iudicio pro se nec pro alio, & sic in totum est inhabilis, ꝙ tunc processus est ipso iure nullus, etiam parte non opponente, quia deficiunt substantialia iudicii. Sed quando quis potest esse in iudicio pro alio, & non ꝓ se, vel econtra, tunc ualet processus parte non opponente ante litem contestatam. Multo magis ergo in casu nostro, in quo forensis pro alio potest esse in iudicio, & pro alio vti statutis dictæ ciuitatis. & qui etiam pro se agere potest, uti iure communi in procedendo, debet processus ad eius commodum ualere factus secundum formam statuti, si non excipiatur ab initio. Præterea inquantum statutum dicit, quod Potestas & alii iudices non teneantur, & non debeant ius reddere, &c. debet tamen intelligi parte opponente, per not. per Bart. in l. elegan ter. §. si quis post. de condi. indeb. ubi dicit, ꝙ licet quis ex forma statuti non debeat audiri, valebit tamen processus si nō excipiatur, per tex. in c. 1. de excep. in 6. iuncto. c. intelleximus. de iudi. & idem tenet Card. in cle. constitutionem. §. fin. per illum illum tex. de elec. & Are. in l. cum lege. de testa. & in cap. 1. de accu. quando sumus in ciuilibus quamuis aliqui in hoc teneāt cōtrarium, de quo per Imo. & Ale. in l. 1. §. sublata. ad Treb. tamē præcedens opinio ur̃ uerior in his terminis, & quæ probatur ex no. per Bar. in d. §. veterani. Ex quib. colligitur responsio ad rationem tenentium contrarium. dum dicunt, ꝙ processus nō ualet, quia persona actoris est inhabilitata, qm̄ hoc procedit, quando quis non pro se, nec pro alio debet audiri. Et isto casu verificatur opinio contraria. Sed quando non est persona in totum inhabilitata, tunc procedere potest opinio Bar. & dicta exceptio, tu non debes audiri, tanquam dilatoria debet opponi ante litem contestatam ſm Abb. in c. 2. de ope. no. nun. qui loquitur, quando statutum loquitur, ꝙ quis non audiatur. Et sic præsupponit etiam ipse, quòd non repellatur ipso iure, sed ope exceptionis. Et idem tenet Anto. de Butr. in c. sedes. de rescr. & Barto. in leg. hos accusare. in princip. & in l. 1. de accus. & in l. prima §. accusationem. ad Turpi. Quamuis etiam Barto. in hoc aliter dicere uideatur in §. si quis post. Et ita in prædictis concludendum puto. Laus Deo.

¶ Priuilegium aliquod quādo per aliud, & quibus clausulis tolli dicatur.

SVMMARIVM.

1. *Priuilegium primum habens clausulas derogatorias, de quibus hic, non reuocatur per secundum, nisi de qualitatibus specialis mentio fiat. idem dicendum est in duobus testamentis, & nume ro 8.*
2. *Priuilegium motu proprio concessum an tollat primū etiam habens clausulam derogatoriam.*
3. *Motus proprius tertio præiudicare non debet.*
4. *Clausula generalis, non obstantib. &c. apposita in lege communi tollit priuilegia concessa priuatis personis.*
5. *Priuilegium in fauorem concessum constitutio dici potest.*
6. *Derogatio priuilegij facta dicitur, si de mente derogautis cōstare possit, licet sufficiens uerbalis derogatio in secundis literis apposita minime fuerit.*
7. *Paria sunt, quod aliquid sufficienter exprimatur, uel quod Papa uelit illud pro expresso haberi.*
9. *Reuocatio priuilegiorum odiosa non extenditur.*
10. *Sententia lata contra maiorem partem confraternitatis alicuius præsentem, non præiudicat fratribus absentibus.*
11. *Priuilegio per actum contrarium renunciatum dicitur, quando faciens actum potuit priuilegio renunciare.*
12. *Priuilegium concessum fabricæ sancti Petronij Bononiæ, quod de quibuscunque relictis ad pias causas duo solidi pro libra ei soluatur, non includit relicta facta pro fabrica alteri ecclesiæ, uel pro cereis, & missis.*
13. *Clausula, non obstantib. priuilegijs, intelligitur de non insertis in corpore iuris.*

CONSILIVM CCXXVIII.

CIRCA casum de quo quæritur, omissis argumētis ad partes, & alijs superfluis, est in primis uidendum nunquid priuilegiū Martini cōcessum fratribus sanctæ Mariæ sit reuocatū per alia priuilegia concessa fabricę sancti Petronij, & quia hoc pendet ex clausulis positis in priuilegijs, considerandū est, ꝙ post immunitatem cōcesā dictis fratribus in ampla forma, subijcit hæc clausula, videlicet, nec ad solutionem seu præstationem huiusmodi per literas apostolicas, quasuis in se derogatorias clausulas continentes, ac de præsentib. & eorum totis tenoribus plenam, & expressam, ac de verbo ad uerbum mentionem non facientes, compelli posse, seu ēt coarctari, &c. per hęc aūt uerba derogatur nedū literis contrarijs, & reuocationi faciendæ in illis, sed ēt vniuersaliter derogatur clausulis derogatorijs apponendis in dictis literis reuocatorijs, dum dr̃, quasuis in se clausulas 1 derogatorias continentes, &c. Quia † ergo, vt dictum est, per istud priuilegiū Martini præcedēs derogatur nedum reuocationi faciendæ. sed ēt quibusuis derogatorijs appositis in dicta reuocatione, & sic in hoc priuilegio continentur duæ qualitates hoc est, duæ derogationes, quarum altera est derogatoria totalis rescripti sequentis, quod non vult valere, nisi de uerbo ad uerbum sit facta mentio primi, & alia est derogatoria, non quidem totalis rescripti secundi, sed quorundam verborum, scilicet derogatiuorum ad primū. Ad hoc ergo, ut primum tollatur, necesse est facere mentionem specialem dictarum qualitatum. l. si quis in principio testamenti. de le. 3. & no. gl. & Do. in l. si mihi & tibi. §. in legatis. de le. 1. cum cōcor. de quibus ibi. & per Bar. in extrauag. ad reprimendum. in ver. non obstantibus, & in l. fi. C. si contra ius vel vtil. pub. & in specie ac propriè in casu nostro hoc uoluit Bart. in d. l. si quis in principio testamenti. col. 4. ver. quæro quid si verba derogatoria, &c. ubi dicit quod si primum testamentum continet clausulam derogatoriā secundi, s. ꝙ non ualeat nisi seruata certa solennitate, itē contineat aliam derogatoriam derogatoriæ, uidelicet, ꝙ ēt si in secūdo contineantur verba derogatoria illius clausulæ, non uult ea ualere, quod nihilo minus valeat testamentum ſm si in eo fiat mantio qualitatis primi, ꝙ est intelligendum, id est utriusque qualitatis seu clausulæ, ut saltem dicatur in secundo hoc mō, videlicet, non obstante quocunq. testō, in quo cōtineatur, ꝙ reuocari non possit per aliud testamentum, nisi seruata certa

ta solennitate, quia per hoc dicitur facta mentio de prima qualitate, & ét dicatur, si in eo contineatur, ꝙ si in secūdo testamēto contineretur reuocatio dictæ clausulæ, ꝙ non uult talem reuocationem ualere. vel si ét in eo continerentur uerba reuocatoria dictorum uerborū derogatiuorū, quia tunc diceretur facta mentio de secunda. Et ita uerba in loco prædicto declarat Pau. de Cast. in cōsi. 55. inci. Passus iste, & in fi. & idē ét dixerat paulo ante in d. consi. & idē ét probatur ex no. per Pau. de Cas. in auth. hoc inter liberos. C. de testa. ubi dicit, ꝙ si in testamento condito inter liberos, ꝙ habet in se tacitam clausulam derogatoriam ad sequentia, ut ibi in tex. apponatur ét expresse clausula derogatoria, ꝙ in sequenti testō dēt fieri specialis mentio de utraq. derogatione, s. tacita & expressa. Est ergo uidendum, an huic priuilegio Martini concesso dictis fratribus sit sufficiēter derogatum, & dicitur ex aduerso, quod sic ex pluribus, &

2 primo, quia † priuilegium primum Nicolai fuit dictæ fabricæ concessum motu proprio, quo casu tollitur primum, etiam habens clausulam derogatoriam, ꝰm Ro. in cons. 327. Istæ sunt rationes, &c. & Moder. in c. accedentes. de præscr. & in c. nonnulli. de rescr. quæ ratio, iudicio meo, non est congrua, & primo, quia Roma. loquitur, quando in secundo priuilegio, uel rescripto est etiam apposita generalis derogatio ad pręcedentia, & ideo solus motus proprius non sufficeret sine derogatione, sal

3 tem generali. Quia motus proprius † non præiudicat tertio, secundum Imo. post Cald. in c. mandatum. de rescr. ubi dicit, qđ non facit impetrantem præferri primo, nisi de illo fiat mentio, & idem uult in c. constitus. eo. tit. & Domi. post Io. de Ligna. in c. si propter. eo. tit. in 6. & quam derogationem non inuenio in dicto primo priuilegio Nicolai, & ubi etiam in illo inserta esset nihilo minus in casu nostro nihil operaretur, & pro nón approbata haberetur, quia illi derogatum est ex priuilegio Martini, in quo specialiter, ut dictum ē, derogatur uerbis derogatorijs appositis in literis sequētib. reuocatorijs, & ꝑpea motus ꝓprius remanet sine aliqua derogatione, qui, ut dictum est, solus non operatur effectum, de quo agitur. Dictum ergo Romani posset esse verum, quando in præcedentib. est solum clausula derogatoria reuocationis, & totalis rescripti sequentis, quia tunc non intelligitur derogatum clausulis derogatorijs. Sed ubi illis derogatur specialiter & expresse, sicut in casu nostro, nihil operatur sequens generalis derogatio, & solus motus proprius non tollit priuilegium pręcedens, de quo nō sit facta mentio, etiam si clausulam derogatoriam non haberet, ꝰm Doct. in locis præallega. & multo minus, quando illam continet. Nec etiam dictū Romani uidetur in se verum, & cōtrarium sentit clare Pau. de Cast. in d. consi. 55. in prin. uers. secundo est notandum, &c. dū

4 dicit, quod clausula † generalis, non obstantibus, &c. quæ apponitur in lege communi, tollit priuilegia concessa priuatis personis, iuxta clem. 1. in fi. de sepul. & c. alma. de sen. excom. in 6. & c. 2. de præb. eo. li. & hoc ea ratione, quia legem communem facit princeps motu proprio, & pro publica utilitate, unde videtur de facili contra priuatas leges seu priuilegia disponere, cum publica utilitas præferatur priuatæ, & dicit hoc esse de mente Barto. in extrauagan. ad reprimen. in uer. non obstantibus in prin. & sic præsupponit, quod motus proprius, & derogatio generalis non sufficiat, nisi constitutio sequens etiam ad utilitatem publicam tendat, & istud etiam magis ponderat, ut patet ex ratione illa, quam assignat. Secunda ratio, per quam reuocatum dicitur priuilegium Martini, est, quia secundum priuilegium est concessum per uiam legis, ideo tollit primum habēs etiam clausulam derogatoriam. Ad hoc allegatur Cald. cōs. 11. sub rub. de priuil. cum quo mod. transeunt in d. ca. accedentes. de præscript. Sed nec ista est sufficiens ratio, quia hoc priuilegium concessum dictæ fabricæ non habet uim legis, ex quo non est generale, sed certo loco uel certæ personæ repræsentatæ concessum. leg. prima, ff. de consti. princ. & le. 3. C. de legi. tunc, enim diceretur priuilegium concedi per uiam legis, quando esset generale, ut no. in auth. quas actiones. & ibi per Bar. C. de sacrosan. eccle. Nec ob. illa clausula, s. nulli ergo hominum liceat, &c. quia ista prohibitio, quamuis sit generalis, non est tamen facta ad publicam, & uniuersalem utilitatē, sed in fauorem certæ personæ, & in cōsequentiā cōcessionis particularis, & nō generalis, ideo non dicitur lex, sed priuilegium simplex, ex quo principaliter continet concessionem in fauorem certæ ꝑsonæ repræsentatę. d. l. 1. & d. l. 3. C. de legi. & ibi etiam per Baldum loquitur de statuto condito in fauorem certæ personæ. Nec etiam ob. ꝙ in d. uer. huiusmodi concessio appelletur con

5 stitutio. Quia † omne priuilegium concessum in fauorem certæ personæ, dr̃ etiam constitutio. dict. l. 1. ff. de const. prin. Sed quia, vt ibi dr̃, est personalis, & non generalis, & non est lex. d. l. 1. Nec isto casu loquitur Cal. sed de lege communi habente clausulam generalem derogatorium ad priuilegia. Et sic præsupponit, ꝙ non tollantur etiam per legem simpliciter, sed ꝙ sit etiam necessaria clausula, saltem generalis derogatoria, quæ licet in casu nostro interuenisset, tamen quia hoc priuilegium in fauorem certæ ecclesiæ est concessum, lex dici non potest, & nihil operatur ad derogationem alterius priuilegij, per prędicta, & ut colligitur ex ratione Pau. de Cast. in d. consi. 55. Tertio dr̃, ꝙ priuilegium Martini est reuocatū per illud, quod est dictæ fabricæ concessum, quia in totum priori non derogat, sed pro parte, & sic illud limitat, nō autem tollit in totum, quo casu ualet ꝰm, non facta mentione primi c. dudum. & c. quamuis, de præb. in 6. & no. Doc. in c. 1. de rescript. Quæ etiam rō parum vr̃ facere ad propositum, qa ꝑdicta nō loquūtur, nec locū habent, qñ priuilegium ꝑcedens hēt clausulam derogatoriam ad sequētia. Sed vbi dicta clausula est apposita, sicut in casu nostro tunc per ultimum non tollitur primum, neque minuitur, si prædictæ clausulæ spāliter non derogetur, & hoc, quia derogatio præcedens facit abesse consensum in sequenti. d. l. si quis in princ. testamenti. de le. 3. & l. qui in aliena. §. Celsus. de acq. hæ. & l. at si quis. §. pleriq. de reli. & sump. fune. Quarto, ad derogationem dicti priuilegij Martini adducitur alia rō, s. ꝙ in vltimo priuilegio Nicolai concesso dictæ fabricæ sunt verba sufficientia ad tollendum derogationem prioris priuilegij. Qm̃ ad tollendam altercationem ortam, an per sua priuilegia concessa dictæ fabricę intelligeretur derogatum illis concessionib. immunitatum, in quib. est expressum, ꝙ earum effectus non tolleretur per quascunque reuocationes sub quacunque forma uerborum conceptas, nisi specialis, specifica, & expressa mētio de

6 verbo ad verbum de illis fieret. Nicolaus † in dicto suo priuilegio declarat intentionis suæ fuisse, & eē per reuocatorias literas antedictas fabricæ dictæ ecclesiæ concessas, concessiones, & indulta exemptionum quibusuis personis seu locis facta, & concessa reuocare, cassare, & annullare, non ob. ꝙ in lr̃is fabricę concessis hmōi ad derogandum concessionibus ecclesijs, & aliis locis pręd[i]ctis sufficiens verborum expressio apposita non fuerit, cæterisque contrariis quibuscunque, &c. Quia igit̃ ex tali declaratione Papę incipit esse certum, ꝙ uult esset derogatum dictis immunitatibus quāuis sufficiens derogatio in literis fabricæ concessis non sit apposita, de alia speciali derogatione non est curandum, quia illa solet esse necessaria ad uoluntatis, & intentionis declarationē. Iō rei demonstratæ frustra adijcit̃ demonstratio. l. 1. in fi. de dote præleg. Paria † enim sunt, ꝙ

7 aliquid exprimatur sufficienter, uel ꝙ Papa uelit illud haberi pro expresso, sicut voluisse videtur in casu nostro, & prout ex dicta declaratione colligitur. l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. anno. vbi Ang. dicit eē meliorem tex. de corpore iuris. Et idem uult. Bal. in tit. de pace Constantiæ. in uer. non obstantib. & in l. dius. §. licet de iure codicil. & in l. sed & si quis. §. quæsitum. si quis cautio. & probatur in c. j. de transac. & ibi no. & in c. illa. de ele. & per Ant. de But. in consi. 2. vbi etiam dicit eē de stylo curiæ, apponere illam clausulam, non obstantib. priuilegijs, ēt si eēt talia, de quib. deberet fieri mentio de uerbo ad uerbum. Et ista uerba, secundum eum æquipollent expressioni, de uerbo ad uerbum. Et comprobatur ex no. per Ant. de But. & Are. in c. j. de rescrip. ubi dicunt, ꝙ illa clausula, s. non obstante lege in contrarium faciente, etiam de ipsa oporteret facere specialē mentionem, sufficit ad derogandum legi cōtrarię habenti clausulam derogatoriam. Et hoc uidetur Bar. velle in d. l. si quis in principio testamenti, & Abb. in c. cū instantia. de censi. Sed nec ista responsio, iudicio meo, est sufficiens in proposito. Et quāuis circa prædicta multa dici pn̄t contra, illa tamen prætermitto, quia hmōi disputatio non est necessaria in casu nostro, in quo, ut dixi, est specialiter aduertendū, quia in priuilegio Martini ponitur derogatio non solum totalis sequentis priuilegij, sed etiam derogatur sequenti derogationi appositę in alio priui

8 legio reuocatorio. † Vnde ad hoc ut tollatur primum, debuit

fieri

fieri spãlis mẽtio utriusq. qualitatis hoc ẽ, primæ & secũdæ derogatiõis positæ ĩ dicto priuilegio Martini, ꝭm Pa. de Ca. ĩ d. cõs. 55. ex intẽtiõe Bar. q̃ declarat: d.l. si q̃s ĩ pricipio testi, & ĩ hoc nullus cõtradicit, ꝙ vtiq. in casu nr̃o factũ nõ reperitur. Nã Papa suã intentionẽ & mentẽ declarat super eo, de quo erat orta controuersia, vt colligitur ex illis verbis. s. cupientes igitur altercationib. hmõi finẽ imponere, p̃sentium serie declaramus &c. Altercatio aũt orta erat, vt in p̃cedentib. declaratur, an diceren tur reuocata priuilegia, in quibus erat illa clausula, ꝙ immunitas concessa per quascunq; reuocationes sub quacũque forma verborũ cõceptas literas concessionis effectus nõ minuatur, nisi de verbo ad verbum &c. Vnde declarat Papa, intẽtionis suæ fuisse, ꝙ priuilegia concessa cũ dicta clausula, intelligantur reuocata, & hoc non negatur. Sed dr̃, ꝙ priuilegium Martini nõ est de illis, quia in illo continetur, & est inserta alia clausula derogatoria efficacior, & effectu diuersa ab illa, super qua emanauit dicta declaratio Nicolai. Quoniam, vt dixi, in † priuilegio Martini nedum derogatur totalitati priuilegij contrarij, sed ẽt specialiter quibuscunque verbis derogatorijs in illo apponendis: sicuti constat ex illis verbis. videlicet, quasuis in se clausulas derogatorias continentes &c. Et quia de sequentib. clausulis derogatorijs specialiter est facta mentio, illis censetur esse sufficienter derogatum, per ea, quæ hn̄r in d.l. si mihi & tibi. §. in legatis. & in d.l. si quis in principio testi. Et ex hoc sequitur, vt ẽt tactum est, ꝙ ad hoc, vt priuilegium Martini dicatur reuocatum, ꝙ oportet specialiter in sequenti facere specialem mentionem de duplici derogatione Martini, hoc est, de illa, quæ tẽdit ad derogandum actui, & de illa, quæ derogat clausulis derogatorijs, ꝭm Pau. de Cast. in consi. allegato ex mente Bart. in d.l. si quis in principio testi. Sed non est sic in alijs priuilegijs, super quib. a Nicolao est facta declaratio. Quia licet declaret voluisse reuocare priuilegia, in quibus est clausula illa derogatoria, s. sub quacunque forma verborum concessas reuocationes &c. super qua erat orta contentio: ista tamen est diuersa effectu a clausula prædicta, de qua in priuilegio Martini, quia ista nõ derogat specialiter sequentib. clausulis derogatorijs, sed solum generaliter per dicta verba, sub quacunque forma verborũ cõcessas reuocationes. Solum ergo per verba generalia clausulis derogatorijs apponendis in sequentibus concessionib. est derogatum, & non specialiter: quia de derogatorijs clausulis in specie non est facta mentio, sed sub quadam generalitate, secundum Bar. in d.l. si quis in principio. & in extrauag. ad reprimen. in ver. non obstantib. &c. & in l. fi. C. si contra ius &c. Et ideo per talia verba non est sufficienter derogatum futuræ derogationi: quia sicut clausulæ præcedenti derogatoriæ non dr̃ sufficienter derogatum per sequentia, nisi de illa sit facta mentio specialis, secundum doc. in dictis locis, eadem rõne sequenti derogatoriæ non est satis derogatum per præcedentia, nisi de illa sit facta mentio specialis. Et per hoc sequitur, ꝙ ad istorum priuilegiorum reuocationem sufficit mentionem facere de vna solum derogatione in illis apposita & non de duab. ꝙ est secus quantum ad reuocationem priuilegij Martini, vt dictum est. Cum igitur declaratio Nicolai sit super priuilegijs habentibus aliam clausulam & in effectu diuersam ab illa, quæ reperitur de scripta in priuilegio Martini: sequitur, ꝙ prædicta declaratio non includit dictum priuilegium Martini, & ꝙ de illo non loquitur, nec ad illud extenditur, cum sit restricta ad certam formam literarum, ar. l. si vnus. §. ante omnia. de pac. Et per hoc cessant oĩa in contrarium allegata, quia ẽt si sint in se vera, locum non habent isto casu, in quo declaratio est circa aliud, & nõ circa illud, de quo agitur. Et quia, iudicio meo, ista est clara r̃nsio bene intellecta, ideo aliter non est necesse disputare de veritate eorum, quæ allegantur in contrarium, circa quæ multa dici possent. Quinto dr̃, priuilegium Martini esse reuocatum ex coniecturata mente Pontificis quæ debet attendi. c. quanto, & c. accepimus. de priuileg. quæ colligi dr̃ ex eo, ꝙ Papa per sua priuilegia derogauit exemptioni aliorum mendicantium, in quibus viget maior mendicitas. Ideo multo magis intelligitur voluisse derogare istis, qui minus mendicare coguntur. Sed huiusmodi ratio etiam facile tollitur, quia immo ex clausulis derogatorijs Martini apparet de mente contraria Pontificis. d.l. qui in aliena. §. Celsus. & sic ꝙ voluit priuilegium hoc esse perpetuum, vt ẽt in dictis literis exprimitur & continetur, & quia priuilegiũ Martini potuit ex alia cã, quam mendicitatis, puta p̱p laudabilem normam viuendi, vel ex alijs meritis concedi, prout colligi põt ex proœmio, qđ non vidi: quia integrũ priuilegiũ non fuit exhibitũ. Et quãuis ẽt dictum priuilegium Martini ex eadem cã fuisset concessum, ex qua alijs ẽt fuit datum, nihil ominus hoc casu extensio ex identitate rõnis non haberet locum d. §. ante oĩa. Et quia talis reuocatio est odiosa, iõ extendi non dẽt ad aliã religionẽ ex rõnis identitate, sicut nec dispensatio p̃t extendi, ẽt ex maioritate rõnis, quia est odiosa ꝭm Host. & doc. in c. postulasti. de rescr. & Io. And. in regula, q̃ a iure. de reg. iur. in 6. Et ex his sequitur, ꝙ priuilegium Martini non censetur reuocatum per aliqđ priuilegium Nicolai concessum dictæ fabricæ, non ob. oĩb. q̃ circa hoc allegantur in contrarium. Non ob. ẽt sñia lata contra fratres mendicantes in fauorem dictæ fabricæ ex

10 delegatione Xysti, quia † quò ad istos fratres S. Mariæ non valuit, quia illis non citatis nec vocatis lata fuit. l. de vnoquoque. de re iud. Et quamuis dicatur, ꝙ sufficit, maiorem partem mendicantium fuisse citatã, quamuis ad oẽs, vt ad singulos, negotiũ pertineat, per aliqua, de quib. per doc. in c. cum omnes. de constitu. tamen hæc oĩa de directo sunt contra casum. d.l. de vnoquoque. vbi tex. proprie loquitur q̃n litigabatur cum plurib. & dicit sententiam esse ferendam p̃sentib. oĩb. quos cã contingit, & aliter iudicium prolatum non tenet. Et idem ẽt probatur in l. 1. C. de consorti. eiusdem litis. Et allegata in contrarium, quæ aliter non refero, faciunt satis a longè, quia loquuntur, & procedunt in actu extraiudiciali facto occasione rei, vel debiti cõmunis inter plures, & quidẽ specialiter, & ex certis causis, quæ locum non habent in casu nr̃o, & quæ illi non conueniunt. Nõ autem in actu iudiciali, in quo clarè decisum est, ꝙ non sufficit presentia maioris partis quo ad præiudicium absentium, sed ꝙ iudicium quo ad illos non valet. d. l. de unoquoque. & facit l. non idcirco. de iud. & tanto magis, quia licet causa sit commissa contra omnes mendicantes simul, tñ non est circa debitum inter eos commune, sed pro debito cuiuslibet religionis. Quo casu ẽt non loquuntur doc. allegati, sed, vt dixi, quando a maiori parte fuit aliquid gestum circa rem inter illos cõem. Nec ob. l. maiorem. de pac. quia illud in fauorem liberationis, & ex aliis ẽt simul concurrentib. de quib. ibi p̱ gl. & Bar. quæ in casu nr̃o non interueniunt. Et quamuis ẽt Xystus Legato mandet, ꝙ cõpellat mendicantes ad soluendum, si sibi cõstiterit ante exẽptionem ab eo concessam illos soluere consueuisse, nihilominus p̱ hoc dicti fratres ad hoc compelli non debuissent, etiam si vocati fuissent, nec ẽt in futurum ad id compelli potuerunt, quãuis etiam constaret, & probari posset, ꝙ aliquando soluissent.

11 Quia † quamuis per actum contrarium priuilegio dicatur & intelligatur illi renunciatum regulariter, iuxta no. per doc. in c. cum accessissent. de const. hoc tamen locum habet, quando ille, qui soluit, habuit potestatem renunciandi priuilegio, aliàs secus. Et ideo si priuilegium sit ecclesiæ concessum, sicut in casu nostro, & p̃sonæ ecclesiasticæ cõtraueniant priuilegio, ecclesia illud non amittit, nisi præscriptione 40. annorum, vt est casus, & ibi no. oẽs. in c. accedentibus. de priuileg. Et propterea licet prior dicti monasterij, quandoque soluisset, quia tamen ecclesiæ fuit hoc priuilegium concessum, vt patet ex tenore eius, ecclesia illud non potuit amittere, & vbi ẽt ecclesię, & personis mixtim fuisset concessum, quo casu, secundum Ant. & Imo. in d. c. cum accessissent. perditur in totum, per illum tex. quia cum sit personis, non vt singulis, sed vt vniuersis concessum, non potuit solus prior tractatu non præcedente in hoc vniuersitati præiudicare, iuxta no. in d. c. cum oẽs. & hoc ea rõne, quia non præiudicatur ecclesiæ. Et ita ẽt concludit Fel. in d. c. cum accessissent. in vlt. char. & in 3. limitatione, ad dictam regulam, & nisi per 40. annos fuisset semper solutum, quia tunc p̱ p̃scriptionẽ posset dici sublatum. d. c. accedentib. & de hac cõsuetudine soluendi, s. p̃scripta dicto tempore loquitur Xystus, & eius cõmissio intelligitur, iuxta no. in c. fin. de consue. quia verba eius recipiunt interpretationem, & declarationem a iure cõi. c. cum dilectus. de cõsue. & l. si serui vestri. C. de noxa. Et iõ si intra dictũ tp̃s q̃nque ẽt non soluerunt, interrupta fuit p̃scriptio, sicut ẽt per vnicũ actũ contrariũ interrũpitur cõsuetudo cõtraria, ꝭm doct. in d. c. fi. de cõsue. & vbi ẽt cõtinue per annos 40. fuisset solutum, adhuc tñ isto casu priuilegium hoc non esset sublatum p̱p clausulam decreti, de qua in eo circa fi. dum dr̃, insuper

super ex nunc irritum decernimus & inane, si secus super his a quoquam quamuis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari, &c. Nam ubi talis clausula est in priuilegio, tūc neque per contrauentionem, neque per prescriptionem amittitur, s̄m Arch. no. cū quo transit Io. And. & Dom. in c. cum de beneficio. de præb. in 6. & Fel. in loco præalle. in quinta limitatione. Sed dato etiam, ꝙ priuilegium Martini dictis fratrib. concessum dici posset reuocatum, 22 † nihilo minus priuilegium Sancti Petronij, vt de quibuscunque relictis ad pias causas percipiat duos solidos pro libra, non includit, ut aliàs dixi, relicta facta pro fabrica ecclesiæ, vel pro cereis aut missis, sicut de huiusmodi relictis quarta, quæ debetur episcopo & ecclesiæ parochiali, iuxta ea quæ habentur in c. conquerente. de offic. ord. & in c. officij. & in c. requisisti, de test. non detrahitur c. fi. & ibi p omnes. de test. & c. ex parte. de uerb. sign. vnde dictum priuilegium concessum fabricæ S. Petronii tanquam recipiens interpretationem a iure communi. d. l. si serui uestri. C. de noxal. & d. c. cum dilectus, de consue. restringi debet, vt dictos casus nō includat. Et hoc confirmatur, quia quòd de dictis relictis, & de alijs ad cultum diuinum factis nihil detrahatur, sed integre & sine ulla diminutione retineantur in priuilegium contra ius commune est concessum ecclesijs, quib. relinquitur, & quia insertum est in corpore iuris, non præsumitur Papa tali priuilegio uoluisse derogare, quamuis etiam utatur clausula non obstantib. priuilegijs. 23 Quia † intelligitur de non insertis in corpore iuris, secundum gl. Bar. & Doct. in auth. qua in prouincia. vbi de crimi. agi potest, & gl. in l. 2. §. omnes. & ibi no. Pa. de Ca. de iud. & gl. & Bar. in l. hæres absens. de iudi. & Bar. in extraua. ad reprimendum. in uer. non obstantibus Pau. de Cast. in l. 1. in in princ. de legi. Nec obst. quòd priuilegium fabricæ loquatur uniuersaliter de quibuscunque relictis, quia cum contineat noui iuris concessionem, restringitur eo modo, quo dictum est, per not. per Iac. de Are. Bar. & alios in l. 1. §. nunciatio. de ope. no. nun. & præsertim cum tendat in præiudicium tertij, secundum Old. consi. 248. Quæstio est, utrum, &c. Nec obst. dum ad hoc respondetur, ꝙ priuilegium, de quo in d. c. fi. & in d. ca. ex parte. est generale quo ad omnes ecclesias, & hoc, quod cōcessum est dictæ fabricæ, est speciale, ideo illud debet præferri. c. j. cum ibi no. de rescr. Quoniam aduertendum est, ꝙ licet priuilegium dictæ fabricæ sit magis speciale respectu loci, quia illi loco tantum est concessum, respectu tamen relictorum est magis generale, quia concessa est detractio de relictis quibuscunque ad pias causas, & illam prohibet priuilegium, de quo in d. c. fi. solum de certis pijs relictis, puta, de factis pro fabrica ecclesiæ, pro missis, cereis, & alijs ad cultum diuinum deputatis. Et sic quantum ad hoc est magis speciale, & maior specialitas respectu relictorum debet magis attendi, quam specialitas loci, quia maior vtilitas, & euidentior resultat, si specialitas relictorum attendatur, quam si attenderetur specialitas loci, quoniam quòd legata facta ecclesijs pro fabrica, pro cereis, & missis, &c. non minuuntur, prodest omnibus ecclesijs diœcesis Bononiensi, & constructioni seu reparationi, omnium ecclesiarum prouidetur, & cultus diuinus magis augetur. Sed attenta specialitate loci, prouidetur solum ecclesiæ S. Petronij, & eius fabricæ, ideo precedens specialitas tanquam benignior debet præferri, ut no. concludit Bar. in d. ver. non obstantib. &c. vbi concludit, ꝙ si concurrant duæ dispositiones, quarum altera sit magis specialis respectu personæ, & magis generalis respectu causæ, & altera sit magis specialis respectu causæ, & generalior respectu personæ, quod illa specialitas præfertur, tanquam benignior, ex qua maior utilitas resultat, ut late probat & declarat. & idem tenet Ro. in leg. j. §. 1. de ope. no. nun. cum concordantibus de quibus ibi per Alex. & per eum post Imo. in leg. Gallus. §. ille casus. de lib. & posthu. & in leg. Titiæ textores. de leg. j. Et ista est clara, & uera responsio. Vnde cum priuilegium iuris communis, de quo in d. c. fi. sit fauorabile respectu fabricæ, quia per illud prouidetur fabricis omnium ecclesiarum, ut dixi, ideo præfertur priuilegio fabricæ sancti Petronij, prout etiam dicit Bar. in auth. quas actiones. C. de sacr. san. eccle. Potest etiam dici, licet speciale priuilegium deroget generali, per no. per Doct. in d. c. j. de rescrip. ꝙ tamen locum non habeat quo ad priuilegium insertum in corpore iuris, qa sicut expressa derogatio etiam legis non refertur ad illud, ut in locis præallegatis, & tamen talis derogatio legis tollit alia priuilegia non inserta in corpore iuris. d. clem. 1. in fin. de sepult. & in c. alma. de sent. excom. in 6. & in c. 2. de præb. eo. li. multo minus priuilegium in corpore iuris clausum debet tolli per derogationem tacitam, quæ inesse dicitur priuilegio speciali, & propter quam tacitam derogationem priuilegium speciale præfertur, ut in regula, generi. de regulis iuris. in 6. & le. sanctio legum, de pœ. & tanto magis, quia cum prohibitione, de qua in d. cap. fin. quo ad istos fratres concurrit etiam alia prohibitio, de qua in priuilegio Martini. Cum igitur quod ad eos duplex prohibitio concurrat, speciale priuilegium hoc casu saltem non tollit aliud priuilegium, etiam si esset generale, quia ubi cum prohibitione legis concurrit prohibitio hominis, tunc indistinctè habet locum prohibitio, & sic etiam in casibus specialibus in quib. nō solet locum habere simplex, & unica prohibitio, ut probatur in §. sanctissimas. in authen. de non alie. & no. in c. uerum. de condi. appo. & probatur in l. 2. C. de vsuca. pro emp. inducendo illam, ut per Bar. in l. filiusfamiliàs. §. diui de leg. 1. & ibi Imo. & Alex. cum concor. de quibus ibi per eum in 2. col. Sic igitur licet priuilegiū speciale tolleret etiam priuilegium concessum a iure communi, licet regulariter non tollatur ut dictum est, tamen a regula etiam dicto casu non receditur, sed ille casus sub regula continētur, quando cum prohibitione legis facta in priuilegium concurrit etiā prohibitio hominis, ut in casu nr̄o. Et ita concludo. Laus Deo.

¶ Priuilegium an possit alicui concedi in præiudicium tertij absentis & non citati.

SVMMARIVM.

1 *Concedens priuilegium, illud potest ex causa reipublicæ reuocare, & num. 13.*
2 *Princeps concedens priuilegium cum clausula, ex certa scientia videtur uoluisse uti suprema potestate, etiam in præiudiciū tertij, idem dico, si apponat clausulam, non obstantibus.*
3 *Priuilegium, quod non pendet a sola uoluntate concedentis, reuocari non potest.*
4 *Inferior a principe ius alteri quæsitum auferre non potest.*
5 *Legatus Papæ ius alterius auferre non potest.*
6 *Primum rescriptum impetratum de consensu partium per secūdum non tollitur, nisi de eo consensu sit facta mentio.*
7 *Clausula, motu proprio, non præiudicat tertio.*
8 *Secūdum rescriptum subreptitium uidetur, nisi de processu præcedenti facta sit specialis mentio.*
9 *Clausulæ derogatoriæ priuilegiorum præcedentium, ad illa priuilegia referri non debent, quandiu obseruata fuerunt, de quibus non habita fuit mentio in secundis literis.*
10 *Citatio partis requiritur, quando priuilegium etiā per Papam restringitur, uel modificatur, scilicet duobus casibus.*
11 *Clausula, supplentes, &c. posita in priuilegij confirmatione, non tollit citationis defectum.*
12 *Papa de plenitudine potestatis non potest procedere parte non citata.*

CONSILIVM CCXXIX.

VISA licentia concessa per magnificos dominos de regimine, confirmata etiam per reuerendissimum dominum Legatum, ac etiam per Christum summum Pontificem in ampla forma do. Bartholomæo construendi molendinum, cum hoc quòd omnes tam clerici seu religiosi, & religiosę, quā laici ciues comitatiui, & habitatores ciuitatis Guardię, & comitatus Bononiæ exempti, & non exempti accedere possint ad macinandum ad dictum molendinum, ad quod macinandi causa ex ciuitate, comitatu, & districtu, & ex quocunq. alio loco liberè, & absque ullo impedimento portari possit frumentum, & omne aliud genus bladorum, &c. Vnde stante tali decreto seu priuilegio quæritur, utrum per dictos dominos magnificos quadraginta potuerit ordinari in præiudicium filij, & hæredis dicti domini Bartholomęi, quòd pistores dictę ciuitatis non possint accedere ad macinandum frumentum extra ciuitatem, accedente præsertim confirmatione dicti reuerendissimi do-

mini Legati ac etiam sedis Apostolicæ. Et prima facie videtur 1 dicendum ꝙ † sic, quia simplex priuilegium concessum subdito per decuriones ciuitatis potest reuocari etiam solum p eosdesmet causa concernente rem publicam, seu propter publicā utilitatem, & ex qua etiam causa reuocatum fuit decretum in hac parte ex dicta causa, vt est expressum in l. quod semel. C. de decre. ab ord. facien. & ibi per Bar. & per quem tex. dicit Ang. in l. 2. de his qui sunt sui vel alieni iur. quòd decretum etiam si transiuit in contractum, potest ex dicta causa reipublicæ reuocari, & dicit etiam Bal. in l. fin. de sena. quod princeps ex causa potest a suo contractu discedere. Et idem uult Anto. de But. & Imo. in c. cum M. de consti. Et faciunt no. per Doct. in c. quæ in ecclesiarum. de consti. & per Bar. in l. fin. C. si contra ius uel uti. pub. & Cy. & Bald. in l. rescripta. C. de precib. Impe. offe. vbi volunt, ꝙ in iure quæsito de iure gentium nō possit princeps præiudicare sine causa, per l. item si verberatum. §. j. de rei ven. & in l. Lucius. de euic. & per Ang. in l. 2. per illum tex. & in l. bene a Zenone. de quadr. præscr. & a quo contractu princeps sine dicta causa recedere non posset. c. j. de proba. & per no. per Cy. & Bal. in l. digna uox. C. de legi. & etiam simplex priuilegiū a principe concessum potest per concedentem etiam sine causa reuocari, secundum gloss. in capitu. decet. de reg. iur. in 6. & Anto. de But. Car. & Abb. in c. nouit. de iud. per c. in nostra. de iniu. & ibi idem etiam uult Ant. de But. & Bal. in ti. de pace Cōstan. in omnibus tanto magis ergo hoc fieri potest ex iusta causa, vt dixi, & de qua constat ex assertione summi Pontificis, & aliorum prædictorum, cui hoc est credendum per no. per glo. in cle. j. de prob. & per prædicta ita tenet in specie Alex. in consil. 101. j. uolum. & in consi. 217. Nec arguendi sumus, &c. 2. vo 2 lum. & in quibus etiam consiliis vult, quod † per clausulam, ex certa scientia, qua etiam isto casu vtitur summus Pontifex, apparet, quòd ille voluit vti suprema potestate, & tertio præiudicare, per no. per gl. in c. ad hæc. de rescrip. & in c. ex parte. 3. de offi. deleg. & per Old. in consi. 257. Factum tale, &c. & per Bal. in l. eos. C. de app. & Imo. in l. quidam consulebant. de re iud. & idem uult Alex. in l. quanquam. C. de test. mili. & dicta clausula, ex certa sciētia, etiam æquipollet clausulæ de plenitudine potestatis, secundum Abb. in c. cum inter de excep. & in c. cum olim. de re iud. & no. per gl. & Bal. in d. l. eos. & etiam per clausulam illam, non obstante, qua vtitur isto casu princeps, probatur, ꝙ uoluit tertio præiudicare, & uti plenitudine potestatis, s̄m Bal. in l. testamentum. C. de test. & Ant. de But. & Imo. in d. c. quæ in ecclesiarum. & Alex. in d. l. quanquam. & sic ex præmissis constat de potestate, & uoluntate principis in derogando iuri tertij. Sed præmissis non obstantibus contrarium sentio, & uerius esse puto, & præmitto, ꝙ d. D. Bartholomæus emit locum super quo dictum molendinum postea fuit ædificatum, & quem locū non fuisset empturus, si licentiam illud ædificandi cum alijs, de quibus in decreto, & in confirmationib. super inde subsequutis non fuisset habiturus vel obtenturus, ut in themate narratur, quia ergo d. D. Bartholomæus tā in emendo dictum locū, quā in fabricando dictum molendinum fecit multas expensas, non potuit decretum reuocari in totum, nec in parte modificari, p no. p Bal. in l. si cum mihi. ff. de dolo, vbi 3 per illum tex. dicit, ꝙ non pōt reuocari † priuilegiū, qd̄ nō pendet a sola voluntate concedentis, sed ex iure alteri quæsito propter eius factum non pōt reuocari. Et per hoc dicit consuluisse in ciuitate Senarum, ꝙ priuilegium datum quibusdam bannitis, ꝙ possint in ciuitate secure morari, eo ꝙ eorum opera illud commune recuperauerat quoddam castrum, per illum tex. vbi dicitur, ꝙ si permisisti mihi ex fundo tuo lapidem eijcere, vel cretam, aut arenam fodere, & in hanc rem feci expensam, & non patiaris me tollere, teneris actione de dolo, & non ulla alia actione, & hoc. s. ꝙ alia actio non competat, contingit, quia secundum Bal. non resultat ex illa concessione aliquis contractus, ex quo agi possit, sed quia non seruas fidem, teneris de dolo, ut ibi declarat Bald. Idem ergo & in casu nostro, in quo concessa fuit facultas construendi molendinum per dominos de regimine, uel per Legatum illis consentientibus, & cum facultate, ꝙ omnes etiam existentes intra ciuitatē possint ad illud accedere cum frumento ad macinandum, & propter quam concessionem facta fuit magna expensa per dom. Bartholomęum in emendo locum, & in construendo molendinum, & quam aliàs non fuisset facturus, propterea si sibi non seruetur fides, agi potest de dolo contra illos, qui non seruant fidem & per consequens dictum decretum, & priuilegium nō potuit reuocari a magnifico regimine, etiam cum causa, quia 4 inferior † a principe non potest etiam cum dicta causa alteri auferre rem suam, nec in iure quæsito de iure gentium præiudicare, secundum Bald. in l. 2. circa. 8. colu. C. de serui. & aqua. vbi dicit, quod priuilegium principis est, uni auferre, & alteri dare de plenitudine potestatis, & ex hoc infert, ꝙ concessa potestate legitimandi comiti spurios, non tamen per hoc intelligitur data potestas præiudicandi legitimis, uel iuri quæsito, uel radicato alteri, & probatur in l. toties. de pollicita. cum ibi no. per Bart. qui dicit ibi esse casum, quod ciuitas non potest per suum statutum auferre ius alterius, quod est intelligēdum etiam cum causa, ut patet ex his, quæ Bart. ibi dicit in sequentibus & idem uult Barto. in le. Antiochensium. de priui. credi. cum quo transit Anto. de But. & in c. cum omnes. de const. Nō enim potest inferior a principe uti plenitudine potestatis, aut clausula, non obstante. leg. nemo potest. de leg. j. & ibi not. Ange. & reliqui Moderni, cum concordantibus de quibus ibi per Alexan. in j. not. Et ex hoc sequitur per prædicta, quod 5 † Legatus non potuit etiam præiudicare dicto do. Bartholomæo in iure sibi quæsito, & probatur etiam ex no. per gl. magnam in fin. in c. fin. de hæred. in 6. & per no. in clemen. ne Roma. de elec. & istud uult etiam Fed. de Sen. consil. 200. Quod permutatio, &c. ubi uult in specie, quod Legatus Papæ non possit tollere ius alterius, & istud etiam uult Fel. in ca. quæ in ecclesiarum, de consti. colu. 12. Quarta declaratio, &c. qui expresse loquitur, quando inferior cum causa disponit in præiudicium tertij. Nec etiam in generali ptāte concessa Legato uenit, ꝙ possit alteri præiudicare, per nō. per Bart. in d. leg. toties. de pollici. qui vult, ꝙ si ciuitas dedit alicui potestatem statuendi in pertinentibus ad bonum publicum, non censetur dedisse potestatem priuandi quem iure suo, etiam ex causa boni publici, per l. secundam. §. meritò. & §. si quis a principe. ne qd in loco publi. & probatur ex no. per Bal. in d. l. 2. C. de ser. Nō ualuit etiam confirmatio, & noua concessio summi Pontificis contraria priuilegio do. Bartholomæi, quia cum illud fuerit concessum cum præsentia, consensu, & authoritate magnificorum dominorum Antianorum, & Vexilliferri iustitiæ populi, & communis Bononiæ, præsidentium regimini ciuitatis 6 Bononię, & de dicto consensu non sit facta mentio, † confirmatio prædicta, & noua concessio non valuit, per tex. in c. cæterum. de rescri. & ibi not. omnes, quod per secundum rescriptum non reuocatur primum impetratum, de communi consensu partium, nisi de illo consensu sit facta mentio, & hoc cōtingit ex eo, quia fieri debet mentio de omnibus, quæ possunt mouere principem ad derogandum, vel ad difficilius concedēdum. c. postulasti. eod. ti. & quam rationem etiam assignat ad casum istum Car. in consilio 136. Factum tale est, uacantibus, &c. qui etiam loquitur in secunda gratia & per quem text. idē etiam tenet Soc. in consi. 164. Visa bulla Bonifacij, &c. colu. 1. ver. confirmantur etiam præmissa, &c. & quamuis primę concessioni non consenserint illi de molituris & cresimonijs, sed dicti domini Antiani, & Vexillifer, tamen etiam de tali consensu debuit fieri mentio, quia negari non potest, quòd si Papa sciuisset, quod primæ literæ fuissent concessæ cum consensu illorum, qui præsunt regimini ciuitatis, quòd difficilius confirmasset decretum contrarium primo de illorum consensu concesso, & sic militat etiam isto casu ratio, quæ habet locum in casu dicti c. cæterum. & de qua sup. & facit, quod no. gl. in cle. dudum. in uerbo pactū. de sepul. ex qua probatur, ꝙ per clausulam, non obstante, non tollitur dispotio confirmata, & de quo per Rom. in consi. 404. in fi. & consi. 436. & per Alexan. 7 consi. 195. 2. uol. & in consi. 105. 4. uol. Nec etiam † clausula, motu proprio, operatur in præiudicium tertij, per gl. 3. in c. si motu proprio. de præb. in 6. & per no. per Cald. & Imo. in ca. mandatum. de rescri. & per Abb. in c. ad aures. eo. ti. cū concordantib. de quibus ibi per Modernos in 4. col. Secundo nō ualuit dicta confirmatio, uel noua concessio Papæ tanquam subreptitia. Quia post primam gratiam concessam do. Bartholomæo per executorem apostolicum fuit processum ad executionē, & de tali processu fuit facta mentio, quia non solū de pri-

primis literis, sed etiam de processu est facienda mentio secundum † Hostien. in cap. in nostra. de rescript. & Imol. ibi in penult. colum. & per Sali. in leg. secunda, C. ut lit. pend. & non sufficit de dicto processu facere mentionem in genere, sed debet fieri in specie, secundum Abba. in cap. inter monasterium. de re iudi. Tertio non præiudicat etiam confirmatio, & noua concessio Papæ d. Ludouico propter diuturnam obseruantiam sui priuilegij, quia † clausulæ derogatoriæ ad priuilegia precedentia non debent referri ad illa priuilegia, quæ diu fuerunt obseruata, & de quibus non sit facta mentio expressa, ut probatur ex not. per Ange. in consi. 51. ubi uult, ꝙ licet constitutio trahatur ad præterita, quando expresse dicitur, ꝙ etiam in præteritis locum habeat. c. si. de consti. tamen nō trahitur dicto casu ad præterita diuturnitate temporis corrobata, secundum Ang. per l. qua in prouincia. §. diuus. de ritu nup. & per §. alienationes. in auth. de non alie. & in auth. de armis. §. hæc omnia. & quemadmodum etiā non trahitur ad alia quæ sunt decisa sententia, uel trāsactione. l. causas, uel lites. C. de transac. Et dicitur diu obseruatum, quando per 10. annos obseruatum fuit. l. fideicommissa. §. Aristo. qui & a quib. & no. gl. in l. cum de in rem uerso. de usu. & gl. in le. si filius. C. de pet. hær. & in rub. C. quæ sit lon. consue. & in rub. C. de præscr. lon. temp. Et pro prædictis facit, quia facienda est mentio de colorata possessione, aliàs nō ualet gratia. c. cum nostris. & ibi no. omnes de cōces. præb. Quarto non † ualuit reuocatio, uel modificatio, seu restrictio priuilegij. d. Ludouici, quia non potuit, nec debuit fieri talis modificatio illo non citato, & de illa, quæ facta fuit ꝑ dominos de regimine, uel per Legatū, non uidetur dubium, ex quo. d. Ludouicus erat præsens in ciuitate, per ea q̄ statim dicentur. Et idem dicendum est de concessione summi Pontificis, per no. per Inn. in c. olim. de uer. sig. ubi uult, ꝙ quādo priuilegium corrigitur, uel modificatur etiā per Papam, ꝙ pars sit citanda. Et expressius idem uult Pau. de Cast. in consi. 53. Quia exceptione, &c. qui proprie loquitur, quando priuilegium præcedens modificatur per Papam, ut in casu nostro, & uult, ꝙ pars ad hoc sit citanda, & ꝙ aliàs talis modificatio non ualeat, per no. per Inn. in d. c. olim, ꝙ est uerum duob. casibus, secundum eum. Et primo, quando ille, cuius priuilegium modificatur, erat præsens in curia. gl. in l. nam ita diuus. de adop. in uerbo, læderetur, ꝙ dicit Bar. esse bene not. & gl. in auth. offeratur, in uerbo petijt. C. de litis contest. & ibi Bar. & gl. in l. obseruandum. de iu. cum qua trāsit Bar. Bal. & Ang. & dicit Imo. in c. cæterum. de rescr. in 3. col. & in c. dilecta. eo. ti. in 3. col. ꝙ si in impetratione non uocatur is, qui est in curia, qn̄ literæ illi possunt præiudicare, nō ualent, allegat Io. And. in c. cum olim. de re iud. Et per hæc, ut dixi, sequitur, ꝙ modificatio priuilegij do. Ludouici facta per magnificos de regimine & per Legatum non ualuit eo non citato, maximè cum esset præsens in ciuitate. Nec clausulam, † supplentes, de qua in confirmatione apostolica, tollitur defectus dictæ citationis, secundum Spec. & Io. And. in ti. de loc. §. nunc ostendendum. ver. 18. & Anto. de Bu. & Imo. in c. 1. de transa. & in c. in illa. de elec. & Ant. de But. in c. inter dilectos. de instr. & Imo. in l. quidam consulebant. de re iud. & est de mente Ang. in l. adoptio. de adop. ubi dicit, ꝙ si imperator confirmat aliquem actum, non uidetur confirmare respectu defectus iuris naturalis, sed positiui tantum. Et probatur in cle. pastoralis. ver. cæterum. de re iudi. & idem uult Alex. in l. si filius a patre. §. fin. de lib. & posth. Secundus est casus, in quo pars, quæ læditur, debet citari, quādo talis modificatio vel reuocatio, quæ fit per Papam, fit de eo, quod est gestum cum perte, ar. c. oblatæ. de appel. & per no. per Inn. in c. de confirmationib. de confirmatione utili, vel inuti. Idem ergo in casu nostro, in quo propter licentiam fabricandi molendini factam a Dominis de regimine, & confirmatam a Legato, do. Bartholomæus fecit multas expensas, quas nō erat alias facturus, & ꝑꝑ quas suum priuilegium factum fuit irreuocabile. d. l. si cū mihi. de dolo. cum ibi no. per Bald. Et quod etiam ciuilib. non ualeat concessio summi Pontificis in præiudicium etiam absentis & iuris quæsiti tertio, & de iure gentium parte non citata, etiā de plenitudine potestatis, voluit etiam Ant. de But. & Imo. in d. clem. pastoralis. per illum tex. in §. cęterum. 2. respon. vbi declaratur, ꝙ etiam contra subditum non potest princeps ex certa scientia supplere defectum citationis, quia esset auferre defensionem, quæ est de iure naturali. Et quamuis loquatur ille tex. i criminalibus idem tamen est, secundum prædictos, in ciuilibus quando agitur, de auferendo iure quæsito de iure gentiū. Quæ ratio, de qua ibi, s. quia auferretur defensio, quæ est de iure naturali, est generalis. Et dicunt etiam, ꝙ non ualet statutum, uel consuetudo, ꝙ quis non citetur dicto casu, & idem tenēt Car. & Abb. in c. 1. de cau. poss. & proprieta. & Abb. in c. in causis. de re iud. & in c. cum inter, de elec. & in c. inter quatuor. de maio. & obe. & in c. causam, de præscr. & est de mente Ant. de But. & Imolæ & Abb. in c. cum olim. de re iudi. & istud etiam vult Bal. & Pau. de Cast. post gl. in l. fi. C. de legibus, & in proęmio feud. vbi loquitur de summo Pontifice, circa tertiam cartam, vbi † postquam dixit, quod Papa de plenitudine potestatis potest procedere parte non citata, subdit ar. contra in clem. pastoralis. de re iud. & sic sentit oppositum, & istam partem tenet etiam glo. Io. Monac. in extrauag. rem non nouam, & hanc opinionem latè prosequitur & tenet Soc. in consil. 164. incip. Visa bulla Bonifacij, &c. in vlti. carta versi. quintus casus, &c. ubi dicit, hanc opinionem esse magis communem, & ipse loquitur proprie de priuilegio Papæ, per quod præiudicatur tertio in iure quæsito, & quamuis aliqui teneant contrarium forte opinio contraria potest, secundum eum, procedere in beneficialibus, uel in casibus in quibus potest inuito præiudicari, ꝑ c. sicut unire. de excessib. prælato. & in ca. in nostra. de procu. cum ibi no. & per l. qui potest inuitis. de reg. iu. & de quibus ēt latius per Moder. in d. c. cum olim. & vltra eum prædicta confirmantur ex not. per Bar. in l. 2. C. de tempo. appe. vbi vult ꝙ ubicunque res de sui natura exigit causæ cognitionem, vel infert graue præiudicium, princeps non potest illud facere sine partis requisitione, quæ omnia cōcurrunt in casu nostro, quoniam agitur, de magno præiudicio, & quia in iure quæsito de iure gentim non potest princeps præiudicare sine iusta causa, ſm Doctores in d. c. quæ in ecclesiarum. de const. & in l. fi. C. si contra ius uel vtil. pub. Et ideo Are. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de libe. & posth. in vlt. col. vult, quòd post aditam hæreditatem, & sic post dominium quæsitum, quod est de iure gentium, non potest princeps legitimare parte non citata in eius præiudicium per not. per Bart. in d. l. 2. Et quia si princeps non potest dispensare, nisi ex causa dicto casu, vt dixi, necessitate requiritur partis citatio, quia principi non pōt aliter liquere de causa. l. pen. C. si per vim vel alio modo, facit. l. in causæ. §. causa cognita. de procura. & quod not. Bart. in l. prolatam. C. de sent. Nam, ſm Aretinum, cum fundamentum suæ potestatis sit in subsistentia iustæ causæ, ergo ut ex causa legitima possit auferre ius quæsitum, dēt sibi de causa liquere, aliàs non poterit dispensare. l. hæc autem. §. recte defendi. ex quibus cau. in pos. & no. Barto. in l. multum. de condi. & demon. allegat etiam Are. pro ista opinione. l. nam ita diuus. de adop. vbi probatur, quòd in confirmatione adoptionis inutilis, quam facit princeps, requiritur citatio, quod intelligit esse uerum Aret. quando post mortem adoptantis confirmatur adoptio in præiudicium iuris quæsiti tertio, & respondet quibusdam, quæ videbantur facere in contrarium, vt ibi latius per eum. Et vbi dicto casu non fuisset necessaria citatio in confirmatione, vel noua concessione apostolica, tamen in processu ad ulteriora citatio partis fuit necessaria, secundum Bald. in l. 2. C. de temp. appel. ubi dicit, ꝙ licet citatio non sit de essentia in concessionibus principum, tamen in processu ad ulteriora citatio debet interuenire, & ex hoc sequitur quòd proclama, per quod fuit prohibitum pistoribus sub pœna, quòd non possint accedere ad macinandum extra ciuitatem, non ualuit in præiudicium d. Ludouici, quia per illud proclama dicitur post dictam gratiam procedi ad vlteriora, & ad executionem dictę gratiæ, & illud proclama ex alio non præiudicat do. Ludouico, uidelicet, propter laudum latum inter eum & capita molituraru, & ceremoniarum per dom. Bernardum Rubeum. in quo reseruauit, reseruata esse uoluit do. Ludouico & dictis capitibus eorum iura, quæ ipsi habebant ante prædicta proclamata, & in illis terminis & statu, in quibus erant ante dictam proclamationem. Nam quamuis per hęc uerba prędictis, vel alicui eorum, aliquod ius de nouo non tribuatur, illud tamen, quod prius habebant, durat & conseruatur, secundum Ang. in l. omnes. C. de præscr. 30. vel 40. annorum. Quia ergo do. Ludouico conseruantur iura, quæ habebat

bat ante proclamationem,sequitur,quod illa non præiudicat. do.Ludouico,& quod habetur pro reuocata & pro non facta.Nec debet fieri de nouo proclamatio,quia concessiones contrariæ etiam Papæ non ualuerunt multiplici ex capite,ut dictum est, uel saltem ubi ualuissent,deberet citari dom. Ludouicus. Non 12 obst.allegata in contrarium.Et primo tex. in l.quod semel.de decre.ab ordine facien.quia ille tex.debet intelligi in priuilegio dependente a sola uoluntate concedentis.& ex quo est ius quæsitum,sine facto illius,cui fuit concessum per decuriones.nam illud tollere potest cum causa,& non aliter.Et in hoc differunt a principe reuocari,etiam sine causa,secundum Bal.in l.qui se patris.C.vnde liberi.vbi dicit,quòd speciale est in principe, quod possit reuocare suum priuilegium ex quo alteri est ius quæsitum,etiam sine causa,per l.qui fundos.C. de omni agro deserto. Sed si non est priuilegium, sed conuentio,tunc non potest reuocare,nisi secundum rei naturam, per l.fundi. de fund. patri. Si ergo est speciale in principe, ut possit sine causa reuocare dictum priuilegium,ex quo fuit ius quæsitum,ergo inferior hoc non potest sine causa.d.l.quod semel.Sed quando priuilegium non pendet a sola uoluntate concedentis,& ex illo tantum ius non quæritur alteri,sed ex suo facto,ut in casu nostro,& declaratum fuit supra,tunc reuocari non potest a concedente.d.l.si cum mihi.ff.de dolo.cum ibi notatis per Bal.Et isto casu etiam differt inferior ab ipso principe,quia potest princeps reuocare cum causa,per not.in cap. quæ in ecclesiarum. de constitu. & in cap.1.de prob. Sed inferior non potest in iure quæsito de iure gentium dicto casu tertio præiudicare, etiam cum causa , per notata per Bald. in leg. 2. C. de serui.& dictum fuit supra. Præterea etiam in casu nostro non constat. nam licet per Legatum & magnificos de regimine asseratur hoc fieri ex causa publicę utilitatis, tamen assertioni prędictorum non est credendum , ex quo ueniunt contra factum proprium , hoc est contra concessionem prius factam domino Bartholomæo, & ex qua propter eius factum fuit illi ius quæsitum , per notata per Abb.in clemen.prima. de prob.ubi dicit, quòd princeps per sua verba narratiua,ex quibus iusta causa allegatur, non potest venire contra suum contractum , & quem in iure quæsito ex illo contractu priuare,per c.1.de feu. sine culpa non amitten.& dicit etiam Abb.in d.c.quæ in ecclesiarum. quòd dicto casu non præsumitur iusta causa in principe. per dictum c.1.multo magis ergo prædicta procedunt in inferiore.Præterea cum gratia contraria primæ sit nulla,est tanquam subreptitia ex pluribus causis,scilicet, quia de consensu dominorum Antianorum non fuit facta mentio,nec etiam de processu executoris Apostolici,& quia non fuit expressum,quod priuilegium domini Ludouici fuerit diu obseruatum , atque etiam non ualuerit,ex defectu citationis tollũtur omnia , quę in contrarium allegantur. Laus Deo.

¶ Concessum alicui non potest alij concedi, in eius præiudicium,cui prius fuit concessum.

SVMMARIVM.

1 *Non licet aquam extrahere de flumine publico, quando ea est ad usum ciuitatis uel municipij.& uide nu. 8.*
2 *Concessio facta alicui,cuius concessionis occasione ille fecit expensas,reuocari non potest,maxime quando quæsitum est aliquod ius de iure gentium.*
3 *Immunitas concessa uenientibus habitatum in ciuitatem, reuocari non potest in præiudicium eorum , qui iam uenerunt.*
4 *Priuilegium,quod transiuit in contractum,non potest reuocari. idem si non transiuit in contractum,et illud fuit conceßum ad inferiore a principe.uide nu.9.*
5 *Concessionem factam ex certa forma transgredi non licet.*
6 *Si aqua uni concessa concedatur postea alteri,qui ea possit uti sine damno primi, valet.*
7 *Abutens priuilegio,eo priuari potest.*
10 *De possessione alterius in rescripto est facienda mentio,aliàs cõcessio subreptitia dicitur.*
11 *Clausula,non obstantib.operatur,ut princeps uideatur uoluisse alteri præiudicare in iure quæsito.*
12 *Interdictum de corriualibus ad quid detur.*

CONSILIVM CCXXX.

SVPER eo,de quo quæritur,videlicet vtrum valuerit concessio facta domino Alberto Bolognetto per magnificum Regimen in præiudicium cõmunis & hominum Butrij.Et videtur prima facie dicendum quod non,quoniam ex forma statuti aqua,de qua agitur, decurrere debet ad foueas castri Butrij pro illius fortificatione etiam, quia ex priuilegio eiusdem regiminis fuit prius cõcessum dictis hominibus,vt possint molendinum construere prope castrum Butrij cum facultate ducendi aquam ad dictum molendinum,cum hoc , quod per aliquẽ auerti,& a solito cursu diuerti non possit. De iure igitur non licuit do.Alberto aquam extrahere, non solum ex tenore priuilegij & ex forma dicti statuti,sed et de iure communi.l.quo 1 minus.de flumi.ubi probatur † secundum intellectum Bart.in secunda oppositione, quod ex flumine publico non licet aquam extrahere, quando est ad vsum publicum ciuitatis uel municipij,vt quia dicta aqua vtitur ad molendinum,uel ad aliud ædificium. Et ad idem allegat.l.1.C.de aquæductu,libr.11. & per totum.Et idem vult Angelus in l.1.§.permittitur.de aqua quotidiana , & æstiua. & sic prohibitio iuris communis isto casu concurrit cum prohibitione dicti priuilegij & statuti. Nec ẽt 2 † dicta aqua potuit domino Alberto concedi per idem Regimen in præiudicium dicti communis, cui prius fuit concessa. l.per quam,de seruit.rusticorũ prędiorum.Et in terminis hoc præsupponit Bar.in l.in conducendo.de aqua quoti.& æstiua. ubi concludit, quod si aqua per commune Bononiæ fuit concessa fratribus prædicatoribus,quòd non poterit illam postea fratrib.minoribus concedere in præiudicium prædicatorum, ut quia vtrisq. non possit sufficere. Non valuit etiam concessio facta domino Alberto,quia cum expensis dictorum hominum constructum fuerit dictum molendinum,non potuit ius aquæ ducẽdæ ad dictũ molendinũ quęsitũ ex priuilegio regiminis per dictũ regimen tolli,nec minui,quia dñium dicti molẽdini fuit dictis hominib.quæsitũ de iure gentium . Ius ergo & vtilitas,quę ex dicto molendino percipitur,tolli in totum vel pro parte non põt per principẽ sine cã.Sicut aliàs pręiudicare non põt in iure quæsito de iure gentium absq. iusta causa,secundum Doctores in capi.quæ in ecclesiarum.de consti.& in l.fin.C.si contra ius vel vtilitatẽ publ.Et istud ẽt satis clarè vult Abb. in c.in nostra.in fi.de iniurijs.& Aret.in c.nouit.de iudi.vbi dñt, quod quando ex priuilegio aliquod ius quæsitum de iure gentium, quod tunc sine cã legitima reuocari non põt, per ea quæ habentur in prædictis locis. Sed in casu nostro ex facultate concessa molendinum est constructũ,& eius dominium est acquisitum cũ commoditate aquæ ducendæ.Ergo aquæductus minui nõ potest,quia commoditas molendini,quod iure gẽtium ad dictos homines pertinet,minueretur.Secundo istud confirmatur ex notatis per Bal.in l.si cum mihi.de dolo.dicentem,quod per illam legem Nicolaus de Mattarel.decidit,quod si statuto ciuitatis caueatur,quod quicunq.venerit ibi ad habitandum , & steterit ibidem per certum tempus,si postea ciuitas faciat statutum in contrarium in præiudicium illorum,qui iam venerat,quod illi potuerũt iuuari per exceptionẽ,vel actionem de dolo. In casu igitur nostro,ex quo iam constructum est molendinum, propter quod facultas aquæ ducendæ est concessa,non potest in præiudicium construentium dicta facultas minui. Et idem etiam probatur ex notatis per Guidonem de Suza. in quadam sua disputatiõe 3 incipiente.Statutum est,&c.dum concludit † quod si venientibus ad habitandum in ciuitate concessa sit immunitas,quæ reuocari non potest in præiudicium eorum, qui uenerunt ad habitandum,per l.si post mortẽ.§.fi.de bo.pos.contra tabu.& per l.fi.ff.de pac.& cum eo transit Io.And.in additione Spe.in tit. de censi.§.nunc dicendum.in additio.incip.Per hanc legẽ,&c. Tertio facit, quod notat Bald. in l.qui se patris.C.unde liber. vbi 4 † vult,quod quoties aliquod priuilegium conceditur ob aliquod factum uel dationem præteritam vel futuram , impletam uel implendam ex parte eius,cui priuilegium conceditur,quod tunc reuocari non possit,quia in contractum tunc transit.Et idem ẽt vult Aret.in d.c.nouit.ubi ẽt Inn.& alij uolunt,quod priuilegium quando transit in contractum,non possit reuocari.Et prout etiam uult Bar.in l.quod semel.de decr.ab ordine faciẽ.

&

& in l.oēs populi.in 3.q.principali,de iust.& iu. Et ideo quia in casu nostro,vt est dictū, priuilegiū fuit concessum ob aliquod faciendū in futurū,s. p p molendinum construēdum proprijs expensis ēt cum hoc,ꝙ dicti hoīes suis expensis aquæductū te neantur facere,præparare,purgare,& aggerare,& reparationē conseruare, & dicti hoīes oīa præmissa adimpleuerunt, dicitā priuilegium transiuisse in contractum, initum maximè per epistolam,ex quo fuit concessum præcedente supplicatione, iuxta.l.consensu.in prin.de act.& ob.& l.1.§.fi.de contrahe.emp. & in l.qui autem.§.fi.cū l.seq.de const.pec. Et ex hoc ēt videt, ꝙ statutum,quo cauetur,quòd ad foueas Butrij aqua decurrere debeat, & ꝙ per cōe & homines dicti loci canale reparari & manuteneri debeat expensis hominum dicti loci,non potuerit reuocari,quasi ꝙ in contractum transierit,per prædicta,& ,p ut vult Bar.in d.l.oēs populi,in 3.q.& alij,in dictis locis. Quartò præmissa confirmantur. Nam licet priuilegiū,quod non trāsit in contractum,& ex quo nihil quæritur de iure gentium, sicut est priuilegium immunitatis concessum subdito,possit etiā sine cā reuocari.d.c.in nostra.de iniurijs & per omnes.in d.ca. nouit.& per alios in locis prædlegatis.hoc tamen solum habet locum in principe,sed inferior ab eo,etiam dicto casu, non pt priuilegium ab eo concessum reuocare sine iusta cā,ſm d. An. & Imo.in c.quæ in ecclesiarū de const.& Abb.in c. at si clerici. §.de adult.de iudicijs. Et hoc etiam apertè sentit Bal.in l.2.col. 6.C.de seru,vers.no.ꝙ plenitudo,& c.dicens ꝙ solius principis est auferre priuilegium a se datum. Et iusta cā dicitur,quæ respicit vtilitatem publicā.l.item si verberatum.§.1.de rei vendi. Et declarant Doctores in d.c.quæ in ecclesiarum.& in d.l. fi. C. si contra ius vel vtili.publ. Quintò,non valuit dicta concessio facta do. Albero,tanquam subreptitia,quia in precibus non est facta mentio, ꝙ dicti homines essent in possessione dictæ aquæ prout fieri debuit,sicut nō valet impetratio beneficij,si de possessione alterius mentio non sit facta.capi.cum nostris.de concessione præb. & hoc non tantum procedit in beneficialib.sed etiam in alijs impretationibus.c.2.& ibi glo. de decimis in 6.& quia ratio.d.c. cum nostris.est generalis, videlicet quia si Papa sciuisset,ꝙ alius possideret,ita de facili non concessisset.c. postulasti.de rescrip. Et dato etiam ꝙ concessio fieri potuerit do. Alberto,& facta valuerit,in dubio tamen facta intelligitur sine incommodo dictorum hominū,qui ex publico percipiunt cōmodum.l.2.§.meritò.& §.si quis a principe.ne quid in loco publico.& per Bar.in d.l.quo minus.prima oppositione.& p Bal. in tit.de pace Constan.in ver.Opizoni.vbi no.illum tex.ad cōcessiones,quas faciunt quotidie principes de aquis publicis, q a semper intelligitur reseruata commoditas eius,cui prima concessio facta est,allegat.l.Labeo.§.1.fam.ercis. Immo glo.in d.§. si quis a principe.vult, ꝙ princeps non possit expressè concedere,quòd aliquid fiat in publico in præiudicium tertii nō modicum. Cum qua alij transeunt,& maxime Ang.& idem notat gl. in l.seruitutes.§.publico.de serui.& in l. sed cum ab hærede.in gl.fin.ad Treb. Præterea cum prædictum commune & homines Butrij sint in possessione dictæ aquæ ducendæ,quamuis ēt dominus Albertus contendat se possidere, nihilominus in possessorio retinendę debent obtinere,quia possessio dictorū hominium est antiquior,ideo possessio domini Alberti iunior p̄sumitur vitiosa & clandestina.cap.licet causam.de probationibus.& ibi per omnes,& per Bart.in l.si duo. in princ.ff.uti possidetis.& de qua antiquiori possessione nedum cōstare potest per testes,sed etiam ex locationibus factis dictæ aquæ nedum multis alijs, sed etiā ipsi domino Alberto,& per quam locationem cum perceptione mercedis probatur possessio,per notata per gl.Bar.& Imo.& Aretinum in le.qui uniuersas.§. quod per colonum.ff.de acqu. poss. Sed † præmissis & quibusdam aliis non obstantibus contrarium arbitror uerius. Et in primis est considerandum,quòd aqua,de qua agitur,cōcessa est dictis hominibus ex priuilegio ad vnum vsum, s. pro molendino certo modo,& sub certa forma construendo, & ex forma statuti ad alium usum,hoc est,pro foueis dicti castri, per quod statutum prohibetur pęna extrahi aqua de canali,seu de aquæductu. Vñ ex hoc infero,quod dicti homines non possunt alii ꝯcedere, ꝙ de canali & aquęductu possint aquam extrahere ad alium vsū, puta pro canepis macerandis,ut est casus in l.ex meo.& ibi per gl.ff.de seruit.rustico.prædiorum.ubi habetur in terminis,qđ si alicui pro certo fundo sit concessa seruitus aquæ ducendæ, ꝙ non potest ille alteri concedere ius extrahendi aquam de aq ductu etiam proprio,antequam sit ingressa fundum,cui seruitus debetur, & hoc quia est concessio facta sub certo modo, vel sub forma certa,quam non licet transgredi,vt in iuribus ibi allegatis in gl. Tempore ergo quo dicti homines nō vtuntur dicta aqua pro molendino,vel pro pischerijs castri,sed illam cōcedunt alijs pro macerandis canepis, dicuntur vti dicta aqua il licite. Et propterea dico,ꝙ dominus Albertus potest tunc etiā absq. concessione aliqua extrahere aquam de canali dictis hominibus inuitis,vt deciditur ex notatis per Bar.in d.le. quominus.in j.q.de fluminib.vbi concludit,ꝙ si quis habet molendinum in flumine publico,& quidē licitè, tunc non poterit alius in superiori parte fluminis aliud molendinum ædificare,per ꝙ noceat inferiori.d.l.2.§. meritò. Si verò molendinum inferius habeat illicitè,& tunc alius poterit illum impedire.le.1.§.idem ait.ne quid in loco publico. Et ita etiam tenent Cynus & alij,in l.si manifeste.C.de seruit.& aqua. Similiter igitur & in casu nostro potest dominus Albertus impedire dictos homines,quando dicta aqua vtuntur illicite. Et quamuis ipse etiam diceretur facere illicitè respectu communis Bononiæ,ubi ab illo concessionem non haberet,tamen respectu dicti communis & hominum Butrij,qui non vtuntur aqua debito modo, licite dicitur facere.& propterea prohiberi solum posset a dicto communi, vel a quolibet de populo Bononiensi, & non a dictis hominib. Butrij,quia quo ad eos liberas ædes habet.l.loci corpus.§.competit.si seruitus vendice. Et ita etiam vult & declarat Bar.in d.l. quominus. in fin. 2.quæstione princi. Et ex præmisis infert, quòd in casu nostro concessio facta domino Alberto per dictum Regimen ualuit,vt,s. ille possit aquam extrahere tempore,quo dicti homines non utuntur dicta aqua pro usu dicti molendini,sed illam concedunt alijs pro canepis macerandis,quia cum ipsi hoc faciant illicitè, ut ex præmissis colligitur, ex hoc iniuriam non dicuntur pati. Operatur ergo concessio,quæ lic non fuit necessaria quo ad homines quantum ad cōmune Bononię,ut scilicet ab illo non possit dominus Albertus prohiberi,& ad effectum ut non incidat in pœnam statuti. Et præ[illegible] confirmantur.† Nam ubi dicta aqua sufficeret dictis hominibus Butrij pro usu, pro quo fuit concessa, & illa etiam uteretur ad usum destinatum,si tamen sufficeret etiam Domino Alberto,& sic utique,ualeret etiam secunda concessio.l. Loco de aqua quoti.& æstiua,& per Bar. in d.l.in concedēdo.& gl Bal. & alios in l.4.C.de ser.& Bar.in d.l.quominus.in 5.q.& probatur in l.2.§.aquæductus.de ser.rust.prædio.& ibi not. Ang. Et hoc quia isto casu ius alterius non minuitur, & sic iniuria primo nō infertur ut notatur in dictis locis. Quæ ratio in casu nostro militat & locum hēt. Quia tpe, quo non utūtur homines Butrii dicta aqua ad usum molendini,sed pro macerandis canepis,cum lucrū & commodū consequi non possint ex molendino,nō dicitur ius dictorum hominum respectu dicti molendini,nec minui,nec quātum ad illud damnum aliquod pati. Nec etiam respectu alterius usus possunt conqueri,nec dicuntur iniuriam pati,quia illicitè faciunt.d.l.2.§.idemq; ne quid in loco publ.quia,ut dixi,ad hunc usum eis aqua non est concessa, & prohibetur per statutum aqua extrahi,prout potuit prohiberi d.l.quominus.ibi,nisi Imperator aut Senatus uetet, &c. Quinimo † etiam si ageretur de præiudicio molendini,adhuc puto ꝙ ualeat dicta concessio facta dicto. d. Alberto. Quia cum dicti homines abusi sint priuilegio eis cōcesso, quoniam usi sunt & utuntur dicta aqua ad alium usum prohibitum, de quo supra, debent tanquam indigni amittere priuilegium eis concessum. c.priuilegiū.11.q.3.& no.gl.& Doc.ī d.c.suggestū.de deci. Sicut ergo ex hac potuerunt in totum homines priuari commoditate & vsu dictæ aquæ,multo magis potuit dicta cā subsistente ius eorum minui. Et tanto magis ualuit concessio facta do. Alberto cum præiudicio dictorum hominum, si præiudicium non sit magnum, sed modicum, ex quo sibi fuit facta propter damna non parua, quæ patitur in prædiis suis ex inundatione dictæ aquæ, per tex.iuncta gloss. in le.1.§. sunt qui putant. ne quid in flumine publ.& per Bar.in d.l.quominus.in 11.q.in q bus locis concluditur,quod concedi potest,ut quis in flumine publico,ex quo plurimum dānificatur ædificet uel opus faciat etiam cum dāno, & quidem modico, uicinorum. Secus uero

ubi maxima illis inferretur iniuria. Nec obstan. prædictis confirmatio Summi Pontificis, quia fuit facta post concessionem. d. Alberti, & quidem expressè sine alieno præiudicio, & prout ēt in dubio fieri intelligitur, ſm Bal. in l. 1. de consti. prin. Restat 8 modo rñdere ad allegata in contrarium. Non ob. igitur† in primis dum dr̄, ꝙ do. Alberto non licet extrahere aquam ēt de iure cōi, quia immo licet quò ad istos homines tempore quo dicta aqua vtuntur illicitè, videlicet, qñ illam cōcedunt aliis pro canepis macerandis, dicta. l. 2. §. idē ait. ne quid in flumine pub. & per Bar. in d. l. quominus. in fine primæ quæstio. nec ab eis tunc prohiberi posset, quamuis aliquam concessionem nō haberet, quia quò ad eos liberas ędes habeat, secundùm Bart. in eadem. l. in fine secundæ quæstionis, & dictum est supra. Et dato, ꝙ omni iure esset prohibitus dominus Albertus, tñ ex cōcessiōe sibi facta a Senatu ṗt aquam extrahere. l. qđ principis. ĩ princ. de aquaplu. arc. & l. 1. §. ꝑmittitur. de aq. quotidiana, & 9 æstiua. & no. Bar. in dicta scđa qōne. †Nec obstat, dum ex pluribus dr̄, ꝙ concedi non potuit cum iniuria & præiudicio dictorum hominum. l. per quam. de seruit. rust. prædio. & per notata per Bar. in l. in concedendo. de aqua pluuia arcen. & in l. 4. C. de seruit. Et quia concessio prima facta dictis hominib. trāsiuit in contractum, vt ex pluribus dicitur esse probatum, per notata in l. quod semel. de decre. ab ord. facien. & per doctores in c. nouit. de iud. quia immo in casu nostro valuit secunda concessio, etiam cum pręiudicio dictorum hominum, quia ex quo abutuntur dicta aqua contra formam concessionis & statuti, ista est iusta causa eos priuandi priuilegio, dicto c. priuilegiū. 11. q. 3. & per notata per glo. in d. c. suggestum. Nam princeps ex cā pōt ius quæsitum ex proprio contractu auferre, ſm Bal. in l. pen. C. de donationib. inter virum & vxo. & in l. fi. de senatorib. per l. qui fundos. C. de omni agro deser. lib. 11. Et faciūt notata in c. quæ in ecclesiarum. de constitutionibus. Et idem ēt potest inferior a principe, causa subsistente, quamuis sine causa non posset, etiam de plenitudine potestatis, sicut posset princeps, a quo in hoc differt inferior, ſm glossam in cap. constitutus. de religiosis domib. & gl. 25. quæstio. 2. in summa. & Bart. in procemio digestorum, & in l. quicunque. & in l. fina. C. de fide instrumentorum, & iure hastæ fiscalis. lib. 10. Et in terminis hoc ēt voluit Alex. in consi. 101. in 1. vol. & in consi. 218. aliàs 217. incipiente. Nec arguendi sumus. secundo vol. vbi per prędicta concludit, ꝙ princeps, ac ēt inferior a principe pōt ex cā reuocare priuilegium ab eo concessum, etiam si transiuit in contractum. Et nedum cā dr̄ iusta qñ concernit vtilitatem publicam. l. item si verberatum. §. 1. de rei vendicatione. & notant doctores in c. quæ in ecclesiarum. sed etiam quælibet ratio motiua in principe reputatur iusta, & in inferiore quælibet cā probabilis & digna, secundum Bal. in l. fi. C. de precibus Imperato. offeren. in vlt. col. & Are. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthu. prout in casu nostro dicitur causa prędicta, scilicet quia dicti homines abusi sunt suo priuilegio, esse probabilis & digna, vt patet per notata in locis præallegatis. Et ex hoc tollitur aliud, scilicet quod inferior a principe non possit sine causa priuilegium simplex reuocare, quia de causa iusta in casu nostro satis dicitur constare. Et tanto magis prædicta procederent, vbi ageretur de modico præiudicio dictorum hominum, quia hoc casu in inferiore a principe iusta causa diceretur esse illa, scilicet quia dom. Albertus plurimum damnificatur ex inundatione dicti canalis. d. l. 1. §. sunt qui putant. cum glo. ne quid in flu. publi. & per Bar. in d. l. quominus. in 11. q. Præterea non est verum, quod eo tempore, quo dicti homines concedunt aquam pro canepis macerandis, ꝙ illis inferatur præiudicium respectu molendini, quia aqua sufficiens tunc pro macinando non restat in canali. & ideo cum tunc ius eorum quæsitum ex suo priuilegio non minuatur, conqueri non possunt, per notata in d. l. in concedendo. & in l. 4. Quod aūt minuatur lucrum, quod percipere solent ex locatione & concessione dictæ aquæ, non est in consideratione, quia, vt sæ 10 pe dictum est, illicitè hoc percipiunt. Non†obstat insuper dum dicitur, ꝙ concessio facta domino Alberto non valuit tāquam subreptitia, quia non est narratum, quod prædicti homines essent in possessione dictæ aquæ, per c. cum nostris. de conces. præb. & in c. 2. cum gl. de decimis. lib. 6. quia de possessione alterius est faciēda mentio, quando illa est colorata, d. c. cum nostris. Et dicit colorata possessio secundū Doctores ibi, maximè Calder. & Imo. quando est defectus in conferente, non tamen inducitur ex eo priuatio ipso iure, sed per sententiam, & ille dicitur incoloratè possidere, qui est intrusus, & prout etiam declarant Moderni in c. in nostra. de rescriptis. in 35. corollario. Quia ergo in casu nostro illicite & statuto prohibēte dicti homines extrahunt aquam de canali pro canepis macerandis, respectu istius vsus non dicuntur possidere coloratè, immo illicitè & contra ius. l. quemadmodum. C. de agric. & censi. Ideo de possessione ad dictum vsum non fuit necesse mentionem facere. Et pro hoc facit etiam quod dicunt Moderni in fine dicti corollarij, vbi referunt Bartholomæum de Zabarellis consuluisse, ꝙ etiam de possessione colorata non est facienda mentio, quando est inducta taliter, ꝙ si Papa sciuisset, facilius literas cōcessisset, puta si quis contra reseruationem Papæ habentē clausulam decreti acceptasset possessionem beneficij, quia licet dicto casu possessio esset colorata, tamen si impetrans narrasset, qualiter quis possidebat contra dictam reseruationem, Papa adhuc facilius concessisset. Sic igitur & in casu nostro, si dominus Albertus narrasset, ꝙ homines Butrij contra prohibitionem statuti aliis & ad alium vsum cōcederent, & ꝙ priuilegio eis cōcessio abuterentur, adhuc facilius ei facta fuisset dicta cōcessio, præsertim cum in ea sit apposita clausula, non obstantibus statutis, & priuilegijs concessis hominibus Butrij, per quā apparet de intentione concedentis, vt statim dicetur. Item non obstat, quod in dubio non videatur concedens uoluisse prępiudicare concessioni prius factę dictis hominibus, quia eis non est concessa dicta aqua pro macerandis canepis. Ideo quātum ad hoc secunda concessio nihil detrahit priori concessioni, qa sub illa dictus usus non est comprehensus. Quinimmo uoluit etiam concedens dictis hominibus præiudicare, quia in secun 11 da concessione facta domino Alberto est inserta clausula, † nō obstantibus quibuscunq. legibus, statutis, & priuilegiis cōcessis dictis hominibus Butrij. Et sic cum generaliter omnibus & etiam specialiter priuilegiis eorum sit derogatum, iuxta not. in l. 3. C. de silentia. libro 12. & per Bald. in ca. 1. quo tempore miles. & per Bal. in l. non plures. C. de sacrosanctis ecclesiis. ex dicta clausula, non obstante, apparet, ꝙ intentio concedentis fuit pręiudicare alteri in iure quæsito, ut notat gl. in c. infra. de constitutio. eodem libro, & notat gl. in l. fi. C. si contra ius uel utilitatem publicam & Io. And. in c. 1. de excessi. prelatorum lib. 6. & in c. nonnulli. de rescriptis. & An. de But. & Imo. in d. c. quæ in ecclesiarum. & est communis opinio, secundum Alex. in l. 3. §. si is pro quo. quod quisque iuris. & in dicto consi. 101. in 1. uol. Et potuit etiam concedens ex causis pręallegatis præiudicare respectu molendini, & maximè quia prędicti homines priuilegio sunt abusi. Nō obstat postremò, ꝙ dicti homines sunt in quasi possessione aquę ducendę, & ꝙ in interdicto retinendæ debeant obtinere, quia eorum possessio sit antiquior. c. licet causam. de probationib. Quia isto casu, in quo uterq. dicit se esse in possessione ducendi dictam aquam, inter eos compe- 12 tit, & datur† interdictum duplex, & appellatur interdictum de corriualibus. l. 1. §. si inter riuales. de aqua quotidiana & ęstiua, & ibi per Bar. & Ang. qui proprie ponit exemplum, quādo duo quibus aqua fuit concessa, inter se contendunt. Aut quilibet allegat se habere ius ducendi aquam ex cōcessione principis uel regiminis, & tunc tale interdictum non est mere possessorium sed sapit causam proprietatis. & de quo in d. l. 1. §. ait prætor, quod ex castello. cum sequen. & in l. fin. & ideo obtinere non potest actor, nisi doceat de proprietate, ut notat glo. in d. §. fin. & in l. 2. §. quædam, de interdictis. Prædicti ergo homines eo ꝑtextu, ꝙ sint in quasi possessione ducendi aquam per se uel alios extra canale pro canepis macerandis, prædio interdicto obtinere non possunt, quia de proprietate aquæ respectu dicti usus non docuerunt, quia ad dictum usum non fuit concessa. Et ideo quamuis possessio eorum sit antiquior, est tamen iniusta quo ad dictum usum, ideo eis non prodest, dicta leg. 1. §. hæc interdicta. uersiculo, & qualitercunque. de aqua quotidiana & æstiua. Sed possessio domini Alberti est iusta, & de proprietate docuit, quia concedi potuit eo tempore, quo aqua non ducitur ad usum molendini, sed ad prædictum alium usum, non concessum, sed prohibitum, ut in præcedentibus est dictum, propterea debet obtinere. Nec obstat

ſtat dictum cap. licet cauſam, quia ille textus loquitur in interdicto uti poſſidetis, quod eſt merè poſſeſſorium, & non continens cauſam proprietatis, & quod iſto caſu non competit, ſed aliud, de quo ſupra. Reſpectu autem molendini non turbantur dicti homines in poſſeſsione dictæ aquæ prædicto tẽpore, quia ad uſum illius ea non utuntur dicti homines. Præterea ex quo abuſi ſunt priuilegio, priuari potuerunt, & ſic domino Alberto concedi, etiam in præiudicium molendini ex cauſa prædicta, ut in præcedentibus eſt probatum, & ſic etiam ex iſto capite quo ad molendinum de proprietate aquæ non conſtat, qua iure permittente ſunt priuati. Et ubi etiam dicti homines in ſimplici poſſeſsione ſe fundarent, & non in conceſsione aliqua, quo caſu habet locum interdictum de aqua quotidiana, & æſtiua, quod a præcedenti differt in hoc, quia non continet cauſam proprietatis, ut notatur in dict. §. fina. Et tunc etiam minus poſſunt obtinere, quia ad hoc, ut competat tale interdictũ, oportet, quod aqua unde fuerint iure ſeruitutis, & quod duci poſſit de iure, aut ſaltem quod quis putet de iure ducere poſſe, propter errorem facti, & ſecus ſi erraret in iure, ut eſt caſus in dicto uerſiculo, & qualitercumque. quæ in caſu noſtro non interuenerunt, quia iura ſeruitutis dicti homines aqua vſi non fuerunt, ut probatur ex notatis per Barto. in leg. prima. §. primò, de itinere actuque priua. ubi declarat, quando quis dicatur uti iure ſeruitutis. Item in mala fide fuerunt reſpectu uſus ad macerandum canepas, qui a ſtatuto eſt prohibitus. leg. quemadmodum. Cod. de agricolis, & cenſi. libr. 11. & in capitu. qui contra iura. de regulis iuris. in 6. & prout declarat Barto. poſt gloſs. in leg. ſed ſi lege. §. ſcire. de peti. hæredi. ubi ẽt concludit, ꝙ in dubio error iuris non præſumitur. & in l. non fatetur. in prin. de cõfeſ. Nec ẽt. d. Alberto præiudicat in poſſeſſorio, ꝙ eius coloni partiarij aquã conduxerint a dictis hominib. pro canepis macerãdis, quia factũ illorũ. d. Alberto nõ nocet. l. ſi unus §. ante omnia. de pac. præſertim quia onus macerãdi ad dictos colonos pertinet, & tanto magis, quia dictã aquã emerunt uel conduxerunt ante conceſsionẽ factam do. Alberto. Vñ etiã ſi do. Albertus eã prius emiſſet, hoc illi nõ nocet, nec in poſſeſſorio, ut dictũ eſt, neq. in petitorio, quin. ſ. poſsit opponere quæſtionem dominij, ut dixi, ſi ipſe emiſſet aut aquam conduxiſset, quia tunc hoc facere non poſset, ſi adhuc a dictis hominibus cauſam haberet, iuxta. leg. ſi quis conductionis. C. loca. & per Bart. & Docto. in l. ſi alienam. ff. ſolu. matri. Sed dicta cauſa eſt finita, & de præſenti habet cauſam ab alio, hoc eſt, ab ipſo Regimine. Et propterea non prohibetur uti iure ſibi conceſſo. leg. prima. §. permittitur. de aqua quotid. & æſtiua. & ita concludo. Laus Deo.

Confirmatio priuilegiorum per principem quibus uerbis, & clauſulis fieri ſoleat.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio priuilegiorum uel capitulorum ut ualeat, debent edi ea, quæ confirmantur, uel tenor eorum in totũ narrari, niſi cõfirmatio fiat ex certa ſcientia, ut nu. 3.*

2 *Hæredum appellatione in materia feudali non uenit filia, nec hæres extraneus.*

4 *Confirmatio conceſſionis principis ab eodem facta, intelligitur ex certa ſcientia procedere.*

5 *Princeps poteſt uelle, quod pro expreſſis habeantur exprimenda in priuilegijs.*

6 *Quando conceſſio aliqua confirmatur, ad probandam conceſſionem non eſt neceſſe, quod in confirmatione expreſſa ſint uerba formalia conceſſionis.*

7 *Confeſſio principis facta in conceſſione, probat indiſtincte, quando eſt ad præiudicium principis tantum, aliàs eſt diſtinguẽdum ut hic.*

8 *Rex catholicus de facto habetur pro ſupremo principe in omnib. ſuis regnis.*

9 *Rex, quæ eſt alicuius reuocabiliter, ei legari poteſt, ut ſua fiat irreuocabiliter.*

10 *Dominium utile uerum dominium non dicitur.*

CONSILIVM CCXXXI.

QVIA in dubium reuocatur utrum ex ſola confirmatione Catholici Regis ſit intentio ſereniſsimæ reginæ abſque aliorum priuilegiorum editione ſatis fundata. Videtur dicendum quòd nõ prima facie. Nã poſtquam in priuilegio confirmationis prædictæ, expreſſæ fuerunt ciuitates terræ, caſtra, & loca conſignata in cameram per regem Ferdinandum primũ ex capitulis matrimonialibus ſereniſsimæ Ioannæ uxori ſuæ & ſorori dicti catholici Regis, ſubijciuntur verba huiuſmodi, videlicet, & in præſentiarum habeat, teneat, & poſsideat omnes dictas ciuitates, terras, caſtra, & loca, cum omnibus ſupra nominatis uigore dictorum capitulorum matrimonialium, & aliorum priuilegiorum & ſcripturarum ſereniſsimorum dominorum regum de Arragonia noſtrorum prędeceſſorum ĩ hoc regno, & etiam noſtrorum tam ratione iurium ſuarum dotium, quam alijs ex cauſis. &c. Confirmatio ergo 1 † petita & quæ ſequitur dictorum capitulorum priuilegiorum & ſcripturarum non uidetur habere effectum, niſi edantur prædicta quæ confirmantur, per text. in capitulo inter dilectos. de fide inſtrum. circa fin. & ibi iſtud eſt de mente Innoc. qui uult, ſecundum, quòd illum declarat. d. Abb. ibi quòd ſi in priuilegio confirmatorio narratur ſeriosè tenor confirmati, tunc non ſit neceſſe exhibere priorem conceſsionem. Secus uero ubi ita non narraretur prima conceſsio, ut ſi ſimpliciter & generaliter diceretur confirmamus omnia habita & habenda. & poſtea narratiuè aliqua de donatione exprimeret. Et prout factum reperitur in caſu noſtro, in quo confirmantur generaliter capitula matrimonialia, priuilegia, & ſcripturæ, ac omnia & ſingula in eis contenta expreſſa & declarata, & quicquid in illis contineatur, & ex qua alia cauſa teneantur dictæ ciuitates, & loca, quàm ex capitulis matrimonialibus aliter in confirmatione non exprimitur. Si ergo non exhibeantur dicta priuilegia, & ſcripturæ per hæredem prædictæ dominæ reginæ, uirtute dictæ confirmationis ſe tueri non poteſt, nec loca prædicta retinere, etiam ſi exhibeantur capitula matrimonialia, quia ex illis tenetur ſereniſsima regina & eius hæres recepta dote ciuitates, terras, caſtra & loca ꝓdicta reſtituere. Et idem ẽt clarius uoluit Spe. in ti. de inſtr. editio. §. nunc aũt, poſt prin. ver. item opponere, &c. vbi concludit, ꝙ ſi ſimpliciter ſit confirmatio, vel in genere dicendo, confirmo donationem vel conceſsionem tibi per talem factam, non ualet confirmatio, niſi appareat donatio uel conceſsio legitima, maxime per d. c. inter dilectos. Si uero dicit ipſe, facta ſit confirmatio ex certa ſcia, puta quia cõfirmans vidit conceſsionẽ, & eã de uerbo ad uerbũ in confirmatione inſeruit. & tũc bene ualet, per c. pe. de confirmatio. vtili vel inuti. & per alia, de quib. ibi per eũ. Quia ergo in caſu nr̃o tenor conceſsionis in confirmatione non inſeritur, ſola confirmatio nihil operatur. Et confirmatur hoc, quia ubi libellus ſe refert ad aliqđ inſtr̃m, ut quia dicatur, ꝙ Titius uendidit mihi talem fundum pro tanto precio, ut apparet ex inſtrumento rogato ꝑ talẽ, & tunc dẽt tale inſtr̃m produci, ſ̃m Inn. in c. 1. de probationib. & alios, in l. edita. C. de edẽ. cũ concor. de quib. ibi per Mod. Et dato ẽt ꝙ ſufficeret dicta cõfirmatio facta a Rege catholico ſorori ſuæ & hæredib. ac ſucceſſorib. ſuis, videt̃ ꝙ non ualeat tanquam cõceſsio talis tẽdat ad diminutionẽ regni notabilẽ. l. prohibere. §. planè. cũ ibi no. per Bar. ꝙ ui aut clam. Vel ſaltẽ vr̃, ꝙ non tranſeat ad eius filiã hæredem, quia in materia 3 † feudali appellatione hæredis intelligit̃ de filio maſculo, & non de filia. quæ in feudo nõ ſuccedit. c. j. §. filia. de ſucceſsio. feu. Sicut in eadẽ materia appellatione hæredis nõ venit extraneus, q in feudo non ſuccedit, ſed filius, ſ̃m Bar. & Doc. in l. Gallus. §. ẽt ſi parẽte. de libe. & poſth. et aptius probatur ex no. ꝑ Pa. de Ca. & Ale. in l. ſed ſi hac. §. liberos. de ĩ ius uocand. vbi uult, ꝙ appellatione liberorum ueniunt maſculi, & non fęminæ in materia, quæ fœminis non conuenit, puta in feudis. Sed præmiſsis nõ obſtantib. quæ re uera non obſtãt, contrarium eſt dicendum. Qm̃ ex triplici capite ſereniſsima regina quæ nunc uiuit, ac filia, & hæres alterius reginæ ſororis dicti catholici Regis põt iure ꝑmittẽte dicta bona retinere. Et primo ex capitulis m̃rimonialib. ſereniſsi. matris ſuæ, in quib. cõuentum eſt maxime in uerſi. ſeptimo conuentũ et in pactum de-

deductum,&c. Quod soluto matrimonio morte regis, prædicta regina durante uita uiduali retineat cameram,id est, dictas ciuitates,castra,& loca,& oīa emolumenta ex eis obuenientia, ad eam tanquã ad dominam dictæ cameræ pertineãt,illis in sortem non computatis, & q̃ ab ea auferri non possint in totum uel pro parte,etiam si restitutio dotis offeratur,sed immo quan diu viuet,sit domina uera & potens dictæ cameræ & rerum omnium prædictarũ,&c. Ex istis ergo colligitur manifestè, q̃ dicto casu adueniente bona prædicta fuerunt pro dote & ex causa dotis in solutũ data, & sic q̃ dominium fuit in serenissimam reginam defunctam translatum, vt expresè sonant illa verba, sit vera domina,&c.ac ēt præcedentia.& quia actum est,q̃ fructus non computentur in sortem,prout cõputandi essent,si in illam dominium non fuisset translatum, per ea quæ traduntur per Doc.& maxime per Alex.plenè in l.diuortio.in prin.solut. matr. Et quamuis deinde actum sit,q̃ illa in viduitate morien te hæredes sui teneantur recepta dote integre restituere hæredibus & successoribus regis dicta bona,per hoc tamen non fit, quo minus domina regina fuerit domina dũ vixit bonorũ prædictorũ,quia potuit habere dominium, & ex pacto agi, quod ad restitutionem cogi possint eius hæredes recepta dote,tãquã sit actũ, q̃ pro quantitate dotis teneãtur hæredib.regis dictam Cameram uendere,sicut contingit, quando factũ est pactũ de retrouendẽdo, quia ante uenditionem dominiũ est apud illũ, qui tenetur uendere.l.2. C. de pactis inter empto. & uendi. & idem quando grauatur hæres uendere.l. uxorem.§. agri plagã. de leg.3.& l.si hæres.de actio.emp.Et quia fieri ēt põt,q̃ dominium retineatur ad tempus certum uel incertum.l.fi. C. de leg. & declarat ēt Pau.de Cast.in l.1.in prin.ff.ad Trebellia. Dominium ergo quod fuit apud prædictam serenissimam reginam, dum vixit,ad eius filiam & hæredem transit, quæ ad restitutionem dictorum bonorum etiam non tenetur,quamuis etiam dotis maternæ restitutio illi offeratur.Quia pactum de restituẽdo ab hæredib.reginæ recepta dote ab hæredibus & successoribus regis Ferdinandi non porrigitur ad dictum Regem catholicũ, nec ad eius hæredem,quia,ut in themate proponitur,in regno non successit, nec succedere potuit, tanquam hæres dicti regis Ferdinandi,extantibus suis descendentibus proximioribus,nec ab illo causam habuit, sed ad regnum aspirauit Rex catholicus, velut hæres, & successor regis Alphonsi. Propterea nec ad ipsum, nec ad eius hæredem porrigitur dictum pactum.leg. si unus. §. ante omnia. de pactis. & per consequens serenissima filia hæres matris suæ non tenetur hæredi Regis catholici bona in solutum data ex causa dotis matris eius in euentum, de quo supra, restituere, oblata etiam integra dote materna. Et contra quæ capitula matrimonialia non potest hæres dicti Regis catholici uenire, quia cum dicto etiam Rege catholico, & per eum,& eo consentiente facta fuerunt ad commodum serenissimæ reginæ sororis suæ, & heredum suorum,& tanto magis, quia per dictum catholicum Regem fuerunt confirmata dicta capitula, contra cuius factum non potest eius hæres uenire. l. cum a matre.C.de rei vendicatio. & leg.uenditrici.C. de rebus alien.cum concordan. Et hoc primum fundamentum puto uerum, & tutissimum. ¶ Secundò principaliter bona, de quibus agitur, apud dictam filiam, & hæredem matris debent remanere, & ad eorum restitutionem non potest compelli, scilicet propter confirmationem prædicti Regis catholici, & de qua in præcedentibus mentionem feci. Nam, ut dictum est, dictus Rex asserit, & confitetur, quod prædicta soror sua in præsentiarum tenet & possidet dicta bona uigore capitulorum matrimonialium, & aliorum priuilegiorum, & scripturarum serenissimorum regum de domo de Arragonia,ac ex certa sciẽtia consultè, & deliberatè eidem serenissimæ reginæ sorori suæ omnes dictas ciuitates terras, loca, & castra, cum omnibus supradictis, nec non capitula matrimonialia, priuilegia, & scripturas, superius narrata, ac omnia, & singula in eis contenta, expressa, & declarata, & quorum tenorem uoluit haberi pro expresso de verbo ad uerbum, confirmauit, ratificauit, & approbauit, & quatenus opus sit, de nouo concessit, ac uoluit, & decreuit expresè, & ex certa scientia, quòd dicta confirmatio,approbatio, & ratificatio, & noua concessio omni futuro tempore sit eisdem serenissimæ reginæ & suis legitimis heredibus & successoribus stabilis, realis, & firma,&c.

Quamuis igitur ex capitulis matrimonialibus dicta retentio non competeret, ex tali tamen confirmatione competere debet, ex quo rex prædictus dicta alia priuilegia & scripturas, ex quibus etiam fatetur sororem dicta bona tenere, & possidere, confirmat ex certa scientia, licet etiam priuilegia prædicta non inueniantur,& non exhibeantur.& hoc ex pluribus.Et primo, quia ubi confirmatio fit de certa scientia.illa sola sufficit,quamuis confirmatum non ostendatur, secundum Inno. & Doc. in d.c.inter dilectos.& Spec.in d.§.nunc autem.post princ. per ea quæ habentur in c.pen.de confirmatio.vtili uel inutili.Et quãuis ponat exemplum ibi,quando totus tenor concessionis inseritur in priuilegio confirmationis,per quam totalem expressionem dicitur constare de certa scientia secundum Archidia.in c. præsentium.septima.quæst.1.& Butr.in c.porrecta.de confirmatio.utili uel inuti.& Abb. in c. quia diuersitatem. de concessio. præben. Idem tamen est, quando aliter, & alio modo apparet de certa scientia confirmantis, quia exempla non restringunt, sed declarant regula.l. damni infecti stipulatio in prin. de damno infecto.& prout de ea dicitur apparere, nedum quando totus in confirmatione inseritur,vt dictum est,sed etiam quando in ea expresse apponitur clausula,ex certa sciẽtia, ut in casu nostro,vt no.gl.in clem.2.de rescri.& in c.statutum.in prin.de rescri.in 6.per c.si motu proprio.de præb.eodem li.& Imo.in leg. quidam consulebant.de re iud.& facit.l.idem Vlpianus. de excusatio.tutorum. Et quod ad effectum prædictum, & de quo agitur sufficiat sola clausula ex certa scientia,uult etiam Præpositus in cap. si Romanorum. 19. distinct. & tanto magis, quia confirmans non tantum confirmat priuilegia aliorum regum, sed etiam propria, ex quibus dixit, reginam sororem suam dicta bona possidere, & de quibus proprijs priuilegijs facilius, quam de alienis præsumitur scientiam habuisse.le. quanquam. ff.ad Velleian. & prout in terminis de confirmatione Papæ dicit etiam Barto. consi.196.incipien.Ciuitate Camerini, &c.& 4 ex hoc uult † quod confirmatio concessionis ab eo prius factæ dicatur facta ex certa scientia,etiam si hoc non exprimatur, & ideo,secundum eum,cum princeps aliquid facit ex certa scientia,uidetur omne obstaculum tollere,per. d.l.idem Vlpianus. Et similiter quod facit princeps ex certa scientia, non potest in dubium reuocari,secundum Bart.in l.conficiuntur.in princ.de iure codicillo.per l.2.C.de legi.& l.1.de officio præfec.pretor. & c.1. & 2.de confirmatio. vtili vel inutili. Et ex hoc infert ad propositum, quod ex quo Imperator statuendo reseruat consuetudinem rusticis.l.fina.C.de testa.& consequenter eam confirmat,præsupponit eam extare, ergo illi standum est, secundũ eum.Et sic præsupponit, quod ex sola confirmatione consuetudinis facta ex certa scientia probetur consuetudinem præcessisse,etiam si de illa aliter non possit apparere,sicut de illa constare non poterat in casu.d.l.fi.prout etiam declarat Bart.in d. l.conficiuntur.in prin.& dicit Bal.in l.nominationes.C.de app. in fi.& in c.ex parte. de consti. quod confirmatio ex certa scientia non solum dat robur confirmato,sed etiam illud auget.Preterea, & secundo, si totus tenor priuilegij confirmati insertus fuisset in cõfirmatione, illa sola absque dubio sufficeret absque exhibitione dicti priuilegij,secundum Spec.& Abb.in locis prędictis. Idem ergo dicendum est in casu isto, quo Rex confirmans uoluit priuilegia, & scripturas superius narrata, & omnia, & singula in eis contenta expressa, & declarata haberi pro insertis, & specificè declaratis, ac si totus tenor dictorum capitulorum, scripturarum, & priuilegiorum, de uerbo ad 5 uerbum præsentibus esset introclusus, &cæt. uoluit † ergo Rex, & potuit, quod tenor priuilegiorum haberetur pro expresso.l.omnes.C.de præscr.triginta,uel quadraginta, annorũ. Et dicit Ang. ibi esse meliorem tex.de iure, quod princeps potest velle,quod exprimenda habeantur pro expressis. Et idem not.Bal.de pace Constan. in uer. non obstante. Et ideo confirmatio debet eundem effectum habere,quem habuisset,si totus tenor priuilegiorum in illa insertus fuisset. Et prout in terminis vult Anto.de Butr.in consi.secundo,incip. Visis literis legitimationis, &c. ubi dicit, quod si in rescripto uel in signatura Papæ dicatur, fiat ut petitur, & in supplicatione petatur quod certa concessio,quæ debebat exprimi, haberetur pro expressa,quod per talem signaturã perinde est,ac si fuisset expressa, & specificata dicta concessio, quia potest Papa ad ualidi-

tatem

tatem actus a se gesti fingere expressum, quod non est, allegat. c. 1. de transactionib. & cap. illa. de electionib. & clem. pastoralis. de re iud. & cap. si motu proprio. de præb. in 6. Et subdit in specie ad propositum, ita se habere stylum curiæ, quia in confirmationibus apponũtur istæ clausulæ vel similes, scilicet quorum tenorem uolumus haberi pro expresso. Nam id, ad quod fit relatio, perinde habetur, ac si expressum foret specialiter in scriptura se referente. l. ait prætor. §. 1. de re iu. Et quia ex quo vult haberi pro expresso, fingitur expressum, licet vere non exprimatur, cle. 1. de prob. Et similiter dicit Bal. in c. super literis. de rescr. ꝙ si Papa vult, aliqua haberi pro specificatis, vr̃ rescriptum valere, ac si omnia fuissent specificata, per l. qui iure militari. de testa. mil. Sequitur ergo, ꝙ sola cõfirmatio probat intẽtionem hæredis serenissimæ reginæ mortuæ, quæ etiã pro hæredibus eius & successoribus est expresse concessa, ut ex eius tenore legitur clare, quamuis præcedentia priuilegia confirmata non inueniantur, & non exhibeantur. Et ubi sola non sufficeret in uim simplici confirmationis, effectum tamen haberet in uim nouæ concessionis factę dictæ reginæ mortuæ, & suis hæredib. & successorib. cum dicatur, confirmamus, ratificam⁹, approbamus, & quatenus opus est, de nouo concedimus, &c. Per huiusmodi enim uerba ur̃ Rex voluisse dictam sororem suam & eius hæredes in omnem euẽtum hr̃e dicta bona ex cõfirmatione, &, quatenus illa non possit habere locum ex noua concessione, s̃m Inno. in d. ca. inter dilectos. de fide instru. dicens, ꝙ si non appareret in casu illius tex. falsitas in primo priuilegio, nec ei Imperator niteretur, sed dixisset, concedimus, et confirmamus, non esset quærendum, quæ essent cõfirmata, & quæ concessa, ut sit illo casu, quia in quibus non valeret cõfirmatio, & ꝯn̄s valeret concessio, quasi dicat Imperator, in oẽm euentum volumus ecclesiã, de qua ibi, habere siue ut donationem, siue ut confirmationem, s̃m eum. & cum eo transeunt alii. Sed prædictis etiam cessantibus, hoc est, licet Rex de nouo non concessisset, sed simpliciter cõfirmasset, ẽt absque clausula, ex certa scientia, & ꝙ vellet tenorem haberi pro expresso, adhuc tamen confirmatio talis absq; productione priuilegij cõfirmati probaret concessionem factam serenissimæ reginæ. Nam cũ dicat Rex, ꝙ dicta domina regina teneat & possideat loca specificata vigore priuilegiorum & scripturarum dominorum regum de domo de Aragonia nostrorum prædecessorum in hoc regno, & etiam nostrorum, tam rõne dotium suarum, quam ex alijs causis, &c. ex his verbis satis dicitur expressa substantia priuilegij præcedentis, cum de corpore constet, & istud est satis ad probandum concessionem præcedentem absque illius productione. Nec est † necesse ad hunc effectũ exprimere verba formalia concessionis præcedentis, ut probatur in leg. 1. C. de episc. & clericis. & illum text. ad hoc ibi not. Alber. de Rosa. cum quo etiam transit Præposi. aliàs Car. Alexan. in c. si Romanorum. 19. dist. Et istud etiam bene probatur ex notatis per glo. ibi. Et hoc idem per illam glo. uoluit etiam Card. in consi. 118. incip. Monasterium sancti Iuliani, &c. Nam & in casu suo Papa simpliciter confirmauerat concessionem præcedentem factam de quibusdam ecclesijs, & tamẽ vult, ꝙ ad probandum concessionem præcedentem sufficiat sola confirmatio sine dicta concessione, per glo. quam dicit singularem in d. c. si Romanorum. Et ponderat etiam ad hoc uerba Inn. in d. c. inter dilectos. ut ibi latius per eum. Et confirmatur hoc ex notatis per Bar. in l. admonendi. de iureiur. in 1. colu. dũ vult, quod si vnum statutum mentionem faciat de alio statuto ꝙ illud non appareat. si tamen per huiusmodi mentionem appareat de illius tenore in substantia, non est necesse, ꝙ illud exhibeatur. Et idem vult Bald. in d. le. 1. C. de epis. & cler. cum concord. de quibus per moder. in d. l. admonendi. Et alia ratione in casu nostro istud est verum, quia inquantũ Rex confitetur d. reginam tenere & possidere, &c. vigore priuilegiorum aliorum regum & suorum, talis confessio † est ad præiudicium solius regis. Ergo indistincte debet probare contra eum. l. Publia. §. fina. ff. deposi. & l. generaliter. C. de non nume. pecu. & l. vnica. C. de confessis. Et licet facta sit absente dicta domina regina, quia tamen de illa constat ex priuilegio domini regis concessio sorori suæ, probat contra eum & contra eius hęredes, tanquam facta per epistolam, iuxta notata per Bar. in l. nuda. de dona. & per Imo. post alios in c. si cautio. de fide instru. ubi dicit hoc uerum esse in omni scriptura, quæ conficitur, vt parti detur. Vbi verò non ageretur de præiudicio solius confirmantis, sed quæritur, vtrum sola confirmatio probet quo ad alios, & tunc potest distingui, vtrum sit facta ex certa scientia vel non, quæ distinctio vt dixi, non debet habere locum, quando confirmans fatetur ad præiudicium sui tantum concessionem præcedentem. Nam tunc standum est contra eum indistincte suæ confessioni, sicut præiudicat cuilibet alteri, & quæ cõfessio dicitur resultare ex narratis per regem, sicut resultat ex narratis in precibus. l. cum precum. C. de libera. cã. & per Abb. in c. examinata. de iudicijs, & præsertim, quia rex super narratis fundat intentionem suam. c. si Papa. de priuil. in 6. & per no. in cle. 1. de probationib. Et ideo cum ex confessione Regis constet de alijs priuilegijs & concessionibus, talis cõfessio sufficit contra eius hæredem, nisi probetur per illum, ꝙ facta sit per errorem, iuxta not. per Barto. in l. non fatetur. de confessis. & Alex. in l. si diuortio. de uerb. obl. immo cum mentionem faciat de priuilegio etiam proprio, & sic de his, quæ gesta sunt ab eo, & coram eo, non debet admitti probatio in contrarium, per no. per gl. in dicta clem. 1. de probationib. quæ locum etiam habet in tali Rege, qui quasi † in omnibus suis regnis non recognoscit superiorem, & qui saltem de facto habetur pro supremo principe, secundum Card. in consi. 118. inci. In quæstione quæ vertitur, &c. & Mod. in cap. cum a nobis. de testib. Et faciunt nota. per Bar. in l. hostes. de captiuis, cum cõcordantib. & dicit And. de Iser. in c. 1. de vasal. decrep. ætatis, ꝙ Rex habet tantam potestatem, & etiam maiorem, in suo regno quam habeat Imperator in imperio, qui non transmittit imperium, sicut facit Rex regnum. c. licet. de uoto. Et dicitur rex Imperator regni secundum Bald. in l. exemplo. C. de probationibus. in leg. ea lege. C. de condictione ob causam, & in proœmio Digestorum, in 2. col. Et dicitur lex animata in suo regno secundum Bald. in auth. hoc amplius. C. de fideicom. ¶Tertiò principaliter dicitur, quod bona, de quibus agitur, pertinent ad hęredem reginæ mortuę ex legato catholici Regis, ubi dicta confirmatio sine exhibitione priuilegiorum prodesse non posset, prout aliàs latè consului, & de nouo confirmatur. Nã, ut dictum est superius, & est verissimum, dominium dictarum ciuitatum & locorum translatum fuit in dictam dominam reginam soluto matrimonio morte mariti ex capitulis matrimonialibus. Et quidem reuocabiliter, quia actum fuit, quod ea trãseunte ad secunda uota teneretur recepta dote dicta loca restituere, & ea mortua etiam in uiduitate ad restitutionem tenerentur sui hæredes, dote illis restituta. Quamuis igitur uerba legati non importarent, quod proprietas intelligatur legata, ubi ex capitulis mr̃imonialib. non fuisset d. regina, licet ꝯ̃rium sit uerius, ꝑut in alio cõsilio deducitᷣ latius, quia tamen dominium fuit consequuta ex capitulis matrimoniabus superueniẽte viduitate, & quidem reuocabiliter, ut dixi, legatũ operatur, ꝙ apud eam dominium irreuocabiliter permaneat. Quia † licet res propria legari non possit. l. res proprias. C. de legat. si tamen res sit legatarii reuocabiliter, legatum ualet, & operatur irreuocabilitatem. l. in bello. §. si quis seruum. de captiuis. & per Imo. & Mod. in l. 1. versus fin. de legatis. 1. Et ad allegata in contrarium licet ex pręmissis responsio colligi possit, tamen specialius respõdendo, non obst. dum primo dicitur, ꝙ priuilegium confirmationis non probat. nisi exhibeatur confirmatum, quia ad istud multipliciter est responsum, & est ostensum, ꝙ in casu nostro hoc non habet locum, & ubi etiam esset uerum, ꝙ nihilo minus ex capitulis matrimonialibus & ex legato adhuc bona, de quibus agitur, ad filiam hæredem dictæ serenissimæ reginæ pertinerent pleno iure. Et non ob. nota. per Bart. in l. edita. C. de edendo, quia loquitur, qñ fit relatio ad præcedentia mediante dictione prout, quæ s̃m eum, est limitatiua. & in casu illo militat etiam alia ratio, s. quia reus non posset aliàs deliberare, utrum uellet cedere vel contendere, quæ non adaptatur ad casum nr̃m. Nec ob. ꝙ concessio talis valere non possit, q̃a tendat ad magnam regni diminutionem. l. prohibere. §. plane. qđ vi aut clam. cum ibi not. per Bar. quia istud est falsum, prout ẽt colligitur ex not. per Old. in consi. 159. Ex præsenti themate. & Ale. in consi. 245. vol. Item non obst. ꝙ non possit ad fœminam etiam hæredem transire. cap. 1. §. fœmina. de successione feud. Quia similiter negatur concessionem talem esse feudalem,

lem, sed datio in solutum pro dote, & ex causa dotis, ut colligitur ex dictis capitulis matrimonialibus, & ex eadem causa factæ sunt etiam aliæ concessiones, & confirmatio prædicta, & sic non dicuntur esse dicta bona apud reginam simpliciter ex causa lucratiua, sed ex causa onerosa. Et quòd huiusmodi concessio non sit feudalis, sed potius donatio, vbi causa dotis cessaret, voluit etiam Oldra. & Alexan. in dictis consilijs. Et istud in casu nostro confirmatur efficaciter: nam in capitulis matrimonialibus actum est, quòd dicta domina serenissima regina durante viduitate sit vera domina, ergo non censetur feudataria, quia apud eam diceretur esse dominium vtile, quod † non dicitur esse verum dominium, vt est de mēte Bar. in l. 1. in prin. de acquir. possess. in diffinitione possessionis ciuilis dicens, quod vtile dominium, quod contrariatur directo, & illud occidit, sicut est illud, quod præscriptione acquiritur, dicitur dominiū verum. Secus si subalternetur directo, & illud recognoscat: sicut est dominium emphyteutæ, & feudatarij. Et ad hoc verba Barto. ponderat ibi Aret. Et vbi esset concessio feudalis adhuc tamen ad fœminam hæredem transiret ex constitutionibus regni, de quibus in puncto. Remanet ergo ex præmisis conclusio, quòd ad serenissimam reginam nunc viuentem filiam, & hæredem alterius reginæ præmortuæ pertinent ciuitates, terræ, castra, & loca, quæ prædicta eius mater tenebat, & possidebat tempore mortis, ex concessionibus, & confirmationibus, de quibus supra. Laus Deo.

Finis Primi vol. Consiliorum Caroli Ruini.

Series Chartarum.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB CC DD EE FF GG HH II KK LL MM NN OO PP QQ.

Omnes sunt Quaterniones, præter QQ. Ternionem.

CAROLI
Ruini
Consilia.
Tom. I.


calibrite
colorchecker CLASSIC
mm